B *metonymice i. q. cognati* (*cf.* VLP. dig. 34, 5, 19 si quis -i leget, idem est atque si cognatis legasset. GLOSS. -es: familias, tribus): **1** *de hominibus*: ENN. frg. var. 80 Iovis . . . stirps atque -o in hunc modum tradita est. CIC. Verr. 3, 106 cum esset Sthenius . . . amplissima -e. Cluent. 16 dedecus familiae, -is (Pis. 53 *Piso* bracatae -is dedecus). p. red. ad Quir. 7 me . . . nulla -e munitum (16). Pis. frg. 9 cum tibi tota -o serraco advehatur (CVRT. 8, 2, 31 cum . . . totius -is grege. PAPIN. dig. 36, 1, 59, 2. ALC. AVIT. carm. 6, 648 te meruit primam -o tota patronam). leg. 1, 26 hominem *natura* ad caeli quasi -is domiciliique pristini conspectum excitavit. fin. 4, 17 qua ex stirpe orirentur amicitiae -um. Brut. 166 summa nobilitate hominem, -e, sodalitate. off. 3, 40 -em Superbi . . . esse tollendam. CAES. Gall. 6, 22, 2 principes in annos singulos gentibus -busque hominum . . . quantum . . . visum est agri attribuunt. 7, 32, 4 hominum . . . magnae -is. POMP. TROG. Iust. 38, 6, 2 per -um (cognitionum *al.*) arbitria. SEN. contr. 7, 6, 24 liberti, empta -o. GELL. 16, 11, 2 *Marsorum* familiae cum externis -bus nondum etiam permixtae . . . sunt. ITALA gen. 12, 1 (Paul. et Eustoch. Hier. epist. 46, 2, 1 *cf.* HIER. epist. 22, 1, 1. 39, 5, 1 *al.* VVLG. act. 7, 3) exi (VVLG. egredere) de terra tua et de -e tua (ἐκ τῆς συγγενείας. VLP. dig. 40, 12, 3, 2 *mulieres* quae de -e sunt. VVLG. gen. 24, 38 de -e mea accipies uxorem. num. 25, 14 dux de -e et tribu Simeonis. *al.*). ITALA exod. 6, 14 (Lugd.) haec -o (VVLG. -es) Ruben. 6, 16 (Lugd.) filiorum Lenni secundum (VVLG. per) -es eorum (VVLG. gen. 10, 31 filii Sem secundum -es. I par. 26, 31). deut. 28, 4 (Lugd.) benedicta -o (τὰ ἔκγονα, VVLG. fructus) ventris tui (28, 11. 18). LACT. inst. 7, 15, 1 cum omni domo et -e (FILASTR. 24, 4. VVLG. Ios. 2, 18 omnem -em tuam congregaveris. iud. 1, 25. II reg. 9, 12 omnis . . . -o domus Sibae. *al.*). POTAM. tract. 1 p. 1415^{B} -o . . . numeratur. HIL. in Matth. 10, 12 de parentum -umque nominibus. 18, 4 -em generis Israelitae relinquendam (SACR. Leon. p. 459 -em reliquit et patriam). AVSON. 470, 9 hinc late fusa est -o. HIER. epist. 24, 3, 2 ut intellegeret universa -o (VVLG. gen. 12, 3 in te benedicentur universae -es terrae. iud. 16, 31. II reg. 14, 7 consurgens universa -o. I par. 4, 27. 5, 7. Ier. 25, 9 assumam universas -es aquilonis. 31, 1 Israel. OROS. hist. 1, 8, 13). HIER. epist. 38, 2, 3 o ingrata -o (*antea*: auxilia propinquorum). in Is. 22, 10. 11 per singulas -es (VVLG. *p. 1477, 78 et passim*). VVLG. gen. 10, 20 hi sunt filii Cham in -bus (36, 40 num. 1, 4 *al.*). 24, 4 ad . . . -em meam proficiscaris (lev. 25, 41 revertetur ad -em [*at* ITALA Lugd.: ibit ad genus suum]. iud. 9, 1 locutus est . . . ad omnem -em [ITALA Lugd.: omnem tribum]). 45, 18 tollite inde patrem vestrum et -em. exod. 1, 6 quo mortuo . . . omnique -e illa (ITALA Lugd. domo). 6, 24 hae sunt -es (ITALA Lugd. progenies) Coritarum. lev. 20, 20 revelaverit ignominiam -is suae. num. 1, 44 per domos -um suarum (I par. 5, 13 secundum domos -um suarum. 7, 2). 3, 27 -o (ITALA Lugd. plebs) Caath habebit populos Amramitas *eqs.* 34, 14 iuxta -um numerum. Ios. 6, 23 suppellectilem ac -em illius . . . manere fecerunt. 13, 15 dedit possessionem . . . tribui filiorum Ruben iuxta -es suas (13, 29. 31. 19, 8 I par. 6, 54). 21, 1 duces -um. iud. 17, 7 adulescens . . . ex -e eius (Am. 3, 2 vos cognovi ex omnibus -bus terrae). I reg. 9, 21 -o mea novissima inter omnes familias. 10, 21 applicuit tribum Beniamin et -es eius. *ibid.* cecidit -o Metri. I par. 2, 55 -es . . . scribarum. 4, 21 -es domus operantium byssum. 7, 9 principes -um (7, 11. 40. 8, 6. 13. 28. 9, 9). II par. 19, 10 habitant . . . inter -em et -em. Tob. 7, 14 ut ista coniungeretur -i suae. Ier. 1, 15 convocabo omnes -es regnorum aquilonis. 33, 24 duae -es, quas elegerat dominus, abiectae sunt. Ezech. 20, 32 erimus sicut . . . -es terrae. Am. 3, 1 *dominus verbum locutus est* super omnem -em quam eduxi. act. 7, 14 Ioseph accersivit . . . omnem -em (συγγένειαν) suam. IV Esdr. 3, 7 natae sunt gentes . . . et -es, quarum non est numerus. BACHIAR. fid. 1 p. 1020^{C} numquid reliqua -o ex hac stirpe descendens maculam ex propinquitate contraxit? (repar. laps. 6 familia de Heli -e descendens). OROS. hist. 1, 8, 13. DRAC. Orest. 968 -o iuncta precatur. BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 38, 12 ab uno Capuanorum -o iunctioque cuncta manant. p. 38, 16 ab uno filio colligere et congregare -em. 1, 24 p. 73, 9 ubi ex sanguine aliqua -o deducitur, diversarum -um gens ad unum caput generis duci potest. p. 73, 16 diversissimae gentes ad unius -em erigi possunt. *al.* COD. Iust. 1, 5, 19, 1 liberis . . . orthodoxis non existentibus ad agnationem vel -em . . . easdem res vel successiones pervenire. 1, 5, 19, 2 si nec agnatio nec -o recta inveniatur. 5, 27, 12, 5. 7, 24, 1 pr. *ne mulier* sit pessimum dedecus -is suae fulgore. 11, 48, 22, 5 vel antiquitas (*i. ascendentes*) vel posteritas (*i. descendentes*) vel -o *coloni*. PASS. Theclae C 30 p. 83, 20 nemo est qui adiuvet: neque filia . . . neque -o mea. CORP. VI 1887 securitati -is suae. *de nomine picturae*: PLIN. nat. 35, 76 Pamphili -o *est.* 35, 136 *laudatur Timomachi* -o nobilium. *nota de collegio hominum -e aliqua inter se coniunctorum*: CORP. III 8675 Matri Magnae -is C. Turranius Cronius . . . aram . . . fecit. 8676 collector -is. 8687 -i⟨s Cl⟩odiorum. *cf. Bormann, Arch. epigr. Mitteil. aus Österr. 13 (1890) p. 99.* *speciatim* cara -o *de die festo, qui et* caristia (*cf.* POL. SILV. fast. Febr. 22 cara -o ideo dicta, quia tunc etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponantur. GLOSS. τιμὴ συγγενική. τιμία συγγένεια. τιμὴ συγγενείας. τιμὴ συγγενειῶν): TERT. idol. 10 carae -is honoraria exigenda omnia. MENOL. Colot. Febr. (Corp. I^{2} 1 p. 280) Vall. Febr. (Corp. I^{2} 1 p. 280). CORP. VI 10234, 13 die karae -is. *adde*: MART. 9, 54, 9 Care (-a *codd. dett.*), daret sollemne tibi -o munus. *cf.* caristia *p. 459 et Wissowa, PW. III 1592 sq.*

2 *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 156 -um intellectus *equis* est. 8, 203 *capras iacere* adversas et inter se -es.

3 *de arboribus*: PLIN. nat. 16, 61 sappinum . . . ex -e harum *arborum* seritur.

II ***translate*** *i. q.* ***similitudo***: **A** *hominum*: CIC. de orat. 3, 27 poetis est proxima -o cum oratoribus (ac. 2, 115 *Peripatetici* sibi cum oratoribus -em esse . . . dicant).

B *rerum*: VARRO ling. 5, 13 qua (quae *Spengel*) -o eius erit verbi (6, 1 -i verborum . . . geremus morem. MART. CAP. 5, 484 per -em verbi ab alio deflexi). 8, 3 rerum (CIC. nat. deor. 2, 19 tanta rerum consentiens, conspirans, continuata -o. div. 2, 34 ut distantium rerum -o naturalis appareat. QVINT. inst. 9, 2, 105 rerum duarum. COD. Iust. 1, 17, 2, 13). VARRO ling. 10, 40 quae cum inter se tanta sint -e (CIC. Arch. 2 omnes artes . . . quasi -e quadam inter se continentur. SCAVR. gramm. VII 24, 18 ignorantes -em inter se litterarum [DON. Ter. Ad. 848]. BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 35, 11 monstravit . . . -em inter se multitudinis. p. 35, 14). CIC. Verr. 5, 81 quae -o studiorum et artium . . . non minus est coniuncta quam ista . . . generis et nominis. de orat. 3, 136 bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem -emque non norunt. nat. deor. 3, 28 *naturam* quasi -e continuata conspirare. SEN. epist. 99, 28 quae potest inter bonum et malum esse -o? (108, 19 omnium inter omnia -em esse. QVINT. inst. 7, 10, 1 est . . . quaedam inter hos status -o). COLVM. 9, 14, 1 *bubulus fimus* quasi quadam -e generis maxime est apibus aptus. PLIN. nat. 15, 51 cetera *mala* e causis ⟨aliis⟩ traxere nomen . . . -is melapia. 15, 108 magnum *saporibus* omnibus in odore momentum et magna -o *est.* 17, 104 quae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . pariter florentia eiusdem horae -em sucorumque societatem habent. 18, 216 -o caeli non gentium modo verum urbium quoque singularum (APVL. mund. 19 caeli marisque -o). 19, 108 de porro in hac -e dici conveniat. 21, 22 lilium rosae nobilitate proximum est et quadam -e unguenti oleique. 24, 29 *herbae* propter -em nominis non differendae. 34, 123 Graeci -em aeris nomine fecerunt et atramento sutorio. 36, 144 schistos et haematites -em habent. TAC. dial. 25 esse quandam iudicii ac voluntatis similitudinem et -em. APVL. met. 10, 30 aureae pinnulae -e simili sociatae. Plat. 1, 8 ignis aëri -e coniungitur. SCAVR. gramm. VII 13, 3 -em explicare litterarum (24, 18. *cf. p. 1478, 73*). SYMM. epist. 1, 43, 1 quam rara -o (*Iuretus*, cognitio *F*, condicio *V*) sit facundi oris et boni pectoris. FAV. EVL. p. 16, 14 quae sit numeris modisque -o. RVFIN. Orig. in lev. 5, 1 -em sui ad invicem gerunt visibilia et invisibilia, terra et caelum, anima et caro. MART. CAP. 3, 230. EVGRAPH. Ter. Andr. 9 *duae comoediae* inter se . . . quadam -e conveniant. BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 35, 20 *al.* arithm. 1, 12 p. 29, 26. 1, 13 p. 30, 12 *qui numerus* ab utriusque -e aliquid naturaliter trahit. 2, 32 p. 125, 23 *paria et imparia* in unam . . . quodammodo amicitiam -emque miscentur. *al.* GREG. M. in Ezech. 1, 12, 27 sunt quaedam vitia quasi per quandam sibi -em propinqua (*cf.* moral. 3, 66 *vitia quaedam* quadam pravitatis -e sociantur).
additur gen. obi.: PLIN. nat. 2, 235 *napthae* magna -o ignium *est.* 16, 157 chartis . . . serviunt calami Aegyptii maxime -e quadam papyri. 22, 95 venenorum -e *boletorum.* 37, 55 quadam crystalli -e *adamantis.* 37, 100 narrata (nata a *Mayh.*) siderum -e *sandastri.* GELL. 13, 9, 5 per y Graecae Latinaeque ⟨o⟩ litterae -em. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 907^C terra . . . conectitur aquis propter -em frigiditatis.
cum: CIC. Tim. 8 omni orationi cum iis rebus . . . videtur esse -o. div. 2, 33 cum rerum . . . natura quam -em *haec* habent? 2, 142 hereditas et honos et victoria et multa generis eiusdem qua cum somniis naturali -e iunguntur? orat. 186 *numerus non* habebat aliquam necessitudinem aut -em cum oratione. PLIN. nat. 2, 95 approbaverit -em cum homine siderum. 6, 211 cum qua *regione* cuique ⟨siderum⟩ societas sit sive -o dierum ac noctium. QVINT. inst. 1, 4, 12 quae cum quibus *litteris* -o *sit* (1, 4, 16 quid t litterae cum d quaedam -o? SCAVR. gramm. VII 14, 9 c -em habet cum g). 1, 10, 36 linearis ratio . . . habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria -em. APVL. Plat. 2, 2 -o quaedam est cum bonis ei animae portioni. PRISCILL. tract. 1, 21 talibus cum Adam . . . tenebrosae vitae unita -o est. EVSTATH. Bas. hex. 2, 6 p. 886^C propter Hebraicae linguae -em *cum Syrorum lingua.* PRISC. gramm. II 414, 8 est quaedam -o praesentis . . . temporis cum praeterito. ad: PRISC. gramm. II 417, 19 ad praesens *tempus futuro* est -o. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 237, 12 ad utraque contraria habent -em. p. 245, 1 ut in his (*divinis corporibus*) nulla -o sit ad opposita (p. 247, 17. 22. 24. p. 249, 21. 25 *al.*). *cf.* arithm. 1, 11 p. 25, 7.
syn.: *ad I A*: affinitas (RHET. Her. 3, 3, 4 CIC. Verr. 3, 27 LEX VRSON. [Corp. II 5439] 95, 19 Q. CIC. pet. 16 SALL. Iug. 111, 2 LACT. epit. 33, 3 AVG. civ. 10, 1 p. 403 EVSTATH. Bas. hex. 8, 2 p. 947^C INST. Iust. 4, 18, 6), consanguinitas (AVG. epist. 52, 4), consortium (PS. APVL. Ascl. 23), necessitudo (CIC. Verr. 6, 176 orat. 186 PLIN. paneg. 7 AVG. civ. 10, 1 p. 403), propinquitas (AVG. civ. 10, 1 p. 403 BACHIAR. fid. 1 p. 1020^C). *ad I B*: propinqui (HIER. epist. 38, 2, 3). *ad II*: similitudo (TAC. dial. 25), societas (CIC. de orat. 3, 136 PLIN. nat. 6, 211. 17, 104).

cognātīvus, -a, -um *a* cognatus. *i. q. ad cognationem vel cognatum pertinens*: NOVELL. Iust. 84 pr. legitimas . . . et -as (κογνατικάς) successiones.

˟cognātus, -a, -um [*a* co(n)- *et* gnatus, natus. *Th.*]. *scribitur graece* κογνάτος: THEOPHIL. inst. Iust. 1, 10, 1 GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 13, 57^A. κογνάτα: THEOPHIL. inst. Iust. 1, 10, 2. *de origine*: VLP. dig. 38, 8, 1, 1 -i . . . appellati sunt quasi ex uno nati (MOD. dig. 38, 10, 4, 1 quasi una communiterve nati) aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint. PAVL. dig. 38, 10, 10, 1 συγγενεῖς . . . quos nos -os appellamus. *v. p. 1476, 12; item in script. sacra ubique (nisi quo aliter esse attuli) respondet* συγγενής. ISID. orig. 9, 6, 2 -i dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis coniuncti.
formae: *gen. pl.* -um: PLAVT. Amph. 841. PRISC. gramm. II 30, 9 *n* transit in g, ut . . . -us. cognatus: CORP. VI 8168. 14931. 25828. 33708. X 1220. 2758. 3408. connatus: CORP. VI 13121. *legitur inde a* LEGE Cincia (*a. fere 204 a. Chr.*) PLAVTO ENNIO; *singulis locis apud* ENN. LVCIL. RVT. LVP. VITR. VELL. PHAEDR. PERS. MART.; *binis ap.*: CATONEM VARRONEM CATVLL. VERG. CIRIM PROP.; *ternis*: RHET. Her. CVRT.; *quaternis*: SALL. SEN. rhet. VAL. MAX. IVV.; *quinis*: VAL. FL. APVL.; *saepius*: PLAVT. TER. CIC. OV. LIV. SEN. phil. ICTOS VVLG.; *deest praeter alios*: LVCR. CAES. HIRT. BELL. Alex. Afr. Hisp. NEP. TIB. CELSO COLVM. MELAE ASCON. PETRON. [*val.* cumnat, *it.* coguato, *hisp.* cuñado. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

I *i. q.* ***propinquus,*** *affinis*: **A** ***proprie,*** *cum latiore sensu* (*cf.* GLOSS. συγγενής, προσγενής. affinis, proximus, coniunctus. -um: propinquum. *adde l. 65*), *tum strictiore ICTORUM, cuius notionis has habes definitiones*: PAVL. FEST. p. 162 necessarii sunt . . . aut -i aut affines. PAVL. dig. 38, 10, 10, 2 -i sunt et quos agnatos lex duodecim tabularum appellat, sed hi sunt per patrem -i ex eadem familia, qui autem per feminas coniunguntur, -i tantum nominantur. MOD. dig. 38, 7, 5 pr. inter agnatos et -os hoc interest, quod in agnatis et -i continentur, in -is non utique et agnati. INST. Iust. 3, 1, 15 nepotes autem qui ex filiabus nati sunt et pronepotes ex neptibus -orum loco *numerant vetusti.* LEX Burg. Rom. 10, 9 -i qui per feminas veniunt. GLOSS. -us: συγγενὴς ἀνὴρ ἐκ θηλεογονίας. -i: affines per feminas. ISID. diff. 1, 110 -us eiusdem generis, affinis nuptiis veniens, propinquus sanguine vel affinitate coniunctus (DIFF. ed. Beck p. 48, 48). *cf.* agnatus *vol. I p. 1348, 21 sqq.*

1 ***adiectivum:*** **a** *de hominibus*: LEX Cincia (frg. Vat. 298) sive quis -us -a inter se . . . erit (*cf.* GAIVS dig. 38, 8, 2). ENN. ann. 53 Venus. TER. Phorm. 127 ego te -um dicam. 295 si -ast maxume. 353. 398 qui est -a *ea?* 409. 755 quae dicitur -a. CATVLL. 89, 3 puellis. VERG. Aen. 8, 132 patres. CIRIS 201 reges. OV. am. 1, 2, 51 Caesaris. met. 15, 175 animas (*cf.* SEN. dial. 11, 11, 7). fast. 3, 425 numina (*cf.* PANEG. 2, 3). 4, 30 deos (SEN. Herc. O. 329). LIV. 1, 23, 7 duos -os vicinosque populos (AVG. civ. 3, 14 CORP. VI 30927). 27, 34, 7 -i hominis . . . causa (BOETH. Porph. isag. 1, 13 p. 37, 14). SEN. contr. 2, 6, 2 humanum genus -um natura. SEN. Med. 827 de -o Phaethonte. epist. 95, 52 natura nos -os edidit, cum ex isdem et in eadem gigneret. 108, 19 -us aliqui spiritus. LVCAN. 2, 238 Catonis. VAL. FL. 5, 186 Phrixi (6, 593. 7, 14). 6, 544 Achivis. APVL. apol. 2 adolescentis. Socr. 5 p. 130 inter Troianos stirpe -os et fortassean inter Graecos proelio cognitos (*nota antonomasiam et cf. p. 1481, 6*). PAVL. dig. 22, 6, 1, 2 se -um esse. ARNOB. nat. 5, 29 a -is . . . reverendisque personis. AVSON. 206, 1 Manes (377, 4). INST. Iust. 3, 3, 5 sorores -ae vel agnatae (COD. Iust. 6, 56, 7 pr.). COD. Iust. 6, 30, 19 pr. omnes successores *hereditatis* sive -os sive extraneos. *cum dat. personae*: LEX Cincia (frg. Vat. 304/5) si quis mulieri virginive -us. PLAVT. Rud. 1214 patrem eius . . . mi esse -um. TER. Ad. 494 *mortuus* -us mihi erat. Andr. 926 Phorm. 352. 391. 397. 801. CIC. Cael. 34 cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? -us? affinis? LIV. 25, 3, 15 qui propinquus -usque Postumio erat. SEN. dial. 6, 25, 2. 11, 11, 7 *animus* dis -us. SIL. 4, 795 -um est homini deus. 11, 179 Capys magno -us Iulo. GAIVS dig. 38, 8, 2 *ut* is qui natus est matri ipsi et inter se quoque qui nascuntur -i sint. VLP. dig. 38, 8, 1, 4 isdem etiam -us fiet. PAVL. dig. 1, 7, 23. 2, 4, 7. 38, 10, 10, 13. MOD. dig. 38, 10, 4, 10 nemo est illi -us. PANEG. 2, 3 a -o tibi Diocletiani numine. AMM. 18, 3, 8 quorum mentes -as caelestibus. AVG. civ. 3, 7 civitatem Romanis -am. vera relig. 46, 89 omnes sub uno deo patre -i sunt . . . et invicem sibi sunt. *nota*: MANIL. 2, 123 -am . . . sui (sibi *al.*) mentem. **b** *de bestiis*: VARRO rust. 2, 9, 6 *canes* -i maxime inter se sunt. PLIN. nat. 10, 13 -um genus *aquilarum.* STAT. Theb. 4, 103 avibus. IVV. 5, 103 anguilla . . . longae -a colubrae. SIDON. carm. 7, 203 vulgus prope -um. **c** *de rebus*: *α per enallagen i. quod ex cognatione deducitur vel -orum est*: CATVLL. 68, 98 prope -os . . . cineres. VERG. Aen. 3, 502 -as urbes . . . populosque propinquos (LIV. 37, 17, 15). 12, 29 -o sanguine victus (CIRIS 409 LVCAN. 4, 554 SIL. 2, 617. 8, 30. 15, 12 MART. 12, 44, 1. CORP. VI 34866 -o sanguine iunctus). PROP. 3, 7, 10 -os inter rogos. OV. epist. 4, 138 -o poterit nomine culpa tegi (Ib. 301 *Pyrrhum* -o nomine clarum. SIL. 15, 746 mihi -um Sidonia Dido nomen. AVSON. 201, 7. 377, 15). 14, 81 *Danaus* fert male -ae iacturam mortis. met. 2, 663 in equam -aque corpora (*sc. corpus patris*) vertor (13, 615). 4, 431 per -a . . . exempla. 6, 498 perque fidem -aque pectora (LVCAN. 7, 323 -a in pectora. STAT. Theb. 2, 637). 9, 412 latus. 13, 678 petere antiquam matrem -aque . . . litora (*vulgo*, antiqua -aque moenia *opt. codd. cf.* SIL. 14, 575 -a in litora). 15, 451 moenia (STAT. Theb. 1, 11). fast. 2, 416 -ae . . . manus (LVCAN. 8, 548). 3, 426 caput. MANIL. 1, 906 bella (AVG. civ. 3, 14). SEN. Med. 523 te caede -a inquines (CLAVD. 3, 78). Oed. 513 sceptra . . . -ae domus. 627 cruore . . . laeta -o domus (benef. 5, 15, 5 perfusi cruore -o. AVG. civ. 3, 14). 672 fides . . . -i laris. 738 agmina. LVCAN. 1, 4 canimus . . . -as . . . acies. 6, 564 -o in funere (STAT. silv. 2, 4, 22 funera). PLIN. nat. 11, 148 *aves* velut ad -a desideria sua tendunt. VAL. FL. 5, 538 -as . . . defendite sedes! SIL. 3, 4 adit populos -aque limina. STAT. silv. 5, 2, 52 laus. Theb. 2, 9 ictibus. 4, 392 nefas. 5, 579 Lernae *urbis.* 9, 416 -os gemitus . . . docet. Ach. 1, 92 -is utere fretis. 1, 273 -a per aequora (2, 7). PS. APVL. Ascl. 6 *homo* diis -a divinitate coniunctus est. PANEG. 4, 9 ut veluti -o vicinorum sibi numinum tenerentur amplexu. 5, 4 Iovis et Herculis -a maiestas. AVSON. 159, 7 -is . . . dedicat umbris. VVLG. Sirach 41, 25 ab aversione vultus -i. CLAVD. rapt. Pros. 3, 200 -ae vulnera . . . invidiae. carm. min. 22, 55 irruat in miseros -a potentia cives. CYPR. GALL. gen. 1059 *feminae* admorunt teneros -a ad basia natos. DRAC. Orest. 538 ferro. *β per prosopopoeian*: OV. epist. 14, 101 per terras -aque flumina curris. met. 1, 81 *homo* -i retinebat semina caeli. 15, 839 -a . . . sidera tanget (MANIL. 5, 703. SEN. suas. 6, 6 ad -a sidera recurret). fast. 2, 588 *Iuturna* in -as desiliebat aquas. MANIL. 2, 67 -is membris contexta . . . machina. 2, 301 astra (2, 384. 578 *astra* sunt adversis signis -a [adversa *al.*] trigona. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 52). 2, 608 signa (2, 670). 2, 652 corpora (4, 910. 5, 438 *cf. supra l. 52*). VELL. 2, 130, 1 quidquid . . . claritudine eminuit, id veluti -um censet tuendum. SEN. Tro. 340 maris. dial. 11, 8, 6 animum ad -arum rerum conspectum tendentem. SIL. 8, 341 -a . . . sanguine nobis tecta Iovis. STAT. Theb. 1, 102 Tartara. 1, 206 -i nubibus amnes. AVSON. 350, 8 adoptiva quae sunt ut -a videantur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SYMPH. 49, 1 dens (*sc. ebur*) ego sum magnus populis -us Eois. INSCR. christ. Rossi II 267, 20, 3 me praesens tumulus -o caespite claudit.

2 *substantive: masc.* **cognātus,** -ī: **a** *generatim i. q. propinquus*: ENN. ann. 463 quis pater aut -us volet ⟨v⟩os contra tueri? PLAVT. Amph. 841 -um (*gen. pl.*) concordiam. 849 adduco tuom -um . . . Naucratem (918). 860 ex Naucrate -o id cognoscam meo. Cas. 567 asto advocatus cuidam -o meo. Capt. 390 salutem dicito matri et patri et -is. 528. Mil. 705 habeo multos -os. 707 bona . . . -is didam. 1119 -os persuadere. Most. 130 Poen. 1064. 1256 -us vester. 1323 loqui inclementer nostro -o. 1388 Rud. 1198. Stich. 580 cum amicis deliberavi . . . et cum -is meis (*cf.* TER. Eun. 148 habes . . . neque amicum neque -um. CIC. S. Rosc. 27 de amicorum -orumque sententia. Caecin. 15 suadebant amici -ique Caesenniae. SALL. Iug. 9, 4 coram amicis et -is. LIV. 1, 49, 9 *al.* IVST. 5, 7, 7 VVLG. II Macc. 8, 1). PLAVT. Trin. 260. 307 parentes . . . et -i (LIV. 23, 5, 1 *al.* VVLG. Tob. 2, 15). 702 patriam deseres, -os, affinitatem. TER. Ad. 351 Hegioni -o eius rem enarrato. 673. 947 Hegio est his -us proxumus (CATO orig. 81 LIV. 38, 60, 10 IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 4 SCAEV. dig. 32, 40 pr. PAPIN. dig. 38, 6, 8 *al.* VLP. dig. 17, 2, 52, 9 proximioribus. 38, 8, 1, 8 INST. Iust. 3, 9, 5. COD. Iust. 5, 27, 9, 4 proximos maternos eius -os). TER. Andr. 71 -orum neglegentia. Haut. 194 Eun. 327 patris -um . . . Archidemidem novistin? Hec. 171. Phorm. 98 illi . . . neque notus neque -us . . . quisquam aderat (*cf.* VVLG. Luc. 2, 44 inter -os et notos). 366 neglegere -um suom. 496. CATO or. frg. 41 adversus -os . . . testatur. CARM. epigr. 363 (*litteris antiquis et optimis*) probatus . . . -is atque propinqueis (CIC. Verr. 3, 106. FEST. p. 197 inter -os propinquosque. IVST. 11, 15, 7). RHET. Her. 4, 24, 33 -os suos enumerabit. 4, 30, 41 pare -is. 4, 40, 52 infestus -is. CIC. inv. 2, 35. S. Rosc. 87 de municipis -ique fortunis. 96. Verr. 3, 139 -us voluntarius. Cluent. 41 nemo . . . ex tam multis -is et affinibus (*cf.* 94 leg. agr. 2, 21 p. red. ad Quir. 6 multi . . . -i atque affines deprecati sunt. SALL. Iug. 14, 1. 85, 4 -orum et affinium opes. LIV. 6, 20, 2 VAL. MAX. 2, 1, 8. 2, 7, 7 QVINT. inst. 9, 3, 38 GELL. 2, 29, 11. 12 APVL. met. 4, 26). CIC. Flacc. 40 eum . . . -um suum esse. Cael. 68 de -orum sententia. Vatin. 39 si -i respuunt. part. 66 amicos -is anteferre. Att. 12, 38, 2 scripsit de impuro nostro -o. 13, 27, 1 incidissemus . . . in -um tuum. SALL. Catil. 61, 8 pars hospitem aut -um reperiebant. HOR. sat. 1, 1, 88 -os, nullo natura labore quos tibi dat, retinere. 1, 9, 27. 2, 3, 58 epist. 2, 2, 136. PROP. 2, 34, 5 polluit . . . *Amor* -os. OV. epist. 11, 18 inter -os . . . referre Iovem. ars 1, 753. fast. 2, 617 proxima -i dixere caristia cari. 4, 949 -i Vesta recepta est limine. LIV. 2, 49, 5 turba . . . -orum sodaliumque. 22, 59, 16. 22, 60, 1. 22, 61, 7. 28, 21, 8 negatum id . . . -is communibus. RVT. LVP. 1, 19 neminem illi propiorem -um quam te fuisse. VITR. 6 praef. 6 artifices non erudiebant nisi suos liberos aut -os. SEN. contr. 2, 1, 10 exercitus . . . civium -orumque. VAL. MAX. 6, 3, 7. 6, 6, 5. PHAEDR. 4, 25, 15 -os . . . invitare. SEN. Oed. 448 -us Bacchi. dial. 7, 26, 6 *Iovem* raptorem . . . -orum. 9, 11, 10 Gaius, vetus -us. PERS. 5, 164 siccis dedecus obstem -is. PLIN. nat. 7, 205 Euchis, Daedali -us. QVINT. decl. 356 p. 388, 14 habuisse cum -is consilium. 264 p. 78, 20. IVV. 11, 84 -is ponere lardum. 11, 86 -orum aliquis. POMPON. dig. 38, 8, 5 gradu -orum (VLP. dig. 38, 8, 1, 3 *al.* PAVL. dig. 38, 10, 10 pr. *cf.* PAPIN. dig. 38, 9, 2 inferioris gradus). GAIVS dig. 38, 10, 1, 1 superioris . . . et inferioris ordinis. PAPIN. dig. 38, 9, 2 prior -us. VLP. dig. 17, 2, 52, 9 -um ulteriorem. PAVL. dig. 38, 10, 10, 8 ex lateribus -i. 38, 10, 10, 13 eosdem -os tam paternos quam maternos habet. *et passim.* PORPH. Hor. sat. 1, 6, 85/87 ne in malam existimationem apud cives et -os recideret. LAMPR. Alex. 68, 1 IVST. 2, 11, 2 FILASTR. 156, 7 AVSON. 158, 3. 470, 12. QVEROL. p. 42, 10 vicinos, -os . . . respue (VVLG. Luc. 1, 58 audierunt vicini et -i eius. AVG. civ. 4, 3 cum -is, vicinis, amicis). AMM. 26, 6, 1. 26, 10, 1. HIER. epist. 82, 3 pro fratribus suis atque -is (VVLG. II Macc. 15, 18 Luc. 21, 16 parentibus et fratribus et -is et amicis). VVLG. num. 27, 3 inter -os (ἀδελφῶν, *item hebr.*, ITALA Lugd. in media synagoga) patris nostri (27, 6). 35, 12 -us occisi (35, 21). Dan. 13, 30 venit cum . . . filiis et universis -is suis. II Macc. 5, 6 prosperitatem adversum -os malum esse maximum. CLAVD. 1, 13. 22, 235. INST. Iust. 3, 2, 3ᵃ *quaedam bonorum possessio* 'unde -i' appellatur (*cf.* 3, 9, 6 bonorum possessio . . . 'unde legitimi', et 'unde -i'. 3, 9, 7). 3, 2, 7ᵃ ex -orum ordine. COD. Iust. 5, 27, 9, 4 -i ex materna linea descendentes vel ascendentes vel ex latere venientes. 8, 47, 10, 1ᶠ qui legitimus *filius* erat familiae adoptivae, is *post adoptionem* naturalis fuerat -us. 11, 48, 22, 4 per suos vel patres vel fratres vel -os. CORP. X 721. 6135 -is bene merentibus. XII 4632 -is et libertis suis. CARM. epigr. 1100, 5 -i proprii longa regione relicti. GLOSS. III 72, 23 sine -is ἀσυγγενής. *in imagine*: PS. APVL. Ascl. 7 mentis divinitas tecta solum cum -is suis id est mentis purae sensibus. *de bestiis*: HOR. sat. 2, 3, 316 ut ingens belua -os (*sc. ranas*) eliserit. IVV. 15, 160 parcit -is . . . fera. **b** *speciatim*: *α i. q. maritus sororis vel mariti frater vel frater uxoris* (*cf. it.* cognato): CLAVD. DON. Aen. 1, 357 a -i morte. VVLG. iud. 1, 16 Cinaei -i (γαμβροῦ) Moysi. CORP. III 8418 Fulvinia Tertia cogn(ato) incomparabili. 9063. 12130 optimo cogn(ato). V 4369 -us dulcissimus sororio amantissimo. 5228. 5970. VI 13121 -o bene merenti (X 3408. XIV 1588 INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 476). VI 34196. 34238, 10. VIII 3810 venusto cog(nato) merenti. 9182. 23823. IX 1894. 3309. 3720. 5812. 5899. X 1220. 2141. 2236. 2758. 5899. XIV 200. 500. 2142. 3323, 7 INSCR. Athen. Mitt. 1908 p. 150. *β i. q. socer*: VVLG. exod. 18, 1 sacerdos Madian -us (γαμβρός) Moysi. 18, 5. 6 ego Iethro -us tuus. 18, 7 in occursum -i sui. 18, 8. 12. 14. 27. num. 10, 29 dixit . . . filio Raguel Madianitae -o suo (*at* ITALA Lugd. generum). iud. 4, 11 a . . . filiis Hobab -i (ITALA Lugd. cognatio) Moysi. *γ singulariter i. q. filius sororis*: COMMENT. Lucan. 2, 238 -os . . . dicimus filios sororum. *i. q. consobrinus vel patruelis*: VVLG. II Macc. 11, 35 Lysias -us (συγγενής) regis. *i. q. filius*: DRAC. Romul. 8, 240 Dionae Aeneas -us (prognatus *Baehrens*). **c** *latiore sensu*: *α eiusdem gentis homo*: VVLG. Rom. 9, 3 qui sunt -i (συγγενῶν) mei secundum carnem, qui sunt Israelitae. 16, 7 salutate . . . -os (συγγενεῖς) et concaptivos meos. 16, 11 salutate Herodionem, -um meum. 16, 21. *β titulus honoris*: CVRT. 3, 3, 14 quos -os regis appellant, decem et quinque milia hominum. 4, 11, 1 -orum principes. 4, 15, 29 -i Darei et armigeri. VVLG. I Macc. 10, 89 sicut consuetudo est dari -is (τοῖς συγγενέσι) regum.

fem. subst. **cognāta,** -ae. **a** *generatim i. q. propinqua* (SCHOL. Ter. p. 129, 5 -a propinqua): PLAVT. Cist. 100 ducendast domum sua -a Lemniensis (174 propinquam uxorem duxit, -am suam). Poen. 3 eius -ae duae nutrixque earum raptae. 97 adulescens . . . efflictim perit suam sibi -am. CAECIL. com. 152 inter suas aequales et -as. TER. Hec. 592 tuas amicas te et -as deserere. Phorm. 130. 803 vide, ne in -am pecces. LVCIL. 994 ad matrem, -am, ad amicam. APVL. met. 6, 3 -ae meae . . . malam gratiam subire nequeo. PAPIN. dig. 39, 5, 29, 2 proximae -ae. *et saep. in* DIG. PORPH. Hor. sat. 2, 6, 63 velut a -a abstinebat. IVST. 43, 4, 8 regis -a. VVLG. Luc. 1, 36 Elisabeth -a (συγγενίς) tua (EXC. barb. chron. I p. 277, 66). CLAVD. 10, 262 nulla subesse vincula -ae. *nota de rebus*: HOR. sat. 2, 6, 63 faba, Pythagorae -a (SER. SAMM. 734 Pythagorae -a levi condita cumino). PS. AVG. quaest. test. II nov. 61, 1 p. 446, 12 (Souter) caro . . . -a eorum (*visibilium et mundanorum*) est. **b** *speciatim*: *i. q. uxor fratris vel soror uxoris vel mariti vel glos*: ORAT. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 25 -a piissima. HIER. epist. 22, 24, 3 non mater, non soror, non -a, non germanus. VVLG. Ruth 1, 15 reversa est -a tua. GREG. M. epist. 11, 56ᵃ p. 335, 6 novercis et -is si liceat copulari coniugio. p. 335, 16 cum -a . . . miscere prohibitum est, quia per coniunctionem priorem caro fratris fuerat facta. CONC. Lugd. a. 516—523 p. 31, 19 qui . . . -ae suae . . . se sociavit. CORP. II 6011. VI 13241. 34238, 8. 36556 c⟨o⟩gna⟨t⟩ae pientis(simae). X 2356. 7347. XII 5125. XIV 1425. 3579, 25 indulgentissima -a. *et saepius, ut videtur. adde*: CORP. XIV 1285 Faustinus fecit sibi et coniugi suae Anniae Mariae cognat⟨a⟩e suae (*spectare videtur ad condicionem talem, quae est supra l. 19 vel l. 35 sqq.*).

B *translate i. q. similis, conveniens* (*cf.* QVINT. inst. 1, 5, 49 sunt quaedam -a, ut dicunt, id est eiusdem generis): CIC. de orat. 3, 197 nihil est . . . tam -um mentibus nostris quam numeri atque voces. Tim. 17 formam . . . et maxime -am et decoram *deus* dedit. HOR. sat. 2, 3, 280 imponens -a vocabula rebus. MANIL. 4, 260 -as tribuit . . . Aquarius artes. 4, 327 *Cancer* -am . . . gerit diverso in cardine legem. SEN. nat. 2, 21, 4 -a esse ista et eiusdem notae ac naturae. 3, 10, 1 utraque . . . -a res est. 7, 30, 4 multa praeterea -a numini summo et vicinam sortita potentiam obscura sunt aut . . . . oculos nostros . . . effugiunt. epist. 99, 25 esse aliquam -am tristitiae voluptatem (99, 28). PLIN. nat. 5, 98 usque ad -a Ripaeorum montium iuga. 15, 80 *culices* ad -ae (*codd., sc. arboris alimentum*, -am *sc. arborem vulgo*) evolant (*cf.* 16, 38 genera -arum arborum). 21, 81 -um *fimum bubulum apibus*. 23, 62 vino -a res sapa est (36, 182 -a calci res gypsum est. GELL. 2, 4, 6 cum accusator et reus duae res quasi -ae coniunctaeque sint). 23, 103 *mala* struthia. 24, 88 -a (cognita *codd.*) . . . res est harundini papyrum. 31, 33 -is et nivis causis (*abl. abs.*). 35, 179 *napthae* ardens natura et ignium -a. 37, 100 -a est et sandastros. APVL. Plat. 1, 14 sensus . . . intellegentiam -am tenent. MAR. VICTORIN. gramm. VI 18, 13 -ae . . . vocantur inter se vocales . . . item consonantes inter se, sed proprie sunt -ae, quae simili figuratione oris dicuntur (*cf.* SCAVR. gramm. VII 14, 1 x littera -a ⟨est cum⟩ c et g. 21, 16). PALLAD. 14, 76 *mala Punica* sibi -o picta rubore placent. HIL. hymn. 1, 59 progenies dei, -um cui sit omne decus patris. PELAG. in Rom. 8 p. 680ᶜ singulae *substantiae* -a sibi et vicina desiderant. RVFIN. Orig. in num. 1, 3 quae *unusquisque* ad unamquamque *tribuum* vel in actibus -a vel in moribus habuit. 5, 2 quinquaginta . . . et quingenti -us est numerus. AVG. civ. 12, 25 homo praecipuum diisque ipsis -um teneret locum. HIPPOCR. aer. 7 istum morbum eis -um (σύντροφον) esse et aestate et hieme. MART. CAP. 1, 73 speculo -i luminis. *ibid.* speculo -o. DRAC. laud. dei 1, 82 rerum -a . . . conservat natura fidem. satisf. 61 littera doctiloquax apibus -a refertur. BOETH. Porph. isag. 2, 11 p. 104, 24 -a differentia (2, 11 p. 105, 4). arithm. 2, 38 omnes tetragonos imparibus esse -os. 2, 49 haec proportionalitas geometricae harmoniae -a est. 2, 54 p. 170, 27 omnes . . . termini -i sibi . . . sunt. CASSIOD. art. 6 p. 1215ᶜ duarum magnitudinum -arum . . . habitudo. CORIPP. Ioh. 1, 244 tristis imago . . . -a tenebris. ANTH. 472, 3 famuli -a faece sepulti.

neutr. subst.: PRVD. c. Symm. 2, 47 -um . . . volunt pigmenta Camenae. *c. inf.*: SYMM. rel. 31, 1 moribus scaevis familiare atque -um est armare spiritus.

II *de eo quod coaluit; i. q.* **una natus** *vel* **concretus** (*cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

connasci *vol. IV p. 344, 19*): CLAVD. 5, 360 -o . . . viros spirare metallo. 7, 14 -a potestas excepit Tyrio venerabile pignus in ostro. 21, 322 -os strinxit gladios. carm. min. 7, 4 quos forma diremit, materies -a tenet discrimine nullo. 24, 2 -us dorso durescit amictus (*lucustae*). 27, 18 sidus? (*at cf. p. 1480, 75*). 34, 1 (*de crystallo*) lymphae, quae tegitis -o carcere lymphas. rapt. Pros. 1, 146 parva . . . -as prohibent discrimina terras (*sc. Italiam et Siciliam. cf.* CORIPP. Ioh. 4, 192 *amnis* utraque -ae dirimens confinia terrae). AVG. serm. ed. Mai **71**, 3 oves lanis -is ut vestibus et compositae sunt et onustae. 72, 1 -ae sulcantur cicatrices. CORIPP. Iust. 3, 287 -os latices laticum concreta tegebant.

syn.: ad I A: affinis, coniunctus (CIC. Cael. 34 GELL. 2, 4, 6), necessarius, propinquus (CORP. I 1480 COD. Iust. 5, 37, 28, 1ª. 2ᵇ *al.*). *ad I B*: conveniens, familiaris (SYMM. rel. 31, 1), similis. *ad II*: una natus, connatus, concretus. *oppos.*: agnatus.

deriv.: cognatio, cognativus. *cf. graec.* κογνατικός. *Hoppe.*

cognīdium *i. q.* coccum cnidium, *v.* coccum *p. 1395, 33sqq.*

cognitio, -ōnis *f. a* cognoscere. CAEL. AVR. acut. 2, 31, 163 -o . . . sive intellegentia. ISID. diff. **1**, 89 inter -em et agnitionem quidam sic distinguunt, quod -o eorum sit, quae ante non scivimus et ea postea scire permittimur, agnitio vero eorum, quae prius scientes, deinceps scire desivimus eorumque postea recordamur. GLOSS. διάγνωσις. ἐπίγνωσις. diversatio ('divulgatio?' *Goetz*) vel quod iam palam est. *legitur inde a* TER., *plur. inde a* CIC. fin. 3, 5, 17 *saepe, cf. Neue-Wagener I³ 643. graece* κογνιτιόνεμ: PAPYR. Lips. *p. 1486, 52.*

I *i. q.* ***actio recognoscendi*** *(quem Graeci* ἀναγνωρισμόν *appellant): spectat ad homines*: TER. Eun. 921 ibo intro, de -e ut certum sciam. AVSON. 465, 2 Vlixes Eumaeo et Philoetio, . . . qui sit, revelat. et postquam facta -o est, caedem procorum pro tempore instrui placet. HYG. fab. 37 p. 68, 8 cum posset eum lapidem allevare et gladium patris tollere. ibi (id sibi *Schmidt*) fore indicium -is filii. 122 p. 105, 10 -e facta . . . Mycenas venerunt. 126 p. 110 tit. Vlixes -o. EVGRAPH. Ter. Andr. 904 haec scaena -em habet puellae.

II *latiore sensu i. q.* ***actio cognoscendi*** (*rarius passive i. q. status eius qui cognitus est, ut ex. gr. l. 37. p. 1484, 2 al.*): **A** *cognoscuntur personae: generatim*: CIC. Arch. 5 itaque hunc omnes . . . -e atque hospitio dignum existimarunt. epist. 13, 78, 2 huic ego tantummodo aditum ad tuam -em patefacio et munio. PETRON. 132 paenitentiam agere sermonis mei coepi, . . . quod oblitus verecundiae meae cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad -em quidem admittere severioris notae homines solerent. *speciatim de amore viri et mulieris* (*cf.* cognosco *sub II A 3 a β*): AMBR. Abr. 2, 11, 91 quia is, qui incipere habet uti -e feminae, ante debet recidere in se ardorem libidinis.

B *cognoscuntur res* (*plerumque incorporeae*): **1** *generatim*: CIC. orat. 122 nam ipsae quidem res in perfacili -e versantur. fin. 1, 63 quae *regula* quasi delapsa de caelo est ad -em omnium. 3, 73 quid natura valeat, haec una -o potest tradere. 5, 44 -o . . . haec est una nostri, ut vim corporis animique norimus. Tusc. 1, 48 qui naturae -em admirantur (leg. **1**, 61 in hoc conspectu et -e naturae . . . quam se ipse *animus* noscet. fin. 5, 53 ut sapientes omne tempus inquirendo ac discendo in naturae -e consumant. SEN. epist. 82, 6 *fortunae* naturaeque -o). Tusc. 3, 57 non . . . id solum continet ea disputatio, ut -em afferat generis humani, sed significat *eqs.* ac. 2, 23 virtutum -o confirmat percipi et comprehendi multa posse. 2, 92 rerum natura nullam nobis dedit -em finium. SEN. contr. 9, 6, 14 nec est quod quaeratis aliquem, qui -em vestram per omnis comparationis partis ducat. VAL. MAX. 8, 2, 1 nec commodorum spem augere nec incommodorum -em obscurare oportet. SEN. dial. 8, 5, 8 homo ad immortalium -em nimis mortalis est. nat. 1 praef. 6 ad -em caelestium (QVINT. inst. 1, 10, 5 non modo -e caelestium vel mortalium). epist. 28, 2 -o urbium aut locorum. 89, 1 facilius enim per partes in -em totius adducimur. PLIN. nat. 25, 9 nec est difficilis -o (*sc. herbarum*), nobis certe exceptis admodum paucis contigit reliquas contemplari *eqs.* QVINT. inst. 1, 1, 36 etiam dicta clarorum virorum et electos ex poetis maxime — namque eorum -o parvis gratior est — locos ediscere inter lusum licet. 3, 1, 3 ad -em eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur. 10, 1, 57 Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit? nec sane quisquam est tam procul a -e eorum remotus, ut non indicem . . . transferre in libros suos possit. decl. 335 p. 317, 24. SVET. Tib. 62 soli huic -i adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem . . . torqueri sine mora iusserit. APVL. flor. 18 p. 90 id (*sc. solis rationem*) a se recens inventum Thales memoratur edocuisse Mandraytum (Mandrolytum *Crusius*) . . . qui nova et inopinata -e impendio delectatus optare iussit *eqs.* SOL. 52, 2 *India* Alexandri Magni armis comperta et aliorum postmodum regum diligentia peragrata penitus -i nostrae addicta est. *saepius.* HIL. in psalm. 67, 31 vaccas in Samaria adoratas esse -o ex libris est. AMM. 21, 1, 7 et quoniam erudito et studioso -um omnium principi malivoli praenoscendi futura pravas artes assignant. 26, 1, 2 haec quidam veterum formidantes -es actuum variorum stilis uberibus explicatas non edidere superstites. 29, 5, 1 ne dum negotiis longe discretis et locis alia subseruntur -o multiplex necessario confundatur. HIER. epist. 55, 3, 5 in Danihelo -o futurorum *adest.* RVFIN. hist. 5, 3, 1 narratio, quam -is causa (μνήμης ἀξίαν) his inserere dignum putavi. AVG. civ. 9, 20 aliquid affert -e dignissimum. **11**, 7 et hoc cum facit in -e sui ipsius. *ibid.* in -e firmamenti . . . in -e terrae ac maris . . . in -e luminarium maioris et minoris omniumque siderum . . . in -e omnium ex aquis animalium . . . in -e omnium animalium terrenorum. 11, 9 propter senariam vel septenariam -em. 11, 29 in diurna -e. 14, 11 quod in nostram -em pervenire non potuit. 18, 38 ac sic illa pertinerent ad ubertatem -is. 19, 14 studio -is. gen. ad litt. 4, 32 p. 130, 17 quia praecedit -em quidquid cognosci potest. 5, 18 p. 161 illa velut matutina sive diurna -e, hac vero velut vespertina. serm. 186, 1 *deus* nos per ineffabilem clementiam suam fecit aeternaliter bene vivere absque ullius miseriae -e. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 4 ex his, quae ad supplementum -is deerant, usurpasse, ut et imperitos docerem et litteratos convincerem. 1, 47, 2 ad -em temporum. *saepius.* OROS. hist. 1, 2, 51 nunc Europam in quantum -i hominis conceditur, stilo pervagabor. 5, 19, 12 -em vultus galea, considerationem furor ademerat. BOETH. mus. 2, 18 p. 249, 28 non est dubium primam esse omnium diapason consonantiam meritoque excellere quoniam -e praecedat. GREG. M. moral. 4, 33 ad -em mente redeunte.

2 *speciatim*: **a** -*o veri, falsi, certi*: CIC. ac. 2, 45 qui *errores* videntur conturbare veri -em. 2, 58 veri . . . et falsi non modo -o, sed etiam natura tolletur. off. 1, 18 qui locus in veri -e consistit. SEN. dial. 7, 4, 5 tum illud orietur inaestimabile bonum, quies mentis in tuto collocatae et sublimitas expulsisque erroribus ex -e veri gaudium. NICET. spir. 1 et praevenerit -em veri nuntius mendax. CIC. fin. 2, 43 quasi desperata -e certi. **b** *i. q. studia litterarum vel scientiarum*: CIC. de orat. 1, 185 nam si esset ista -o iuris magna atque difficilis (1, 197 percipietis etiam illam ex -e iuris laetitiam. *ibid.* iuris civilis esse -em necessariam. 1, 247 nam ipsum illud etiam sine -e iuris . . . scire possumus. epist. 3, 9, 3 cum ipsam -em iuris augurii consequi cupio. PANEG. 3, 19 iustitia -e iuris addiscitur). CIC. de orat. 1, 187 in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum -o, verborum interpretatio (AVG. civ. 10, 32 nondum in suam notitiam eandem viam historiali -e perlatam. *bis.* 16, 9 neque hoc ulla historica -e didicisse se affirmant. 18, 41 ut autem iam -em omittamus historiae). CIC. de orat. 3, 127 geometriam, musicam, litterarum -em et poetarum (RVFIN. Orig. in Ios. 6, 1 si quis . . . attigit liberalium litterarum -em). 3, 143 philosophorum. fin. 1, 25 quid tibi, Torquate, quid huic Triario litterae, quid historiae -oque rerum . . . voluptatis affert? 4, 11 modestiam quandam -o rerum caelestium affert iis. QVINT. inst. 1, 10, 31 -em rationis, quae ad movendos leniendosque affectus plurimum valet (ARNOB. nat. 7, 44 a quovis homine sentiente communia nec ad studium veri rationum -bus erudito). 10, 1, 90 Rabirius ac Pedo non indigni -e, si vacet. PLIN. epist. 2, 3, 8 turpe est non putare tanti -em, qua nulla est iucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. 3, 5, 2 est enim haec quoque studiosis non iniucunda -o. SVET. Nero 52 sed a philosophia eum mater avertit, monens imperaturo contrariam esse; a -e veterum oratorum Seneca praeceptor. APVL. apol. 27 quasi id -is gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso gulae causa liceret? ARNOB. nat. 2, 9 de rebus ab humana -e sepositis. AMM. 22, 8, 10 ut Eratosthenes affirmat et Hecataeus et Ptolomaeus aliique huiusmodi -um minutissimi scitatores. *de morbis cognoscendis*: CELS. 1 praef. p. 11 ita apud eum morbi -o extra artem, medicina intra usum est. 2, 18 facilis etiam et necessaria -o est naturam eius (*sc. aquae medicinalis*) requirentibus. 7, 7, 13 de qua (*suffusione*) antequam dico, paucis ipsius oculi natura indicanda est: cuius -o, cum ad plura loca pertineat, tum vel praecipue ad hunc pertinet. 8, 2 in carie quidem expedita -o est. CASS. FEL. 52 p. 136 -o autem illarum (*sc. podagrarum*) talis est. ORIBAS. syn. 1, 7 nihil est sola plenitudinis (*sc. sanguinis*) -o, nisi fiat et contemplatio aetatis hominis. 6, 7 in talibus . . . febribus propria et maxima -o est, ut calor in ipsa febre fumoso vapore sit. 6, 22. **c** *terminus rhetoricus*: RHET. Her. 2, 11, 16 ad hanc causam tractandam vehementer pertinere -em amphiboliarum eam, quae ab dialecticis proferatur. 2, 21, 31 haec -o vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem afferet. CIC. top. 18, 67 causarum enim -o -em eventorum facit. 21, 82 quaestionum autem quacumque de re sunt duo genera: unum -is, alterum actionis. -is sunt eae, quarum est finis scientia . . . -is quaestiones tripertitae sunt. 22, 86 de -is quaestionibus hactenus. de orat. 3, 113 -is autem tres modi: coniectura definitio et ut ita dicam consecutio. 3, 117 atque eae quidem disceptationes, quae ad -em referuntur. part. 66 atque ea quidem, quae dixi, -is sunt omnia. **d** *de religione*: CIC. nat. deor. 1, 32 evellere ex animis conatur -em deorum (1, 36 *Zeno* tollit omnino usitatas perceptasque -es deorum. 2, 140 ut *homines* deorum -em caelum intuentes capere possent. 2, 153 quae contuens animus accedit ad -em deorum, e qua oritur pietas. AVG. civ. 4, 22 esse utilem -em deorum si sciatur quam quisque deus vim et facultatem ac potestatem cuiusque rei habeat). TERT. adv. Val. 1 p. 177, 12 *de mysteriis* cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio -is aedificent. anim. 18 ad -em veritatum. CYPR. epist. 58, 9 cum coeperit . . . dominus . . . divinae -is examine singulorum merita re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cognoscere. CHALC. comm. 191 quod in mutis animalibus nulla sit -o de deo. HIL. myst. p. 7, 6 futuri enim apud deum -o fides facti est. trin. 1, 5 naturae divinae incomprehensibilem -em. 7, 35 cum -em filii ipse secundum hominem corporalis et visus et tactus ingesserit. in Matth. 1, 5 homines professionis longe a scientia divinae -is aversae. 10, 17 constanter enim dei ingerenda -o est. 11, 4 numquid existis videre hominem -e dei vacuum? 12, 18 neutrum facientes nec inter gentes sub venia ignorationis habitantes, nec in veritatis -e versantes. 14, 9 relicta . . . conversatione Israel in vacua divinae -is pectora transiturus. 17, 4 ad -em dei *revocare.* 25, 2 -o sacramenti caelestis. 25, 6 animae, quae perfecti cibi virtute indigentes, tenui divinae -is infirmoque gustatu imbuantur. *ibid.* sed perinde hic etiam infirmitatem animarum, quae ad -em dei tamquam lacte adhuc alantur, ostendit. *saepissime.* syn. 18 semet ipsum fraudans -e vitae perpetuae. myst. p. 20, 2 post -em sacramenti ligni. p. 24, 27 cum quando fornicaria prophetae iuncta ad ecclesiae praeformationem in spem aeternam iustitiae et fidei et -is dei reperiretur esse desponsa. ad Const. 1, 6 deus -em sui docuit potius quam exegit. *saepius.* PRISCILL. tract. 3, 69 p. 53, 10 ea, quorum -em volo testimonium prophetiae in canone accepisse cognosco. VVLG. Rom. 3, 20 per legem enim -o peccati (ἐπίγνωσις ἁμαρτίας). II Petr. 1, 2 et pax adimpleatur in -e (ἐν ἐπιγνώσει) dei et Christi Iesu domini nostri. 1, 3 per -em (διὰ τῆς ἐπιγνώσεως) eius, qui vocavit nos propria gloria et virtute. 1, 8 non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi -e. 2, 20 refugientes coinquinationes mundi in -e domini nostri *eqs.* 3, 18 crescite vero in gratia et in -e (ἐν χάριτι καὶ γνώσει) domini nostri et Salvatoris Iesu Christi. AVG. civ. 11, 7 -o quippe creaturae in se ipsa decoloratior est. 17, 24 qui iuvenis iam iuvenem Christum non quidem futurum praedixit, sed tamen incognitum prophetica -e monstravit. 22, 20. gen. ad litt. 4, 34 p. 133, 21 per angelicam -em. OROS. hist. 1, 5, 5 non sibi -is fidem defuisse sed exprimendae fidei voluntatem. SACR. Leon. p. 332 per quos initium divinae -is accepit. GREG. M. moral. 3, 47 *et saepius.*

III *terminus iuris, fere i. q.* **iudicium** (*cf.* GLOSS. iudicium). *saepius additur gen. obi. (rei iudicatae vel iudicandae) vel* de *aliqua re. de re v. Wlassak, PW. IV 206 et Kleinfeller, PW. IV 218.* CIC. Verr. 3, 60 recusare, ne quod iudicium neve ipsius -o illo absente de eius existimatione constitueretur. Manil. 40. leg. agr. 2, 56 -o XVvirum *ager* privatus sit an publicus. 2, 60. Flacc. 24 disceptationem et -em veritatis an innocentiae labem aliquam. har. resp. 14 aut vobis -o dabitur . . . aut senatus ipse iudicabit . . . aut ad pontifices reicietur. de orat. 2, 214 Brut. 87. Tusc. 5, 70 *de oraculo Delphico.* Att. 16, 16, 11 *ter.* LIV. 1, 49, 4 -es capitalium rerum. 1, 50, 9 dixisse enim *Turnum* nullam breviorem esse -em quam inter patrem et filium. 4, 26, 12 -o vacantium militiae munere. 4, 30, 5 -oque eius rei L. Sergio . . . permissa. 5, 36, 10 -em de postulatis Gallorum ad populum reiciunt. 39, 29, 2 -em placere senatui reservari. 40, 12, 20 formulam -is. 42, 32, 8. 45, 31, 1 in qua -e magis utra pars Romanis, utra regi favisset, quaesitum est. 45, 31, 14 in Asiam quoque -em extendere. 45, 32, 1 his rerum externarum -bus interpositis. 45, 34, 9 VAL. MAX. 2, 6, 7. 4, 1 ext. 7. 5, 8, 3. 8, 1 amb. 2 rem ad Arei pagi -em relegavit. SEN. benef. 3, 7, 5. 5, 24, 2 clem. 1, 15, 4. QVINT. inst. 4, 2, 27 crimine . . . de quo -o est. 5, 6, 3. 7, 2, 20 in -em venire senatus aut principis. 7, 2, 33 decl. 334 p. 315, 19 IVV. 6, 485. 7, 228 -e tribuni. 16, 18 iustissima centurionum -o est. TAC. dial. 5 hist. 2, 10. 84. 4, 10. 40 ann. 1, 72. 75. 2, 28. 50. 3, 10. 23. 4, 42. 15, 58. 16, 11 *saepius.* PLIN. epist. 2, 11, 4 -em senatus. 2, 11, 9. 23 hic finis -is amplissimae. 3, 9, 19 si longius esset extracta -o. 3, 9, 27 memento non esse epistulam longam, quae tot dies, tot -es, tot denique reos causasque complexa sit. 3, 9, 35. 4, 22, 1 interfui principis optimi -i. 5, 20, 2. 6, 22, 2. 6, 31, 2. 8 suscipere. 6, 31, 14. 7, 6, 6 ne -i Caesaris praeiudicium fieret. 7, 6, 9 finem -i quaestio imposuit. 7, 6, 14. 7, 33, 5. 10, 56, 4 haec quoque species incidit in -em meam. 10, 81, 8. 10, 96, 1 -bus de christianis interfui. 10, 96, 8 dilata -e ad consulendum te decucurri. 10, 110, 2. paneg. 80 in omnibus -bus quam mitis severitas! SVET. Iul. 23 -em senatui detulit. Aug. 51. Tib. 28 senatu -em de eius modi criminibus ac reis flagitante. Claud. 9 -o falsi testamenti recepta est. 12 -bus magistratuum. 43. 46 in ultima -e pro tribunali. rhet. 30 in -e caedis. AVR. Fronto p. 14, 19 N. 15, 18 *et* 20 -e proposita. 40, 16 appropinquat -o, in qua homines non modo orationem tuam benigne audituri sed indignationem maligne spectaturi videntur. FRONTO p. 186, 1 N. acta -um, epistulas omnes denique. 227, 11 diem -i dare. 227, 19. GRAN. LIC. p. 48 nec opplendae sunt huiusmodi -bus chartulae. IVLIAN. dig. 21, 2, 39, 1 nam si ei fundus praetoria -e ablatus fuerit, aequum erit per eundem praetorem et evictionem restitui. VLP. dig. 1, 7, 15, 2 in arrogationibus -o vertitur num forte minor sexaginta annis sit, qui arrogat. 40, 9, 12, 6 finge, inquit, ream adulterii intra sexagesimum diem postulatam: quae -o tam facile expediri potuit, ut intra sexagesimum diem finiatur? 47, 20, 3 pr. stellionatus accusatio ad praesidis -em spectat. 48, 5, 16, 5 nisi sit ea persona, quae ad praesidis -em non pertinet. 50, 16, 99. PAVL. dig. 4, 4, 24, 5 ex hoc edicto nulla propria actio vel cautio proficiscitur: totum enim hoc pendet ex praetoris -e. CALL. dig. 50, 13, 5. *praeterea saepissime apud* ICTOS. *nota in titulo libri:* CALLISTRATI libri -um (dig. 2, 4, 3. 11, 4, 2) *vel* libri de -bus (dig. 4, 2, 13 *saepius*). GELL. 2, 4, 1 cum de constituendo accusatore quaeritur iudiciumque super ea re redditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio subscriptiove in reum permittatur, ea res atque iudicum -o 'divinatio' appellatur. ITALA (codd. g p) *et* VVLG. act. 25, 21 Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti -em (εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ITALA cod. e: in Sebasti -em, cod. e[1]: cognotionem). TERT. adv. Val. 27 p. 204, 1 in -e Pilati. CYPR. epist. 52, 3 -is dies quo apud nos causa eius ageretur. 58, 3 iudicii sui et -is futurae sententiam protulerit. 59, 15 affuerunt iudicio et -i. 66, 5 *bis.* PANEG. 4, 5 p. 120, 21 stipendia -um sacrarum. EDICT. imp. Diocl. 7, 73 advocato sive iuris perito mercedis in postulatione . . . in -e *tot.* LAMPR. Heliog. 1, 1 CAPITOL. Aur. 10, 1. Ver. 8, 9 -bus continuis operam dedit. IVST. 38, 6, 2. HIL. in Matth. 27, 3 quo occulta humanarum cogitationum divini iudicii -e prodentur (*de dei iudicio ultimo die peragendo*). syn. 6 de absolutis ad -em sit iudicandum. op. hist. frg. 1, 5 taceo imperatoris sublata causae -e iudicium. SYMM. epist. 10, 23, 13 p. 208, 26 et tamen querelae eius audientiam non negavi clarissimo et spectabili viro vicario in societatem -is, si vellet, ascito. 25, 2 p. 299, 23 qui cum Auxentium v. c. sub examine decessoris mei coepisset arguere postquam ad -em meam ventum est. 10, 26, 2 p. 300, 19 dehinc cum apud me ex rescripto, quod Cyriades v. c. impetravit, recidiva -e confligerent. *saepius.* AMM. 25, 4, 7 studiosus -um omnium. 28, 6, 8 huius negotii. 29, 1, 23 summatibus quaesitis in unum, quibus -es commissae sunt. SCHOL. Cic. Bob. p. 19, 7 Hild. ut ante iudicum reiectio fieret ad eam -em, quae de illo quoque futura erat. p. 52, 15. 137, 32 in -em venire. SCHOL. Pers. 3, 29 -o enim equitum Romanorum censoribus erat subiecta. MAXIMIN. c. Ambr. 114 quod inter disceptantes -o non e diverso altercantis sed arbitri auditoris iudicium flagitet. HIER. epist. 6, 1, 1. PAVL. NOL. epist. 45, 4 p. 226, 2 honorem regni caelestis et divitias hereditatis suae et divinae -is consortium perenne largitur. AVG. civ. 3, 24. adv. Don. 16, 20 apud imperatoris Constantini -em. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 3 haeretici . . . optinent, ut imperiali auctoritate praefecto erepta -o Hispaniarum vicario deferretur. 2, 50, 6 denique quoad usque Martinus Treveris fuit, dilata -o est. 2, 51, 1 ceterum Ithacius videns, quam invidiosum sibi apud episcopos foret si accusator etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset . . . subtrahit se -i. AVELL. p. 15, 20 interea fama in -em rei cunctos inquietat. p. 68, 20 saepe de episcopis urbis . . . per altercationem partium sub examine sacerdotum concussa -o est. p. 70, 6 ab omnibus qui aderant sacerdotibus iusseramus audiri et aliquoties iterata -o est. p. 70, 7 examinatio iustae -is. p. 70, 27. EPIST. pontif. 349 (Bonif. I) Migne 20, 757[B] -em et decretum iudicium saepe declinando credidit illudendum. COD. Iust. 12, 21, 8, 3 civiles vel criminales contra eosdem -es moventur. *saepius.* LEX Visig. 3, 2, 8 si absque -e et consensu parentum puella (i)sponte fuerit viro coniuncta. CASSIOD. var. 4, 4 p. 146, 2 in celeberrima -e. PAPYR. Berol. 1, 14 p. 628[r] ex⟨cide⟩re tum eas ⟨lites ex or⟩dine -um offici nostri. SVBSCR. syn. Chalc. (Ber. sächs. Ges. 1851 p. 370) explicit prima -o Chalcedonensis concilii. *adde:* PAPYR. Lips. 1, 33 II 17 (*a. 368*) δηλῶν τίτλον μὲν . . . ἀγωγὴν δὲ τὴν ἔξτρα ὄρδινεμ κογνιτιόνεμ. *inde in titulo officii cuiusdam* (*cf. v. Premerstein, PW. IV 220/222*): COD. Iust. de cod. comp. 1 magistrum scrinii libellorum sacrarumque -um (CORP. V 8972, 7 magistro sacrarum -um). CORP. II 2203 iudex sacrarum -um (III 14195[28] iudex sacr. cognit. VI 31395 iud. sac. cogn. 31401. VIII 892. 1782. 1873. X 1700 [*a. 343*]). VI 32067 sacrarum co⟨. . .⟩. SEN. apocol. 15 is Menandro liberto suo tradidit, ut a -bus esset (CORP. VI 8629 Aug. lib. a -bus. VIII 9002 ⟨a co⟩gnitionib⟨us⟩. 9360 a cognitionib⟨us⟩ Augg.). CORP. X 5398 (*a. 214*) iudici ex deleg. cognition. Caesarian. (*cf.* XIV 3902 electus ad cognoscendas vice Caesaris -es). NOT. dign. or. 19, 10 magister libellorum -es et preces tractat.

iuxta posita et synonyma: CIC. Verr. 5, 123 commemoratio, -o. Phil. 2, 47 non -o solum rerum, sed etiam recordatio. part. 18, 62 -o, actio (off. 1, 153). top. 2, 9 -o, scientia (de orat. 1, 10. 3, 72. 112. 136 nulla -e rerum, nulla scientia ornati. Tusc. 4, 57 off. 1, 18. 158 ac. 2, 129 fin. 1, 64. 5, 48 *saepius.* ARNOB. nat. 2, 55). CIC. de orat. 1, 60 -o, prudentia. 1, 219 copiam magnitudinemque -is atque artis. 3, 88 ut agitatio rerum sit infinita, -o facilis, usus doctrinam confirmet (3, 48 puerilis doctrina . . . et subtilior -o ac litterarum ratio). 3, 110 causarum -o exercitatioque. 3, 131 vim rerum -emque. rep. 1, 19 -o ipsa rerum consideratioque. ac. 2, 17 -o aut perceptio aut . . . comprehensio (1, 45 nat. deor. 1, 80). off. 1, 153 -o contemplatioque rerum (Tusc. 5, 9 fin. 5, 11). *ibid.* ex communitate . . . ex -e. 2, 65 -o atque interpretatio. fin. 2, 110 indicia pietatis, -em, memoriam. 3, 17 rerum . . . -es quas vel comprehensiones vel perceptiones vel . . . καταλήψεις appellemus licet (3, 49 -es comprehensionesque). 4, 19 quae de prudentia, de -e rerum, de coniunctione generis humani . . . dicuntur. rep. 3, 5 cum rerum magnarum tractatio atque usus cum illarum artium studiis et -bus coniungitur. Tusc. 5, 68 quae nos magis ad -em intellegentiamque convertant (HIL. in Matth. 23, 6 -em dei afferre et intellegentiam nominis eius potestatisque praestare). div.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 91 -e astrorum sollertiaque ingeniorum. LIV. 3, 58, 3 -em cogitationemque. QVINT. inst. 12, 3, 7 -is inventionis. VLP. dig. 50, 16, 99 notionem accipere possumus et -em et iurisdictionem. APVL. Ascl. 8 -e atque usu. AVG. epist. 153, 22 amamus nostras suspiciones vel vocare vel existimare -es. BOETH. cons. 5, 5 -es, sensus, imaginatio, ratio, intellegentia.

deriv.: cognitiuncula, cognitionalis.

cognitiōnālis, -e *a* cognitio. *qui cognitionem (sc. scientiam) attinet*: CASSIOD. hist. 8, 1 p. 1104^D γνωστικὰ προβλήματα id est -es propositiones. *qui iudicium attinet*: SYMM. rel. 41, 8 cum huius rei *provocationis* nullum exemplum -is extare suggereret. COD. Iust. 7, 42, 1 (*a. 439*) contra -es sedis praetorianae praefecturae sententias. 12, 25, 4, 2 (*a. 474*) in -bus vero gestis edendis. 12, 29, 3, 1a (*imp. Zenone*) in subeundis autem -bus certaminibus. 7, 40, 1, 1 actionibus ... quae in iudicium deductae sunt et -ia acceperunt certamina.

adv. **cognitiōnāliter:** COD. Iust. 7, 63, 5, 4 sive ex una parte sive -r causae appellationis imponat exordium. 1, 14, 12 pr. si imperialis maiestas causam -r examinaverit et partibus comminus constitutis sententiam dixerit.

cognitiuncula brevis cognitio GLOSS. IV 319, 55 (V 447, 25). *a* cognitio *deminutive.*

cognitor, -ōris *m. a* cognoscere. GLOSS. γνώστης. διαγνώστης. διαγνώμων. ἔκδικος. curiosus, iudex. in lite tantum datur. a cognoscenda caussa dictus vel executor, delator, curiosus. *inde a* RHET. Her. *et* CIC. *cf. nom. propr.*

I *latiore sensu qui cognoscit vel scit aliquid*: FRONTO p. 146, 4 N. Apollo paeanum auctor, Liber dithyramborum -r, Fauni vaticinantium incitatores. APVL. met. 1, 26 at ego iam inde Milonis abstinentiae -r excusavi comiter. Socr. 16 p. 156 prorsus custos, singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus -r, assiduus observator *eqs.* TERT. anim. 18 sit nunc et potior sensui intellectus et potior -r sacramentorum. ITALA Dan. 13, 42 (Nicet. spir. 10 p. 28, 1) deus ... qui occultorum -r es (VVLG. absconditorum es -r. *cf.* CYPR. mort. 17 deus ... occultorum contemplator et -r. HIL. trin. 6, 33 omnium -r est *deus.* FAVSTIN. trin. 22 ipse *deus*, quo nemo melior -r dat testimonium. AMBR. obit. Theod. 18 occultorum ... solus -r deus. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 17. AVG. quaest. hept. 7, 17 deus omnium -r etiam futurorum. un. eccl. 5, 8 -r cordis et humanorum omnium secretorum et testis et iudex. CHROMAT. in Matth. 15, 3. SACR. Leon. p. 424 tu -r peccatorum. RVRIC. epist. 2, 14 p. 393, 20 conscientiarum -r *deus.* FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 87, 29. OP. imperf. in Matth. 3 p. 656 *deus* cordium et futurorum -r est. 35 p. 826. VEREC. in cant. 4, 24 vel cum ei [*Christo*] occultorum secreta tamquam -i omnium publicantur. CASSIOD. in psalm. 52, 3 cum deus occultorum sit -r et sciat omnia antequam fiant. FERREOL. reg. 5 ille omnipotens scrutator animae -rque deus). CHALC. comm. 348 ab ineunte aetate praeiudicavimus omne quod sit corpus, esse nec quicquam fore quod substantia sensili careat, -bus et velut assectoribus corporum credentes sensibus. MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 4 p. 1179^A -r autem cum est ipsius cogniti, fit ut cognitum pater sit, -r filius. HIL. trin. 9, 66 cogitationum gestorumque non ignarus -r. AVSON. 393, 72 aenigmatum qui -r fuit meorum. HIER. vir. ill. 40 Orosius ... historiarum -r. epist. 53, 8, 12 speculator et arcanorum domini -r. AVG. civ. 8, 5 si ergo Plato dei huius imitatorem -em amatorem dixit esse sapientem. *ibid.* dei -bus viris, ut Thales in umore, Anaximenes in aëre *eqs.* soliloq. 2, 5, 8 verum est, quod ita se habet, ut -i videtur. 2, 8, 15 sine -e nihil verum esse posse. epist. 82, 27 non solum -i verum etiam doctori veritatis. CLAVD. MAM. anim. p. 20, 3 -r ... intentus. 105, 21 animadverte, nostri bone -r, praesentis saeculi peritum facundumque doctorem. 185, 5 non usque faciliter memoria complecti -r potest. OP. imperf. in Matth. 1 p. 634 -em se cordis eius ostendere. BOETH. Porph. isag. p. 222, 8 sed Aristoteles sapientissimus rerum -r. herm. sec. 5, 11 p. 363, 19 potest esse citharoedus ... tantum artis illius -r, non tamen in ipsa perfectus.

nota in iure i. q. γνωστήρ: LEX Salpens. (Corp. II 1963) 12 quique praediorum -es accepti sint. 20. 24. 26 praes -rve. 36 praedes iique -es. *saepius.* 63. LEX Malac. (Corp. II 1964) 4, 16 de obligatione praedum praediorum -orumque. 4, 34 qui Romae aerario praessent, ii praedes iique -es facti.

II *sensu technico is qui in iudicio cognoscit de aliquo, i q. iudex* (*cf. Leist, PW. IV 222 sq.; Kleinfeller ibid.*): RHET. min. p. 600, 11 exordium non propter causam ponitur, sed propter animum -is, ut eum aut docilem faciat ... aut attentum. AMM. 21, 10 tartareus -r. 28, 1, 40. 28, 6, 29. 29, 1, 27. 33. 38. SYMM. rel. 19, 3. 21, 3 *al.* epist. 2, 10. 2, 30, 2 sacri auditorii -r. *al.* AMBR. virginit. 1, 1 -is haesit intentio. COD. Iust. 1, 4, 6, 1 (*a. 398*). 1, 4, 7 (*a. 398*). 11, 6, 5, 1 (*a. 412*) talium causarum -es. RVFIN. epist. Clement. 10 apud -es saeculi non iudicentur, sed apud presbyteros. PRVD. perist. 10, 571. 793. AVG. c. Iul. 2, 10, 34 at ego ... te ante istos iudices intus in corde tuo constituo; quos ... in hac nostra disceptatione constitui -es. serm. 5, 1 quid homicidae cum iudicio, qui iam totus damnatus est poenae? sed -em praevenit quem sanguis addicit. 31, 1 adiudicari iudex, -r diligit addici, quando se a perditis passus est iudicari. epist. 144, 3 quod pronuntiaverunt ecclesiastici -es, an quod murmur aut victi litigatores. 153, 16 ius gladii -is, ungulae carnificis. 267, 11. conf. 10, 1, 1. POSSID. vita Aug. 12. 14. MAR. MERC. Cael. 1, 4 cum ab illo -e (*sc. iudice papa*) aliquatenus terreretur. VICTRIC. 16 nulla ... in unam partem declinatio -is. MART. CAP. 5, 448 accedit, quod in iudiciali genere ambigit -r in rebus alienis. COD. Theod. 13, 5, 38 pr. (*a. 414*) praesente annonari -e. 11, 31, 9 (*a. 423*) cum sacri -is tribunal appellatur (COD. Iust. 3, 24, 3 pr. *a. 485. cf.* SYMM. epist. 2, 30, 2 sacri auditorii -r. CORP. VIII 23968 sacri audito⟨rii -e⟩). LEO M. serm. 54, 5 p. 322 clamoribus improbis trepido -e superato. PETR. CHRYS. serm. 74 p. 410^A in poenam temeritatis suscitavit mortuos -is iniuria. 6 p. 204^A non exultet qui genitorem reperit, quem timuerat -em? EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 956^A apud aequissimum -em. BOETH. cons. 4, 4 si igitur -r resideres, cui supplicium inferendum putares. ENNOD. epist. 7, 1 animum -is integri. opusc. 2 p. 319, 11. dict. 14 p. 468, 12 *saepius.* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 19 damnatio pertinet ad aequissimum -em. CASSIOD. in psalm. 43, 25 tales enim causae apud illum pium iudicem plurimum valent, qui humanis -bus probantur esse temnibiles. var. 5, 4, 4 necessariis rebus insistens iudicantis portavit animum ad subsellia -um. NOVELL. Iust. 13, 4 pr. officia maligna; dicimus ... latronum -es. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 2 Christus ... utpote aequissimus -r. FERRAND. epist. 6, 6 p. 925^D quis erit post tantos ac tales pontifices negotii iam peracti novus et idoneus -r?

III *technice in iure is qui, ut alieno nomine dictet aut accipiat iudicium, certis verbis in litem coram adversario substituitur* (*cf.* GAIVS inst. 4, 82. 83). *definitiones*: PAVL. FEST. p. 57 -r est qui litem alterius suscipit coram ab eo, cui datus est. procurator autem absentis nomine actor fit. GAIVS inst. 4, 83 -r autem certis verbis in litem coram adversario substituitur. *ibid.* nam actor ita -em dat, 'quod ego a te' — verbi gratia — 'fundum peto, in eam rem L. Titium tibi -em do' *eqs. cf.* 4, 97. 98. 101. 124. PS. ASCON. div. in Caec. p. 104 qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur si orator est, aut advocatus, si aut ius suggerit aut praesentiam suam commodat amico, aut procurator, si ⟨absentis⟩ negotium suscipit, aut -r si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam. ergo -em dixit modo familiarissimum defensorem. Verr. p. 159 hoc genus defensionis in iure -r dicitur, maxime cum de alicuius statu agitur. ISID. orig. 10, 53 -r a cognoscendo causam dictus. diff. 1, 123 inter -em et procuratorem: -r non nisi praesens a praesente praesenti datur, procurator autem et absens constituitur adversus absentem. item -r adversus eum solummodo lite contendit, adversus quem ad agendum constitutus est, procurator vero apud omnes. item -r liti tantum dari solet, id est iudicii expediendi gratia, procurator vero et res omnes administrat. RHET. Her. 2, 13, 20 ex aequo et bono ius constat ... quod genus: ut maior annis LX et cui morbus causa est, -em det. CIC. Q. Rosc. 32 in hanc rem me -em dedisti. 53 quid interest inter eum qui per se litigat et eum qui -r est datus? qui per se litem contestatur, sibi soli petit; alteri nemo potest, nisi qui -r est factus. itane vero? -r si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. *saepe.* Verr. 4, 78 veniunt Herbitam duo praetoris aemuli non molesti, muliercularum deterrimarum improbissimi -es, incipiunt postulare, poscere, minari. HOR. sat. 2, 5, 38 fi -r ipse. OV. am. 1, 12, 24 cerae, quas aliquis duro -r ore legat. QVINT. inst. 3, 6, 71 -r enim fieri non potuisti. decl. 361 p. 393, 18 meae pecuniae accessio ad me pertinet. quid? si enim -r meus, quid? si procurator hoc idem respondeat? GAIVS inst 2, 39 -r aut procurator (4, 55 *item*). 4, 182 -em dare procuratoremve habere. VLP. frg. Vat. 317 de -bus et procuratoribus. 318. 319 *saepe.* DON. Ter. Eun. 805 in tria divisit officium defensionis suae: in assertoris: 'principio eam esse dico liberam'. in -is: 'civem Atticam'. in fratris: 'meam sororem'. et bonus est ordo, libera, civis, nobilis. LEO M. epist. 158 p. 1134 istius certaminis -em. 160, 1 p. 1141 cuius certaminis idem -r qui hoc spectat adiutor est. *latiore sensu*: LIV. 39, 5, 2 alienarum vero simultatum tribunum plebis -em fieri turpe et indignum collegii eius potestate et sacratis legibus esse. MANIL. 5, 321 non illo coram digitos quaesiverit hasta, defueritque bonis sector; poenamque lucretur noxius et patriam fraudarit debitor aeris; -r est urbis. QVINT. decl. 345 p. 363, 13 non dabitis tyrannicidiis -em.

fem. **cognitrīx,** -īcis. *quae aliquid cognoscit vel scit*: CHALC. comm. 51 *Plato* vult animam sensibilis mundi tamquam permissa usurpandi licentia nasci, -em tamen rerum omnium, quae sunt tam intellegibiles quam sensibiles.

cognitōrius, -a, -um *a* cognoscere, cognitor. *ad cognitoris (i. iudicis) munus (v. p. 1487, 70) spectans*: GAIVS inst. 2, 252 actiones procuratorio aut -o nomine exequi (4, 82 nunc admonendi sumus agere nos aut nostro nomine aut alieno, veluti -o, procuratorio, tutorio, curatorio. 4, 182 procuratorio aut -o nomine). 4, 124 non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt -ae *eqs.* (*bis*). PAVL. (VLP.?) frg. Vat. 323 duo edicta -a (cognitorium *V*), unum quod pertinet ad eos qui dantur ⟨alterum ...⟩.

cognitūra, -ae *f. a* cognoscere. *i. q. munus defensoris in iudicio*: QVINT. inst. 12, 9, 9 ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, -am maledicendi subire: quod facientibus etiam male

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

audiendi praesumenda patientia est. SVET. Vit. 2 filius sectionibus et -is uberius compendium nanctus. GAIVS inst. 4, 124 (*bis*) veluti si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat vel dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det, cui non licet -am suscipere. PAVL. frg. Vat. 324 ob turpitudinem et famositatem prohibentur quidam -am suscipere.

1. cognitus, *abl.* -ū *m. a* cognoscere. GLOSS. II 270, 28 διάγνωσις. APVL. met. 9, 13 multarum civitatum obitu et variorum populorum -u summas adeptum virtutes. *alia v. s.* cognosco *p. 1501, 25 et 1514, 47.*

2. cognitus, -a, -um *v. s.* cognosco. [*Lambertz.*

cognōbilis, -e [*a* cognoscere, *cf.* nobilis. *Th.*]. *is qui cognosci potest, notus*: GELL. 20, 5, 9 (*ex verbis Aristotelis*) acroaticos libros . . . neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis -es (ξυνετοί) erunt, qui nos audiverunt. *Mbr.*

***cognōmen,** -inis *n.* [-n *et* cognomentum *a* cognoscere *ductum est, sed intellegitur, quasi contineat substantivum* nomen. *Th.*]. ISID. orig. 1, 6, 3 -n *vocatum,* quia nomini coniungitur. *inde a* PLAVTO. *significat vocem, quae saepe nomini aut personae aut rei distinguendi vel accuratius definiendi causa additur*: CHAR. gramm. I 152, 21 *nomina propria* in species quattuor dividuntur: praenomen nomen -n agnomen. *ibid.* -n ... nomini subiungitur, ut Scipio. DIOM. gramm. I 321, 6 -n est, quod unius cuiusque proprium est et nominibus gentiliciis subiungitur, ut Cato Scipio (MAR. VICTORIN. rhet. p. 215, 1 HIL. trin. 6, 23). POMP. gramm. V 141, 15 omnia -a propriam rem tenent, a natura veniunt, id est natus est infans, statim hoc dicitur. CONSENT. gramm. V 339, 23 -n est, quo appellatur quis, ut Scipio. SERV. Aen. 1, 267 'cui nunc -n Iuli': si proprie loqueretur agnomen diceret, sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem duxit. PRISC. gramm. II 58, 5 -n cognationis commune, ut Scipio. CLEDON. gramm. V 35, 9 *veteres* et nomina -a vocabant et -a nomina dicebant, hoc exemplo, ut 'cui nunc -n Iulo' (*Verg. Aen. 1, 267*) et 'magno demissum nomen Iulo' (*Verg. Aen. 1, 288*) ecce modo nomen, modo -n dixit. ISID. diff. 1, 388 -n *venit* ab origine. LIB. de praen. 2 quod *gentilicio* praeponitur praenomen, quod post fertur -n, quod ad ultimum adicitur agnomen est. quorum series non, ut exposui, semper servata est: animadverto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et -um fuisse. *ibid.* quaedam -a in nomen versa sunt, ut Caepio. 3 quae olim praenomina fuerunt, nunc -a sunt, ut Postumus Agrippa Proculus Caesar (MACR. sat. 1, 6, 27 *Scipio ex baculo* cognominatus nomen ex -e posteris dedit. *ibid.* nec mirum si ex -bus nata sunt nomina, cum contra et -a ex propriis sint tracta nominibus). *auctores ante* FLORVM *divisionem inter* -n *et* agnomen (*cf. vol. I p. 1352, 75*) *a grammaticis factam non agnoscunt, sed* -n *utroque sensu usurpant.* *de ordine in serie nominum*: LEX repetund. (Corp. I 198) 14 quos *viros* legerit *praetor*, eos patrem tribum -nque indicet. *ibid. viros* nomina . . . in tabula in albo, atramento scriptos patrem tribum -nque tributimque discriptos hab⟨eto⟩ (17. 18). LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 146 eorumque nomina praenomina patres aut patronos tribus -a *censor* . . . ab ieis iurateis accipito; *sed cf. infra l. 53 sqq.* *coniunguntur nominum genera*: CIC. inv. 2, 28 nomen . . . cum dicimus, -n quoque intellegatur oportet, de hominis enim certo et proprio vocabulo agitur. SEN. benef. 4, 8, 3 sive praenomen eius (*L. Annaei Senecae*) sive nomen dixisses sive -n, idem tamen ille esset. ASCON. Scaur. p. 26 Cl. duos eodem ⟨eo⟩ tempore et praenomine et nomine et -e Dolabellas. SVET. Iul. 20. 76 Tib. 1. 26 PAPIN. dig. 48, 10, 13 pr. VLP. dig. 28, 1, 21, 1. 28, 2, 1 AVG. civ. 4, 31 p. 185 CORP. X 8131, 6. *orta sunt -a ex rebus gestis vel ingenio alicuius, cf.* SEN. clem. 1, 14, 2 cetera . . . -a honori data sunt; Magnos et Felices et Augustos diximus. *desunt servis*: QVINT. inst. 7, 3, 27 nemo habet nisi liber praenomen nomen -n tribum. COD. Iust. 7, 16, 9 -*e* liberi dumtaxat nuncupantur. *inaccurate*: POMP. gramm. V 141, 28 *Lucius* mihi praenomen est, servo autem non est praenomen, sed est -n. *ibid.* si *notarius* hoc nomen (*Africanus*) accepit, quando natus est, erit -n. *scripsit Cornelius Epicadus* de -bus (*cf.* CHAR. gramm. I 110, 3). *de formis -um*: VARRO ling. 9, 71 a Scipione quidam male dicunt Scipioninos; nam est Scipionarios. sed ut dixi quod ab huiusce modi -bus raro declinantur -a neque in usum etiam perducta, natant quaedam. GLOSS. ἐπωνυμία. ἐπώνυμον. pro⟨prium⟩ nomen. V 438, 13 agnomen. IV 37, 19 -e appellatione. [V 639, 24 -n eiusdem nominis (*ex* NON. p. 87) *ad* cognominis *pertinet, v. p. 1496, 26 sqq.*] *de frequentia usus vocum* cognomen *et* cognomentum *v. sub* cognomentum *p. 1494, 16 sqq.*

I ***strictiore sensu de nominibus*** *animantium et rerum proprio nomini* ***additis***: **A** *de singulis animantibus vel rebus, de -bus gentiliciis Romanis*: **1** *ipso cognomine non addito*: **a** *generatim*: RHET. Her. 4, 31, 42 *pronominatio* sicuti -e quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine non potest (prodest *Hanselius*) appellari (*bis*). CIC. Verr. 5, 57 ut hic (*Verres*) nomen suum comprobavit, sic ille (*Piso Frugi*) -n (*cf.* Font. 39 *Frugi* uno -e declarabatur non modo quis esset, sed etiam qualis esset). dom. 22 quod *Caesar ad Pulchrum scribens* -bus tantum uteretur neque ascriberet 'pro consule' aut 'tribuno plebi'. Cluent. 72 'quid tu', inquit, 'Paete?' hoc enim sibi Staienus -n ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne si se Ligurem fecisset nationis magis quam generis uti -e videretur (Sest. 69). Phil. 6, 11 o Fide! hoc . . . opinor Trebellium sumpsisse -n (VAL. MAX. 5, 5, 1). Tusc. 3, 16 *frugalitas* nisi tanta esset . . . nunquam esset L. Pisonis -n tanto opere laudatum. Att. 2, 13, 2 *Magni* -n una cum Crassi Divitis -e consenescit. 15, 1ᵇ, 2 *ad Atticum*: vereor ne -e tuo lapsus hyperatticus sis in iudicando. epist. 15, 20, 1 *de Sabino Trebonii*: nisi forte candidatorum licentia hic . . . usus hoc subito -n arripuit. OV. fast. 1, 605 nec gradus est supra Fabios -is ullus. 1, 615 auspicibusque deis tanti -is (*sc. Augusti*) heres omine suscipiat, quo pater, orbis onus. 5, 579 nec satis est meruisse semel -a Marti. LIV. 1, 10, 5 *Romulus* simul cum dono designavit templo Iovis fines -nque addidit deo. 7, 25, 11 *Camillo iuniori* ob omen faustum ad Gallicum tumultum -is dictatorem arrogari haud satis decorum visum est patribus. 7, 26, 12. 9, 15, 11. 10, 3, 7 *Fabius Maximus* -n suum aequavit . . . bellicis laudibus. 10, 9, 13. 30, 26, 8. 37, 58, 6 MON. Ancyr. 2, 33. VELL. 2, 112, 2 dignissimus *vir*, qui . . . -n suum Cottae fratri relinqueret. VAL. MAX. 3, 4, 3 servili -e *Servii Tullii* et regia appellatione perplexis. 3, 5, 1. 3, 7, 3. 5, 5, 1 clarissimorum -um alterum sumpsit *Scipio*, alterum dedit (*sc. fratri*). 8, 1 damn. 1 *invidia* in duorum fratrum (*sc. Scipionum*) inclutis -bus habitabat. 9, 14, 3. SEN. dial. 6, 12, 6 L. Sulla *Felix* filium amisit nec ea res . . . effecit, ut -n illud usurpasse falso videretur, quod amisso filio assumpsit (SVET. Cal. 22). 10, 13, 7 intellecta inani iactatione -is sui *a Pompeio*. epist. 91, 17 quod *Alexander* intellegere debebat falsum se gerere -n. PLIN. nat. 34, 74 *Cresilas fecit* Olympium Periclem dignum -e. 35, 8. SIL. 8, 422 Sabe . . ., qui de proprio -e primus dixisti populos . . . Sabinos. 10, 421 *Metellus* stirpe haud parvi -is. SVET. Iul. 20 cum quid . . . testandi gratia signarent . . . bis eundem (*C. Caesarem*) praeponentes, nomine et -e. Aug. 31 *Augustus* Sextilem mensem e suo -e nuncupavit. 70 Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem: quo -e is deus quadam in parte urbis colebatur. Tib. 1 cum *gens Claudia* praenominibus -busque variis distingueretur. 17. 67. Nero 1 perseveraverunt omnes *Domitii* in eodem -e. gramm. 6 *Opilii* -n in plerisque indicibus et titulis per unam l litteram scriptum animadverto. 10 *Eratosthenes philologus* primus hoc -n sibi vindicavit. PAPIN. dig. 48, 10, 13 pr. -is asseveratio poena falsi coercetur. PANEG. 2, 13 ARNOB. nat. 2, 73. HIER. epist. 117, 9 perdidistis vestra vocabula et mutuo ex vobis -a suscepistis. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (Corp. XI 5265) 27 civitati de nostro -e nomen daremus. AVG. civ. 4, 31 p. 185 acceptam ab antiquis nominum et -um historiam tenere . . . debere se dicit.

b *cognominis origine notata*: PLAVT. Capt. 878 ita me amabit sancta Saturitas, Hegio, itaque suo me semper condecoret -e. CIC. S. Rosc. 103 *Africanus* suo -e declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse. Mur. 31 quam laudem ille (*Scipio*) Africa oppressa -e ipso prae se ferebat. Phil. 3, 16 *Bambalio* propter haesitantiam linguae stuporemque cordis -n ex contumelia traxerat. rep. 6, 11 erit . . . -n id tibi (*Scipioni*) per te partum, quod h a b e s adhuc a nobis hereditarium (fin. 5, 4 PROP. 3, 11, 64. PLIN. nat. 11, 151 Luscini iniuriae [*i. iniuriae factae*] -n habuerunt. FILASTR. 24, 4). CIC. fin. 2, 73 *Manlius* ex eius (*Galli*) spoliis sibi et torquem et -n induit. *cf.* off. 3, 112 *Manlius* ad Anienem Galli . . . torque detracto -n i n v e n i t (fin. 1, 23 Tusc. 4, 49 SVET. Tib. 3). Cato 1 *Atticum* -n . . . Athenis deportasse. 5 *sapientia mea* utinam digna esset opinione vestra nostroque -e. VARRO rust. 2, 4, 1 Scrofam . . . de ea re dicere oportere -n eius significat. HOR. epist. 2, 2, 101 *ille* fit Mimnermus et optivo -e crescit. OV. fast. 5, 133 causa . . . positi fuerat -is illis (*Laribus praestitibus*), quod praestant oculis omnia tuta suis. trist. 4, 2, 39 Drusus in his meruit quondam -a terris (*sc. Germania*). *cf.* EPICED. Drusi 337 gaudebuntque *Drusi avi* suae m e r i t o (PLIN. nat. 14, 144 FLOR. epit. 2, 17, 10) -e gentis quod *Drusus* solum domito victor ab hoste tulit. OV. Pont. 4, 16, 17 ingeniique sui dictus -e Largus. LIV. 3, 18, 6 *Publicolam* memorem -is, quo populi colendi velut hereditaria cura sibi a maioribus tradita esset. 9, 16, 13 praecipua pedum pernicitas inerat, quae *Papirio Cursori* -n etiam d e d i t (SIL. 16, 469 FLOR. epit. 4, 12, 28. *cf.* VELL. 2, 91, 1 indidit. MELA 1, 36 PLIN. nat. 34, 34). 40, 54, 5 tutorem eum (*Antigonum, tutorem Philippi*) Graeci, ut -e a ceteris regibus distinguerent, appellarunt. PAVL. FEST. p. 12 Attae appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt et attingunt magis terram, quam ambulant, quod -n Quinctio poetae adhaesit. p. 57 Caesar, quod est -n Iuliorum, a caesarie dictus est. FEST. p. 146 a quo genere hominum (*metallorum?*) Caeciliae familiae -n putat *Accius* ductum. VELL. 1, 13, 2 nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio -n virtute partum vindicavit. 2, 116, 2 Cossus victoriae testimonium etiam in -n filii contulit. VAL. MAX. 5, 2, 7 Metellus . . . Pius . . . erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis quam alii victoriis -n assecutus. SEN. epist. 12, 7 *Heraclito* -n fecit orationis obscuritas. PLIN. nat. 15, 144 tribus congiis, unde et -n illi (*Novellio Torquato*) fuit, epotis. 18, 20 serentem invenerunt dati honores Serranum, unde ei et -n. 19, 59 sit aliquis et his (*hortis*) honos . . ., cum praesertim etiam -a procerum inde nata videamus. 34, 54 *fecit Phidias* Minervam tam eximiae pulchritudinis, ut formae -n acceperit. SIL. 17, 626 devictae referens primus -a terrae *Africanus* (PANEG. 5, 14). STAT. silv. 1, 2, 73 *Amor loquitur*: praesagaque formae *nobilitas Stellae* e nostro posuit -a

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caelo. AVSON. 419, 9 conecterem omnia merita virtutis et -a felicitatis.

2 *cognomine addito: exempla secundum structuras afferuntur, per quas ipsum cognomen voci -n coniungitur; cf.* SERV. Aen. 1, 267 (*ad* -n *et* nomen) dicimus autem et nomen mihi est Cicero ... et Ciceronis ... et Ciceroni, ut (*Verg. Aen. 9, 590*) ... et Ciceronem.

a *cognomen non eodem casu, quo vox -n legitur, sed substantivo vel pronomine suo attrahitur* (*addas fort. p. 1492, 49 sqq.*). cognomen (*acc. et nom.*): CIC. S. Rosc. 17 duo isti sunt T. Roscii, quorum alteri Capitoni -n est (Verr. 4, 74 Apollodorum, cui Pyragro -n est. 6, 16 Apollonio ..., cui Gemino -n est. SALL. Iug. 5, 4 Scipione, cui postea Africano -n ex virtute fuit. VERG. Aen. 9, 590. LIV. 2, 33, 5 Marcius ..., cui -n postea Coriolano fuit. 3, 12, 8 *sic passim usque ad* FLORVM; *cf.* CVRT. 4, 7, 18 in meridiem versam ⟨sedem?⟩ Arabes spectant, Trogodytis -n est). VERG. Aen. 1, 267 cui nunc -n Iulo additur (LIV. 4, 26, 2). OV. fast. 6, 461 tum sibi Callaico Brutus -n ab hoste fecit. LIV. 1, 3, 8 mansit Silviis postea omnibus -n, qui Albae regnarunt. 1, 49, 1 Tarquinius ..., cui Superbo -n facta indiderunt (1, 50, 3. 3, 65, 4. 4, 29, 6. 29, 37, 4 VELL. 2, 10, 2). LACT. inst. 1, 6, 3 ut ei (*homini*) multarum rerum et artium scientia Trismegisto -n imponeret. *nota*: PAVL. FEST. p. 367 trachali appellantur muricum ac purpurae superiores partes. unde Ariminenses maritimi homines -n traxerunt Trachali. HIER. epist. 120, 4 *in Marco* non additum *esse* -n Magdalene.
cognomine: *de singulis hominibus*: NEP. Arist. 1, 2 *ut unus Aristides* -e Iustus sit appellatus (Phoc. 1, 1 *Phocionis integritatis vitae* magna fama, ex quo -e Bonus est appellatus. LIV. 30, 42, 12). VERG. Aen. 12, 845 dicuntur geminae pestes -e Dirae (CARM. epigr. 863, 1 S. Pompeius dictus -e Pandus. CORP. VIII 10945). LIV. 25, 19, 8 M. Centenius fuit -e Paenula (ASCON. Scaur. p. 26 Cl.). CARM. epigr. 463, 2 vocitatus eram Baebius -e patris. *cf. lusum*: CIC. off. 2, 57 Crassus cum -e dives tum copiis. *de rebus, locis*: PLIN. nat. 14, 66 *vina* Potulana, ab auctore dicta illo -e. NOVELL. Iust. 37, 9 *Carthaginem Iustinianam* nostri numinis (*Iustiniani*) -e decorandam. *imprimis in appositionibus: de singulis hominibus*: CIC. Verr. 3, 128 Artemo ... Climachias -e. 4, 93 Diocles ... Phimes -e. 5, 35 Diocles ... Popilius -e. VARRO rust. 2, 2, 2 Atticus, qui tunc Titus Pomponius, nunc Quintus Caecilius -e eodem. NEP. Hann. 1, 1 Hamilcar ... -e Barca. reg. 1, 3 Xerxes et duo Artaxerxae, Macrochir -e et Mnemon. OV. fast. 4, 621 -e Victor Iuppiter. Ib. 539 conditor ... tardae, Blaesus -e, Cyrae. LIV. 23, 46, 12 Cerrinus ... -e Taurea. POMP. TROG. prol. 9. 17. 26. 34. 42. VAL. MAX. 4, 3, 7 Tuberonem -e Catum. 8, 6, 1 Licinius -e Hoplomachus. 9, 2 ext. 7 Ochi -e Artaxerxis crudelitas. ASCON. Scaur. p. 19 Cl. PLIN. nat. 10, 124 recens fama Crateri Monocerotis -e. 16, 239 SVET. Vesp. 1 gramm. 18 PORPH. Hor. sat. 1, 7, 1 AMM. 29, 1, 39 AVG. civ. 5, 18 p. 224 SVLP. SEV. chron. 2, 19, 3 CORP. VIII 434. 4551. *de populis*: PLIN. nat. 3, 52 Aquenses -e Taurini. *ibid.* Volcentani -e Etrusci. 3, 64 Trebulani -e Balinienses. 3, 105 Abellinates -e Protropi. *ibid.* Larinates -e Frentani (*sic fere 20ies apud* PLIN. nat. 3 *de populis*). *de locis*: MELA 2, 98 *insula* Leuce ... quod ibi Achilles situs est Achillea -e. PLIN. nat. 3, 8 Sexi -e Firmum Iulium. 3, 10 Corduba colonia, Patricia -e. 3, 11 Ilipa -e Ilpa. *ibid.* Hispal colonia -e Romulensis, *sic fere 14ies*. *de rebus*: PLIN. nat. 13, 112 *regiones* circa Carthaginem Punicum malum -e sibi vindicat. 14, 40 sunt insignes uva columbinae *vites* ... et magis purpureae, -e bimammiae. 15, 54 *pirus* Pomponiana -e mammosa. 15, 70 fici Alexandrinae ... -e delicatae. 21, 120 laudatissimus *iuncus* ex Nabataea -e teuchitis. 24, 140 alia clematis Aegyptia -e. 25, 68 alterum centaurium -e lepton. 25, 69 tertia est centauris -e triorchis. 25, 116 altera cyclaminos -e cissanthemos. *ibid.* tertia cyclaminos ... -e chamaecissos. 26, 119 tithymallum platyphyllon -e.
cognominis: PLIN. nat. 12, 82 felix appellatur Arabia, falsi et ingrati -is. b *cognomen eodem casu quo vox -n legitur*: CIC. Caecin. 27 S. Clodius, cui -n est Phormio (LIV. 25, 28, 5 Epicyden, cui Sindon -n erat. 35, 24, 6 utrique eorum Salinator -n erat. PAVL. FEST. p. 23 Mamerco ..., cui propter unicam humanitatem -n fuerit Aemylos. SEN. dial. 2, 5, 6 Demetrius ..., cui -n Poliorcetes fuit [epist. 9, 18]. ASCON. tog. cand. p. 88 Cl. -n ... Q. Mucio tribuno ... fuit Orestinus. QVINT. inst. 6, 1, 41 FLOR. epit. 2, 6, 27 VVLG. Sirach 47, 19 CORP. X 8131, 6 CARM. epigr. 1587, 6). MELA 3, 79 Arabia dicitur, -n Eudaemon, angusta. LIV. 8, 18, 2 Flaccum Potitumque varie in annalibus -n consulis invenio. PAVL. FEST. p. 117 unde tractum -n Scaevola. VAL. MAX. 2, 10, 4 ut superius -n Africanum capta, posterius eversa *Karthago* Corneliae genti daret. PLIN. nat. 22, 12 addat *Sulla* ... huic gloriae superbum -n Felicem. FLOR. epit. 3, 7, 6 nec quicquam ... amplius de tam famosa victoria quam -n Creticum reportavit. MIN. FEL. 8, 2 Diagoras Melius, cui atheon -n apposuit antiquitas. FAV. EVL. p. 1, 15 *Scipio* Karthagine subiugata -n familiae suae peperit Africanum. LIV. 6, 17, 5 quam (*Manlium*) ... -e ... Capitolino Iovi parem fecerint. c *cognomen sequitur genetivo*: *de hominibus singulis*: CIC. leg. 2, 28 *fingenda* -a Statoris et Invicti Iovis. Lael. 6 *Cato* -n ... habebat in senectute sapientis. VARRO rust. 1, 2, 9 *Licinius Stolo* propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit -n. 2, 1, 10 ⟨idem⟩ -a assignificare dicuntur, ut Anni Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli. HOR. epist. 1, 13, 8 Asinaeque paternum -n vertas in risum. LIV. 1, 56, 8 *Iunius* Bruti ... haud abnuit -n. 2, 8, 1 inde -n factum Publicolae est. 7, 4, 3 -n Imperiosi. 7, 10, 13 inter carminum ... incondita quaedam ... ioculantes Torquati -n auditum. 7, 32, 15 non si mihi novum hoc Corvini -n ... dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae -n memoria excessit. 9, 46, 15 ut *Fabius* Maximi -n, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret (10, 3, 4). 30, 45, 6 Africani -n militaris prius favor an popularis aura celebraverit ... parum compertum habeo. VELL. 2, 5, 1 *D. Brutus in Hispania* Gallaeci -n meruit. 2, 11, 2 meritum ex virtute ei (*Metello*) -n Numidici inditum (2, 15, 3 *Metellus* meritum -n Pii consecutus erat). VAL. MAX. 3, 3, 1 *Mucius* urbi se cum aeternae gloriae -e Scaevolae reddidit. 4, 3 ext. 4 Alexander ... -n invicti assecutus. 4, 4, 10 *ut* Megullia, quia cum quinquaginta milibus aeris mariti domum intravit, Dotatae -n invenerit. 5, 19 ext. 1 *de Pericle*: tanti roboris animus ad Olympii Iovis -n ascendit. *sic passim, affero*: LAVS Pis. 16 ut domus ... Calpurnia ... clara ... Pisonis tulerit -a prima umida callosa cum pinseret hordea dextra. PLIN. nat. 7, 137 unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi -n asseruit L. Sulla. 11, 136 aures homini tantum immobiles, ab iis Flaccorum -a. 11, 150 uni animalium homini depravantur *oculi*, unde -a Strabonum et Paetorum. 18, 10 -a ... prima inde (*ab arvis tracta*) Pilumni, ... Pisonis, ... Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret. 35, 59 fuit et alius Micon, qui minoris -e distinguitur. PLIN. paneg. 2 additum a nobis optimi -n. 84 obtulerat illis (*uxori et sorori Traiani*) senatus -n Augustarum. SVET. Iul. 76 *recepit Caesar* -n patris patriae. LACT. mort. pers. 52, 3 ubi sunt ... Ioviorum et Herculiorum -a, quae primum a Diocleti ac Maximiano insolenter assumpta ac postmodum ad successores eorum translata viguerunt? IVST. 39, 1, 9 *alteri filio* propter nasi magnitudinem -n Grypos fuit. AVSON. 264, 1 *v. infra l. 76.* *nota -a rerum incorporearum*: CIC. Flacc. 5 *Piso* -n frugalitatis, nisi accepisset, ipse peperisset. SVET. Vit. 4 *Vitellius* spintheriae -e notatus. 15 concordiae *se* recipere -n. MART. CAP. 2, 193 *Soli* littera trina conformat sacrum mentis -n. *de locis, fluminibus*: MELA 3, 10 *fluit per Celticos*, cui oblivionis -n (*cf.* SALL. hist. frg. 3, 44 nomen oblivionis) est, Limia. PLIN. nat. 3, 103 Apulia Dauniorum -e a duce Diomedis socero. 3, 107 colonia Bovianum Vetus et alterum -e Vndecumanorum. 3, 112 Gallica ora ... Togatae Galliae -e. 5, 21 colonia Cirta, Sittianorum -e. 5, 65 Arabiam ... odoriferam ... ac divitem et beatae -e inclutam. 5, 114 Magnesia Maeandri -e insignis. 12, 51 causasque quae -n illi (*Arabiae*) felicis ac beatae dedere. FRONTIN. aq. 13 priori Anioni -n veteris adiectum. *de aliis rebus*: COLVM. 3, 2, 10 aliae duae *vites Amineae* geminae ab eo quod duplices uvas exigunt -n trahunt. 10, 184 haec *lactuca* sua Cappadocae servat -a gentis (10, 417 albaque *ficus*, quae servat flavae -a cerae). PLIN. nat. 14, 25 eugeniam Tauromenitani colles cum generositatis -e misere. 15, 53 eadem causa in piris taxatur superbiae -e. 16, 53 *pix* Bruttiae -n accepit. *dubium, utrum cognomen genetivo positum, an substantivo attractum sit. de hominibus*: SVLLA hist. 2 Cornelius, cui primum -n Sullae impositum. HOR. sat. 2, 2, 56 *Avidieno* Canis ex vero ductum -n adhaeret. LIV. 2, 13, 1 Mucium ..., cui postea Scaevolae a clade dextrae manus -n inditum. 26, 8, 2 Cornelius, cui Asinae -n erat. SEN. contr. exc. 8, 4 non aliud Scaevolae Mucio -n dedit ... quam vilitas sui. SVET. Claud. 26 *Liviae Medullinae* et -n Camillae erat. *de locis, rebus*: MELA 1, 69 reliqua pars Syriae, cui Antiochiae -n additur. PLIN. nat. 3, 100 oppida ... a Tarento Varia, cui -n Apulae. CELS. 5, 28, 17 *de impetigine*: nigrae -n est. d *cognomen enuntiato additur*: VARRO rust. 2, 4, 2 ut ... avus -n invenerit, ut diceretur Scrofa. LIV. 40, 44, 1 inde -n familiae inditum, ut Annales appellarentur. VITR. 7 praef. 8 *Zoilus* adoptavit -n, ut Homeromastix vocitaretur. SEN. suas. 2, 17 omnia grandia probanti impositum est -n ... et vocari coepit Seneca Grandio. PLIN. nat. 35, 71 *Parrhasius* -a usurpavit habrodiaetum se appellando aliisque versibus principem artis. SVET. gramm. 3 Aelius -e duplici: nam et Praeconinus ... vocabatur ... et Stilo. 5 duplici cognomine *se* esse per haec indicat 'Sevius Nicanor Marci libertus negabit': 'Sevius *eqs.*'.

3 *cognominis genus adiectivo indicatur*: VARRO rust. 2, 4, 1 meam gentem suillum -n non habere. HOR. sat. 2, 3, 26 frequentia Mercuriale imposuere mihi -n compita. epist. 1, 13, 8 *cf. p. 1491, 84.* OV. Pont. 2, 5, 49 surgit Iuleo iuvenis -e dignus. VAL. MAX. 2, 7, 1 *Scipioni* deleta Karthago avitum -n dedit. 3, 4, 3 servili -e et regia appellatione perplexis. SVET. Tit. 1 Titus, -e paterno. Galba 4 Galba Ocellare -n assumpsit. FRONTO p. 205, 18 N. multos militum imperator ... castrensi -e et ioculari appellabat (AVSON. 264, 1 castrensi Caligae -e Caesar). TERT. nat. 2, 8 quorum *oppidorum* ne nominum quidem dignitas humanis -bus distat. TER. MAVR. 1931 Livius ille vetus Graio -e. *de ave*: PLIN. nat. 10, 40 pici Martio -e insignes.

B *de ordinibus vel generibus hominum*: VARRO ling. 5, 84 *flaminum* singuli -a habent ab eo deo, cui sacra faciunt, sed partim sunt aperta, partim obscura. 6, 14 Saliorum, quorum -n Agonensium. 7, 45 flamines, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent ἔτυμα, ut cur sit Martialis et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Quirinalis; sunt in quibus flaminum -bus latent origines. PLIN. nat. 18, 72 antiquissimum in cibis hordeum sicut ... apparet ... gladiatorum -e, qui hordearii vocabantur. TAC. ann. 2, 43 *legio* una et vicesima, cui -n Rapaci. DIG. de conc. dig. 2 *legis* auditores non volumus vetere tam frivolo quam ridiculo -e dupondios appellari *eqs.* HOR. sat. 1, 3, 58 illi tardo -n pingui damus. PAVL. FEST. p. 122 minores et maiores inter -a feminarum poni solebant. p. 225 proculum inter -a eum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul. FEST. p. 263 rutilum rufum significat ... unde traxerunt -a rutilae. CLAVD. carm. min. 25, 82 -a sumpsit plena ducum genitor. PACIAN. 1, 4 christianus mihi nomen est, catholicus -n.

II ***latiore sensu*** *significat speciem quandam, fere i. q.* ***nomen.***

A *de* ***singulis animantibus***: VVLG. II reg. 20, 21 Seba filius Bochri -e. MAR. VICTOR aleth. 2, 322 Seth puero -n erat. *fortasse* VERG. Aen. 1, 267 *cf. p. 1491, 15.* GELL. 10, 12, 6 his portentis atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse -n Democriti puto. CASSIOD. hist. 2, 18 Helena, cuius -e vicum Drepani princeps civitatem dicavit Helenepolim. *nota de bestia*: PLIN. nat. 8, 11 Antipater auctor est duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam -bus fuisse elephantos; etenim novere ea.

B *de* ***rebus corporeis***: *de lapidibus, arboribus, herbis*: AETNA 531 ipsis quondam Siculi -a saxis imposuere †fridicas (χοάς *Sudhaus*). PLIN. nat. 14, 24 Apianis *vitibus* apes dedere -n. 15, 39 nationum habent -n Gallica et Asiatica *poma*. 25, 2 omnium *medicorum* ... vitam clariorem fecere -bus herbarum. 26, 66 fructus *tithymalli myrtitae* non pariter maturescit, sed pars anno sequente et nux vocatur. inde -n Graeci dedere. 37, 139 *achates* excellens amplitudine, numerosa varietatibus, quae mutant -a eius. CLAVD. carm. min. 29, 9 lapis ... -e magnes. *de rebus arte factis, de aedificiis*: VARRO ling. 5, 146 domus ..., cui -n fuit macellus. PLIN. nat. 9, 66 Apicius ... in sociorum garo — nam ea quoque res -n invenit — necari eos (*mullos*) praecellens putavit. 13, 4 unguentis -a dedere aliis patriae, aliis suci *eqs.* 13, 93 *mensae* a Nomio Caesaris liberto -n trahenti. AVIAN. fab. apol. 40 o amphora ... -e superbiens et figura. *de rebus terrenis, caelestibus sim.*: VARRO ling. 5, 52 horum deorum arae, a quibus *partes urbis* -a habent, in eius regionis partibus sunt. 5, 146 ubi quid generatim *venditur*, additum ab eo -n, ut forum boarium, forum olitorium. rust. 1, 9, 1 *terra proprio nomine dicta* nullo alio vocabulo neque -e adiecto appellatur. VERG. Aen. 1, 530 est locus, Hesperiam Grai -e dicunt (3, 163. 334. 702. 8, 331). 3, 350 arentem Xanthi -e rivum agnosco. 6, 383 gaudet *Palinurus* -e terrae (*sic codd.*, terra *Serv.*, *cf.* cognominis *p. 1496, 20*). 8, 48 urbem ... Ascanius clari condet -is Albam (*cf.* GERM. 25 Romani -is Vrsi. PLIN. nat. 3, 142 Narona ... apposita -is sui fluvio. CLAVD. 26, 555 fluvium miri -is Vrbem. CASSIOD. hist. 2, 18 hoc faciebat *Constantius* in urbe -is sui). VERG. Aen. 11, 246 *Diomedes* urbem Argyripam patriae -e gentis ... condebat. PROP. 4, 1, 69 sacra diesque canam et -a prisca locorum. 4, 4, 93 a duce Tarpeio mons est -n adeptus. OV. met. 5, 640 *Ortygia* -e divae grata meae. trist. 5, 10, 13 Euxini mendax -e litus. LIV. 1, 3, 9 *Aventinus* sepultus in eo colle, qui nunc pars Romanae est urbis, -n colli fecit. VAL. MAX. 1, 5, 9 *monti* Leto -n erat. 9, 11, 1 *Tarquinius* vicum -e sceleris commaculavit. MELA 1, 7 qua diffunditur *mare* alia aliis locis -a acceptat (2, 124 Baliares ... ex spatio sui -bus acceptis maiores minoresque perhibentur). 1, 22 *provinciae* totius regionis vocabulo -n inditum est Africa (PLIN. nat. 2, 154 *terrae* propter merita -n indidimus maternae venerationis). 1, 29 *portui* Magno est -n ob spatium (1, 84. 2, 7). 2, 48 Megarensium tractus Isthmon attingit; de illo -n est, quia. 2, 114 iuxta est ... unde Carpathio mari -n est, Carpathos. LVCAN. 4, 656 maiora dedit -a collibus istis Scipio (PLIN. nat. 5, 71 SIL. 1, 89). PLIN. nat. 2, 36 ipsisque -bus (*sc. Luciferi et Hesperi*) *sidus Veneris* aemulum solis ac lunae. 3, 13 Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est sacris lingua oppidorum vocabulis, quae -bus in Baetica distinguuntur (4, 118). 5, 6 *oceano* -n imposuit *Atlas*. 18, 247 *Hyadas* nostri a similitudine -is ... imperitia appellavere suculas. SIL. 1, 155 Tagus ascito -e fontis. STAT. silv. 1, 4, 59 *deus* Alpini ... iuxta culmina dorsi signat Apollineo sanctos -e lucos. AVIEN. Arat. 365 non ... his *stellis* species, non sunt -a certa. ora 458 Theodorus illic *amnis* nec stupori sit tibi, quod in feroci barbaroque sat loco -n huius Graeciae accipis sono.

C *de* ***populis et generibus hominum***: VERG. Aen. 3, 133 laetam -e gentem. 7, 671 fratris Tiburti dictam -e gentem. PLIN. nat. 6, 64 multarumque gentium -n *est* Bragmanae. 30, 6 *Thessalarum matrum* -n diu obtinuit in nostro orbe. CLAVD. 20, 243 gens una fuere tot quondam populi, priscum -n et unum appellata Phryges.

D *de* ***rebus incorporeis***: *de notionibus temporis*: CARM. de mens. 2, 19 mensis Atlantigenae dictus -e Maiae. CLAVD. 28, 13 omnes ... tui -is anni. *de notionibus qualitatum atque actionum*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 *mores Phocionis* bonitatis -e decorandos. 6, 4, 4 felicitatis -n iustius quis moribus gravissimi viri quam impotentis armis assignaverit. SEN. epist. 108, 29 senectus ... insanabilis morbus est. praeterea ... hoc senectuti -n imposuit *Vergilius*, tristem illam vocat. AVSON. 385, 29 Dionysiacos Latio -e ludos Roma colit.

III *apud grammaticos fere idem q.* ***adiectivum*** (*sc. quasi 'nomini adiunctum'*): PLIN. Char. gramm. I 124, 28 exceptis monosyllabis cetera x finita nomina seu vocabula absque -bus. 125, 9 constante. cum -n erit, hoc velut eius modi -a praesente, innocente, sapiente ... dicemus. DIFF. gramm. VII 521, 25 'citius' praeverbium qualitatis praelativae simile -is. 522, 12 praeverbium ex -e. 531, 9 comparativum recipit, quia -n est. DIFF. ed. Beck p. 72, 10. *cf.* VARRO ling. 8, 17 propter ea verba, quae erant proinde ac -a, ut Prudens Candidus, Strenuus.

deriv.: cognominare. *cf.* cognomentum, cognominis, cognominatus. *compos.*: accognomen.

✻**cognōmentum**, -ī *n.* [a cognoscere *ductum est, v. p. 1489, 15. Th.*]. ISID. orig. 1, 6, 4 -um vulgo dictum eo, quod nomini cognitionis causa superadiciatur sive quod cum nomine est. *fere idem q. cognomen*: GLOSS. προσωνυμία. -orum συνωνυμιῶν. -o: alicui proprium nomen. *usurpatur cum specie quadam antiquitatis, cf.* SEN. suas. 2, 17 impositum est cognomen vel ut Messala ait -um. *legitur ideo saepius quam* cognomen *apud* SALL. *ter* TAC. *25ies* (cognomen *apud utrumque singulis locis*) GELL. *15ies* APVL. *ter* (cognomen *deest, at cf. vol. I p. 328, 22*), *cum 250 locis apud* CIC. LIV. VAL. MAX. PLIN. nat. SVET., *quibus* cognomen *legitur, unus tantum locus* (*sc.* CIC. fin. 2, 15) *quo* cognomentum *extat opponi possit. item posteriore aetate saepius legitur, fortasse propterea quod pleniorem sonum praebet. adamatur ab* HIER.

I *strictiore sensu de nominibus animantium proprio nomini* ***additis***, *hic illic cum origine -i (de urbe semel infra l. 56, de re personata p. 1495, 2)*: **A** *de singulis*: **1** *ipso cognomine non addito*: PLAVT. Mil. 1038 pulcher salve. :: meum -um commemoravit. Pseud. 976 hominem ego hic quaero malum, legirupam, impurum, peiurum atque impium. :: me quaeritat, nam illa mea sunt -a. VARRO ling. 6, 68 id (*io triumphe*) a θριάμβῳ ac graeco Liberi -o potest dictum (FRONTO p. 224, 23 N. Faustiana vina de Sullae Fausti -o felicia appello). frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 344. TAC. ann. 1, 31 in suum (*legionum*) -um ascisci imperatores. 3, 71 *de equestri Fortuna*: etsi delubra eius deae multa in urbe, nullum tamen tali -o erat. 15, 23 filiam Nero ... appellavit Augustam, dato et Poppaeae eodem -o (APVL. Plat. 1, 1 Platoni habitudo corporis -um dedit). GELL. 1, 23 tit. quis fuerit Papirius Praetextatus; quae istius causa -i sit. 4, 20, 13 *nomen Statius* versum est quasi in -um (*cf.* MACR. sat. 1, 6, 26 hoc -um postea familiae nostrae in nomen haesit). 13, 20, 8 *de Catone Saloniano*: hoc ... illi -um fuit a Salonino (MACR. sat. 1, 6, 28). TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436 an et hoc -um (*sc. 'sanctus dei'*) competierit ei, quem nec Christum vocari oporteret. PANEG. 12, 5 pauciora in annalium scriniis quam in vestrae domus titulis -a legerentur. SPART. Hadr. 24, 4 quamvis alii hoc -um ei (*Antonino Pio*) dicant inditum (AMM. 15, 12, 5. 23, 6, 3), quod multos senatores Hadriano iam saevienti abripuisset, alii, quod *eqs.* Did. 7, 2 adde et Severum, quod -um avi et proavi sibi Iulianus asciverat. LACT. epit. 2, 6 nullus ... eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est verum -um dei. AMM. 14, 8, 5 Nicator Seleucus efficaciae impetrabilis rex, ut indicat -um. 25, 4, 26 adortus est Persas triumphum exinde relaturus et -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 4 Hild. *Alexandro* hoc idem -um fuit *ac Pompeio*. HIER. vir. ill. 67 a quo (*Caecilio*) ... -um sortitus est *Cyprianus* (81). AVG. civ. 18, 20 p. 282. MART. CAP. 6, 651 Actium colonia cum Apollinis templo, ex quo ipsi quoque deo additum -um. *nota de urbe*: TAC. ann. 14, 27 Puteoli ius coloniae et -um a Nerone apiscuntur.

2 *cognomine addito*: **a** *cognomen non eodem casu quo vox* -um *legitur, sed substantivo suo attrahitur*: cognomentum: *subiect.*: PLAVT. Persa 60 *maioribus meis* -um erat duris Capitonibus. SALL. hist. frg. 2, 45 Metellum, cui ... Cretico -um fuit. 4, 1 Lentulus ... collega eius, cui -um Clodiano fuit. GELL. 11, 12, 2 Diodorus ... cui Crono -um fuit. 17, 21, 33 Alexander, cui -um Molosso fuit. HEGES. 1, 29, 1 Ptolomaei ..., cui -um Menneo fuit. *obiect.*: VARRO frg. Schol. Verg. Veron. Aen. 7, 681 ipsique (*Caeculo*) Depidio nomen fuisse <et datum ->um Caeculo. GELL. 18, 7, 1 Domitio ..., cui -um Insano factum est. APVL. flor. 7 p. 23 Alexandro ..., cui ex rebus actis et auctis -um Magno inditum est. cognomento: CIC. fin. 2, 15 Heraclitus -o qui σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. PAVL. FEST. p. 43 Chilo dicitur -o a magnitudine labrorum (VIR. ill. 37, 1 Appius Claudius -o Caudex dictus). GELL. 11, 5, 1 *Pyrronii philosophi* Graeco -o σκεπτικοί appellantur (TREB. Gall. 2, 4 ipse quoque imperator appellatus -o Thessalicus). AVSON. 419, 38 neque enim iustius Metellus -o Pius patre revocato ... quam tu Gratiane. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 28 Hild. Brutus Gallaecus fuit -o ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. -o *in appositione*: SALL. hist. frg. 1, 95 Calpurnius -o Lanarius. TAC. ann. 1, 23 centurionem -o Sirpicum (VEN. FORT. vita Radeg. 38, 87). 12, 54 frater eius -o Felix. 14, 9 libertus eius (*Agrippinae*) -o Mnester. GELL. 13, 20, 3 M. Cato, non -o Nepos. SPART. Hadr. 1, 2 Hadriano pater Aelius Hadrianus -o Afer fuit. IVST. 21, 6, 1 Hamilcarem -o Rhodanum. EVTR. 7, 11 Gaius Caesar -o Caligula. AMM. 14, 7, 18 philosophus Eusebius Pittacas -o. 15, 7, 4 Petrus Valvomeres -o. 19, 12, 12 Demetrius Cythras -o philosophus. 21, 16, 10 Valentis -o Thes-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salici. 22, 3, 11. 24, 4, 5. *sic passim, imprimis ap. rerum scriptores.* *de re personata*: PRVD. psych. 710 Discordia dicor -o Haeresis. *subest lusus*: ISID. vir. ill. 2 Itacius ... episcopus -o et eloquio Clarus. *cum nominibus indeclinabilibus*: VVLG. gen. 35, 6 venit ... Iacob Luzam ... -o Bethel. Dan. 10, 1 verbum revelatum est Danieli -o Baltassar.

b *cognomen eodem casu, quo vox* -um *legitur*: TAC. ann. 5, 1 Rubellio et Fufio consulibus, quorum utrique Geminus -um erat (11, 4 pergitque Suillius addere reos equites Romanos illustres, quibus Petra -um. 12, 55 Cilicum nationes, quibus Cietarum -um. GELL. 4, 3, 2 Carvilius, cui Ruga -um fuit. 17, 21, 6 Tarquini filio ... cui -um Superbus fuit. 17, 21, 40. IVL. VAL. 3, 30 Ptolomaeo, cui -um Soter erat. IVST. 29, 1, 5 Ptolomaeus, cui ex facinoris crimine -um Philopator fuit). GELL. 1, 23, 13 puero postea -um ... inditum Praetextatus (MACR. sat. 1, 6, 25). 9, 13, 2 Manlio -um factum est Torquatus (12, 11, 1 *Peregrino philosopho* postea -um Proteus factum est). **c** *cognomen genetivo additur*: TAC. ann. 2, 32 ne quis Scribonius -um Drusi assumeret. 11, 25 consul rettulit patrem senatus appellandum esse Claudium: quippe promiscum patris patriae -um. 12, 26 augetur et Agrippina -o Augustae. GELL. 1, 5 tit. Hortensius ... ob ... munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae -o compellatus est. CAPITOL. Gord. 9, 4 addunt quidam Africani -um Gordiano ... inditum ... quod *eqs.* SPART. Sept. Sev. 17, 6 -um Pertinacis non tam ex sua voluntate atque morum parsimonia videtur habuisse. AMM. 14, 11, 32 post quaesitum Magni ex rerum gestarum amplitudine -um. 16, 5, 2 Cato, cui Censorii -um castior vitae indidit cultus. 17, 13, 33 ego ... hostilis vocabuli spolium prae me fero secundum (*Gardthausen*, secundi *codd.*) Sarmatici -um. 22, 12, 2 ornamentis gloriarum inserere Parthici -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 37, 23 Hild. plurimi ex hac familia *Pisonum* -um frugalitatis habuerunt. 38, 4 Metellus ... -um ex virtute ... Cretici meruit. HIER. chron. a. Abr. 1717 Simon ... cui -um Iusti fuit propter *eqs.* vir. ill. 21 Agrippa -o Castoris. MACR. sat. 1, 6, 29 Asinae -um Corneliis datum est, quoniam *eqs.* *sic potius genetivus quam dativus subesse videtur*: CAPITOL. Ver. 8, 10 Agrippum histrionem, cui -um erat Memfi (*idem vir et* Memphius *et* Μέμφις *appellatur, vid. adn. Peteri*). AMM. 14, 5, 8 *Paulo* Catenae inditum est -um (15, 3, 4). 15, 5, 4 Eusebio ex comite, cui -um erat inditum Mattyocopae. MACR. sat. 1, 6, 30 ea ... iuratio Tremellio Scrophae -um dedit.

II ***latiore sensu*** *fere i. q. nomen* (*tam de animantibus quam de rebus*): **A** *de animantibus*: **1** *de singulis*: TAC. ann. 2, 9 erat is (*Arminii frater*) in exercitu -o Flavus (*nisi iustum cognomen more Romanorum fuisse putemus. cf.* 14, 60 reus -o Eucaerus). 2, 60 eosque, qui postea pari virtute fuerint, in -um eius (*Herculis*) ascitos (11, 11 L. Domitius adoptione ... in imperium et -um Neronis ascitus). 15, 40 videbatur Nero condendae urbis novae et -o suo appellandae gloriam quaerere. HIL. in Matth. 10, 15 si ... patri familias (*i. Christo*) -um per invidiam daemonis addiderunt, quanto magis in domesticos eius omnia iniuriarum et contumeliarum genera perficient? 20, 4 qui honor ecclesiae iam in Sarae -o est destinatus. trin. 6, 23 ne ... per communionem adoptivae hereditatis -um filii unigenito deo adderetur.

2 *de ordinibus et generibus hominum, de populis*: TAC. ann. 14, 15 tuncque primum conscripti sunt Romani -o Augustianorum. HIER. chron. a. Abr. 880 Atheniensium reges -o Erecthīdas. AVELL. p. 30 ut falsi -i discutiamus invidiam, qua nos iactant esse Luciferianos. TAC. hist. 5, 2 accolas Idaeos aucto in barbarum -o Iudaeos vocitari.

B *de rebus*: **1** *de locis, fluminibus sim.*: TAC. ann. 2, 6 *Rhenum* verso -o Vahalem accolae dicunt. 4, 65 montem ... antiquitus Querquetulanum -o fuisse. 13, 39 sibique *Corbulo castellum* ... -o Volandum sumit. 14, 33 Londinium ... -o quidem coloniae non insigne sed *eqs.* TERT. adv. Hermog. 25 p. 153 terram hanc, quam deus fecit, ex illa ex qua (*sc. terra pro materia*) fecit, -um derivasse. MART. CAP. 6, 627 *Hispania* Iberi fluminis interrivata tractu amnis sui meruit -um.

2 *de rebus incorporeis*: TAC. ann. 15, 74 mensisque Aprilis *ut* Neronis -um acciperet. APVL. mund. 13 (*loco lacunoso*) is *ventus* septemtrio habet -um. AVSON. 379, 5 cetera per numeros sunt -a dierum. HIER. chron. a. Abr. 1696 Menander primam fabulam -o Orgen docens superat. THEOD. PRISC. eup. faen. 16 licet diversa -a sortita sint *alopecia et ofiasis. ibid.* ut alopecia ex -o vulpium, ofiasis ex serpentum squamis -um acceperit. log. 33 *de satyriasi vel priapismo*: sic ... curandi erunt qui sub utriusque -is aegrotant. ISID. orig. 1, 2, 1 dialectica -o logica.

synonyma: **cognōminābilia** GLOSS. IV 172, 13. *a* cognominare.

cognōminālis, -e [*a* co(n)- *et* nomen, *cf.* cognomen. *Th.*]. *fere i. q. cognominis.* *adiect.*: AVG. c. Petil. 3, 16, 19 Paracleti nomen imponat atque ob hoc se -em spiritus sancti non esse, sed fuisse deliret *Petilianus.* *subst.*: AVG. adv. Don. 13, 17 quasi Straton solus -em habere potuisset et Cassianus non potuit.

cognōminātim *adv.* [*cf. c.* cognominare, cognominatus. *Th.*]. PRISC. gramm. III 444, 30 quartae *declinationis* sunt ... hic senatus a senibus et natu, huius senatus, et quae -m his prolatis fixa sunt.

cognōminātio, -ōnis *f. a* cognominare. *fere i. q. appellatio, cognomen, nomen.* LIB. gener. chron. I p. 108, 198 inhabitationes gentium et -es eorum declarari. HILARIAN. pasch. 5 *aequinoctius* secundum -em mensium Romanorum VIII Kal. April. invenitur. RVFIN. apol. Orig. 4 p. 567 ut baptisma ... trinitatis auctoritate, id est patris et filii et spiritus sancti -e compleatur (ISID. orig. 6, 19, 45). Orig. in lev. 1, 2 aliud ... sub synagogae, aliud ... sub principis vel sub unius animae -e mandetur. CASSIOD. compl. in II Petr. 1, 1 Simon nomen est proprium, Petrus -o eius. [*legitur corrupte* AFRAN. com. 55 letium genus -is morborum cognominis *in codd. Nonii p. 87.*]

cognōminātīvus, -a, -um *a* cognominare. EXPLAN. in Don. gramm. IV 536, 3 *nomina* aut praenomina sunt ... aut nomina gentis ... aut cognomina, quae nomini iunguntur et -a dicuntur (CONSENT. gramm. V 339, 14).

cognōminātus, -a, -um [*cf.* cognominis. *Th.*]. *idem q. cognominis.* GLOSS. II 383, 51 ὁμώνυμος. *cf.* III 59, 49 in -am εἰς ὁμώνυμον. CIC. part. 53 verba ponenda sunt ... gravia, plena, sonantia, iuncta, facta -a, non vulgaria, supralata.

cognōminis, -e [*a* co(n)- *et* nomen, *cf.* cognomen. *Th.*]. SERV. Aen. 6, 383 (*ad* 'gaudet cognomine terrae', *pro quo ipse* '-e terra' *legit*) facit ... hic et haec -is (FRG. Bob. gramm. VII 542, 2). *de formis*: *abl. in* e (*cf.* SERV. Aen. 6, 383 quod ... communi genere in e misit ablativum, metri necessitas fecit): PLIN. nat. 6, 12 VLP. dig. 37, 11, 8, 2 (?) PS. APVL. Ascl. 37 AVIEN. ora 426 PAVL. NOL. carm. 15, 76. *in* i: MART. CAP. 6, 628. *de notione*: PAVL. FEST. p. 40 -es dicuntur, qui eiusdem sunt nominis (*cf.* NON. p. 87 cognomen est eiusdem nominis [*item fere* GLOSS. Non. V 639, 24] *ubi F², ut videtur, recte* -es eiusdem nominis). *cum dativo*: PLAVT. Bacch. frg. 7 LIV. 5, 34, 8 PLIN. nat. 4, 82 SVET. Otho 1 PS. APVL. Ascl. 37 SERV. auct. Aen. 1, 38. 532. 3, 108. *cum genetivo*: PLIN. nat. 5, 113 (?). 6, 5 APVL. met. 1, 23 AVSON. 419, 25 HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 920 RVFIN. hist. 1, 12, 2 PAVL. NOL. carm. 15, 76 NOVELL. Iust. 30 praef. *dubium utrum dativus an genetivus sit*: VELL. 1, 1, 1.

1 *de animantibus*: PLAVT. Bacch. 39 quid agunt duae germanae meretrices -es? frg. 6 illa mi (mei *vel* mea *codd. Servii*) -is fuit. PLIN. nat. 4, 82 Asiacae -es flumini. 6, 5 a quibus (*Enetis*) in Italia ortos -es eorum Venetos. SVET. Otho 1 *filium* minorem ... -em sibi (Vit. 2 filios ... -es ac tantum praenominibus distinctos). APVL. met. 1, 23 si contentus lare parvulo Thesei illius -is patris tui virtutes aemulaveris. AVSON. 419, 25 -is tui Augusti tredecim consulatus. SYMM. epist. 3, 37 Dusarius ... affinem suum eundemque -em tradere patrocinio tuo meo optavit oratu. SERV. auct. Aen. 1, 38 Dardanus ... populares suos socero -es fecit (3, 108). HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 920 qui -es eorum propter familiae radicem extiterunt. RVFIN. hist. 1, 12, 2 *Cefam* unum esse ex septuaginta discipulis -em Petri apostoli. PAVL. NOL. carm. 15, 76 Hermia cum fratre sui -e patris terrenas divisit opes. **2** *de rebus*: LIV. 5, 34, 9 cum *Galli*, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, -e⟨m⟩ Insubribus. VELL. 1, 1, 1 Teucer ... Cyprum appulsus -em patriae suae Salamina constituit. PLIN. nat. 6, 12 flumen Absarrum cum castello -e. GELL. 13, 25 (24), 17 omnia ista ... -ia (*sc.* ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε). PS. APVL. Ascl. 37 *Hermes* in sibi -e patria consistens. ITIN. Alex. 36 urbem haud disparem magnitudine -bus Alexandriis. AVIEN. ora 426 Malachae flumen urbe cum -e (CARM. epigr. 279, 5 NOVELL. Iust. 30 praef.). SERV. auct. Aen. 1, 532 *Oenotrum Arcadiam* sibi -em fecisse. MART. CAP. 6, 628 *Lusitania* -i (-is *codd. nonnulli*) fluvio permeatur. *subesse potest*: AFRAN. com. 55 *cf. supra l. 9.* VERG. Aen. 6, 383 *v. supra l. 20.* PLIN. nat. 5, 113 oppida Heraclea, montis eius -is Carice, Myus. VLP. dig. 37, 11, 8, 2 cum in praenomine -e (*sic codd. optimi*; nomine cognitione K^a; περὶ τὸ ὄνομα ἢ τὸ ἐπώνυμον *versio graeca; inserendum esse* nomine *putat Mommsen*) erratum sit, is ad quem hereditas pertinet etiam bonorum possessionem accipit.

ᛝ**cognōmino,** -āvī, -ātum, -āre [*a* cognomen, *cf.* nominare. *Th.*]. AVG. loc. hept. 2, 96 p. 558, 18 quod Graecus habet ἐπονομάσω (*sc. exod. 20, 24*) 'supernominavero' aut 'annominavero' expressius dicitur, quod usitatius '-vero' nonnulli interpretati sunt; sed non habet necessariam significationem '-vero'; propinquius autem dicitur '-vero' quam 'nominavero'; nam et hoc aliqui interpretes dixerunt; *cf.* GLOSS. II 313, 22 -o ἐπονομάζω.

I ***sensu strictiore:*** *cognomine ornare, dicere; saepissime additur origo cognominis.* **A** *cognomen non additur*: *de singulis animantibus, de ordinibus hominum*: VARRO ling. 7, 45 flamines ... cum omnes sunt a singulis deis -ati, in quibusdam apparent ἔτυμα. PLIN. nat. 10, 21 *de aquilis*: buteonem hunc appellant Romani familia etiam -ata, cum prospero auspicio in ducis navi sedisset. 23, 32 unum de dando eo *veneno* volumen Asclepiades condidit ab eo -atis qui postea uno de volumine illo disseruere innumera. 26, 14 Asclepiades -ari se frigida *aqua* danda praeferens. 33, 133 postea divites -ati, dummodo notum sit eum qui primus hoc cognomen acceperit decoxisse creditoribus suis. SCHOL. Cic. Bob. p. 111, 8 Hild. fuit ... summae iustitiae, unde etiam Aristides -atus est. *de populis*: PLIN. nat. 3, 63 Alfaterni et qui ex agro Latino, item

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hernico, item Labicano -antur. 3, 74 Locri -ati a promunturio Zephyrio. *de herbis*: PLIN. nat. 13, 76 *papyrus* emporitica involucris chartarum segestriumque mercibus usum praebet, ideo a mercatoribus -ata.

B *additur cognomen*: **1** *de singulis hominibus vel deis*: QVADRIG. hist. 10ᵇ *Manlius Gallo* torquem detraxit eamque sanguinulentam sibi in collum imponit. quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt -ati. VARRO ling. 7, 82 Alexandrum ab eo appellatum . . . a quo Herculem quoque -atum Alexicacon. 7, 91 a quo (*cicure*) Veturii quoque nobiles -ati Cicuri⟨ni⟩. PAVL. FEST. p. 126 Mattici -antur homines magnarum malarum atque oribus late patentibus. FEST. p. 186 *Ops* -atur Consiva. p. 238 Postumus -atur post patris mortem natus. VAL. MAX. 2, 2, 9 *Fabius* omnem forensem turbam in quattuor tantummodo tribus descripsit . . . . quo tam salubri facto . . . Maximus -atus est (AMPEL. 18, 6). 3, 2, 21 *Q. Siccius* propter fortitudinem Achilles -atus est. 8, 6, 4 Q. Varius propter obscurum ius civitatis Hybrida -atus. CELS. 5 praef. p. 160 *Apollonius* Mys -atus est. 7, 26, 3 *calculus* maior non videtur nisi rupta cervice extrahi posse, findendus est: cuius repertor Ammonius ob id λιθοτόμος -atus est. PLIN. nat. 7, 55 Sannio mimo Paride -ato. 7, 62 Catonem . . . octogesimo exacto *anno* e filia Salonis clientis sui *generasse filium*. qua de causa aliorum eius liberum propago Liciniani sunt -ati, hi Saloniani. 7, 68 quosdam *infantes* . . . cum dentibus nasci, sicut M'. Curium, qui ob id Dentatus -atus est. 7, 118 sapientia *praestitere ceteros*, ob id Cati, Corculi apud Romanos -ati. 7, 126 Demetrius expugnator -atus. 7, 208. 11, 19 Philiscum Thasium in desertis apes colentem Agrium -atum. 21, 10 Serapio -batur *Scipio* propter similitudinem suarii cuiusdam negotiatoris. 33, 29 vulgoque purpura latiore tunicae usos invenimus etiam praecones, sicut patrem L. Aelii Stilonis Praeconini ob id -ati. 34, 75 Apollinem nudum, qui Philesius -atur. 34, 81 *Apollodorum* crebro perfecta signa frangentem . . . ideoque insanum -atum. 35, 112 tonstrinas sutrinasque pinxit Piraeicus et asellos et obsonia ac similia, ob haec -atus rhyparographos (35, 113). 37, 75. SCAVR. gramm. VII 20, 3 negat Varro etiam Graeco aspirandum, quoniam a gerendo sit -atus. AMPEL. 18, 6 Fabius Annibalem mora fregit, ex quo Cunctator est -atus. 36, 2 *Hamilcar* Barcas -atus est. TERT. adv. Val. 12 p. 191 *Iesum* -ant Soterem et Christum et Sermonem *eqs.* PORPH. Hor. sat. 1, 8, 11—12 Mallius Verna . . . quia a multis pecuniam mutuam erogabat Pantolabus est -atus. SOL. 1, 72 Crassus . . . quod numquam riserit Agelastus -batur. IVST. 27, 2, 8 unde Hierax *Antiochus* est -atus quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur. DIOM. gramm. I 486, 29 Dianam . . . Lyaeam -verunt. AMM. 27, 3, 7 per omnia civitatis membra, quae diversorum principum exornarunt impensae, nomen proprium inscribebat . . . quo vitio laborasse Traianus dicitur princeps, unde eum herbam parietinam iocando -arunt. 30, 7, 2 Gratianus . . . -atus est a pueritia prima Tunarius ea re, quod. 30, 8, 4 *cf. p. 1500, 46.* SCHOL. Cic. Bob. p. 5, 13 Hild. *Servilius* inter cetera etiam Phaselida et Olympum subiecit; unde rebus bene gestis Isauricus -atus est. 132, 12 *Metellus* Creticus -atus est bello apud Cretam feliciter gesto. VVLG. I Macc. 2, 2—5 *Mathathias* habebat filios quinque: Ioannem, qui -batur (ὁ διακαλούμενος) Gaddis, et Simonem, qui -batur (καλούμενος) Thasi . . . et Eleazarum, qui -batur (ἐπικαλούμενος) Abaron et Ionathan, qui -batur (ἐπικαλούμενος) Apphus. 10, 1. Luc. 6, 14 Simonem, quem -vit (ὃν καὶ ὠνόμασεν) Petrum. RVFIN. hist. mon. 31 p. 457ᴬ Paulus nomine, -atus Simplex. AVG. civ. 7, 14 p. 291 non est credibile ad lactandos mamma non solum pueros, sed etiam pecora, unde Ruminus -atus est, Iovem descendere voluisse. 18, 20 p. 281 ab illo . . . tempore hi reges Latinorum esse coeperunt, quos -bant Silvios ab eo quippe, qui filius Aeneae primus dictus est Silvius ceteris subsecutis et propria nomina imponebantur et hoc non defuit cognomentum; sicut longe postea Caesares -ati sunt, qui successerunt Caesari Augusto. *nota de legione*: CORP. XI 6053 legio Pia Fidelis Constans Commoda -ata est. **2** *de populis*: PLIN. nat. 3, 23 Cerretani, qui Iuliani -antur et qui Augustani. 3, 24 Calagurritanos, qui Nasici -antur. *ibid.* Calagurritanos, qui Fibularenses -antur. 3, 36 Cambolectri, qui Atlantici -antur. 3, 63 Cernetani, qui Mariani -antur. 3, 105 (*bis*). 107. 4, 7 proximi Aetolis Locri -antur Ozolae. 4, 27 Locri deinde Epicnemidii -antur. 4, 44 Scythae Aroteres -ati. 4, 107. 118. 5, 82 Laodicenos, qui ad Libanum -antur. 5, 120. **3** *de urbibus, terris, fluviis*: PLIN. nat. 3, 7 oppidum Ossonoba, Aestuaria -atum. 3, 10 Segida, quae Augurina -atur *eqs.* *ibid.* flumen . . . Ossigi, quod -atur Latonium. 3, 11 oppidum Osset quod -atur Iulia Constantia. 3, 15 Vrgia -ata Castrum Iulium. 3, 116 saltusque Galliani, qui -antur Aquinates. 4, 5 Argos Amphilochicum -atum (4, 17 Argos Hippium -atum). 4, 8 Thebis, quae Corsiae -atae sunt (4, 25 quae -antur Boeotiae Thebae). 4, 116 Salacia -ata urbs imperatoria. 5, 27 Leptis altera, quae -atur Magna. 5, 53 inde *Nilus* medios Aethiopas secat, -atus Astapus. 5, 79 Antiochia libera, Epi Daphnes -ata. 6, 43 Apamea, Rhagiane -ata (*cf.* AMM. 23, 6, 23 Apamia . . . Mesene -ata). 6, 138 Arabia Eudaemon -ata. 6, 170 Berenicen alteram, quae Panchrysos -ata est et tertiam quae Epi Dires. 6, 171 Ptolemais a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id

Epi Theras -ata. RVF. FEST. 11 Mazaca, . . . Caesarea -ata. **4** *de arboribus, herbis, lapidibus, morbis*: CELS. 5, 28, 17 *impetigo* rubra -atur. 6, 7, 2 myrrhae, quam σιακτήν -ant. PLIN. nat. 12, 98 *casiam* quam Daphnidis vocant, -atam isocinnamon. 13, 56 ficus . . . Aegyptia -ata. 15, 41 *poma* asinina -ata ⟨a⟩ vilitate. 15, 49 *malis Scandianis* cotoneo insito ab Appio . . . Appiana sunt -ata. 21, 67 amaracus, quem Phrygium -ant. 24, 82 milax . . ., quae anthophoros -atur. 25, 30 unum *panaces* . . . Asclepion -atur. 25, 32 tertium panaces Chironium -atur ab inventore. 25, 33 quartum [genus] panaces ab eodem Chirone repertum centaurion -atur, sed et Pharnaceon in controversia inventionis a Pharnace rege deductum. 25, 97 *aristolochiae quartum genus* polyrrhizon -ant (25, 98). 26, 62 primus *tithymallus* -atur characias. 26, 71 septimum *tithymallum* dendroides -ant. 26, 96 altera satyrios orchis -atur. 27, 21 verbenacae, quae aristereon -atur. 27, 41 *alum* nascitur in petris, ideo petraeum -atum. 36, 159 encardia *gemma* -atur enariste.

II *sensu latiore i. q. nominare, appellare*: **A** *aliquem (aliquid)*: **1** *de singulis hominibus et deis, de populis, sim.*: PAVL. FEST. p. 102 Hammo -atus, quia in arena putatur inventus. PLIN. nat. 6, 144 Nomadas . . . Scenitae . . . cludunt . . . a tabernaculis -ati. FLOR. epit. 3, 5, 1 Ponticae gentes . . . a Pontico -atae mari. APVL. mund. 38 *ut sit* futuri temporis *fatum* Lachesis a fine -ata. DIOM. gramm. I 321, 23 a facto Paris est -atus. 475, 23 a pedum mobilitate . . . Cinesias est -atus. AMM. 18, 9, 4 comitum sagittariorum pars, equestres videlicet turmae ita -atae. 21, 1, 8 *Themidem* ex eo quod fixa fatali lege decreta praescire facit in posterum, ita -atam. 31, 2, 13 Halani ex montium appellatione -ati. PROB. Verg. ecl. 10, 1 *Arethusa* fons in Sicilia, a quo Musas videtur -are. AMBROSIAST. in Rom. 2, 17 quia *Christus* ex Iuda ortus est, . . . Iudaei -antur. HIER. epist. 53, 5, 2 in actis apostolorum sanctus eunuchus, immo vir, sic enim eum scriptura -at. AVG. civ. 16, 3 p. 127 *ex Heber* Hebraeos esse -atos, tamquam Heberaeos (Ps. AVG. quaest. test. I 108, 2 p. 253, 11 Souter). **2** *de arboribus et herbis, de gemmis*: COLVM. 3, 6, 3 malleolus . . . novellus est palmes innatus prioris anni flagello -atusque ad similitudinem, quod . . . mallei speciem praebet. PLIN. nat. 15, 37 *v. p. 1500, 45.* 15, 43 in peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syriae Damasco -ata. 21, 30 eorum . . . error corrigendus est, qui baccar rusticum nardum appellavere. est enim alia herba sic -ata. 22, 59 verrucas cum sale tollit sucus e folio, unde nostri verrucariam herbam appellavere, aliis -ari effectibus digniorem. 22, 66 picris ab insigni amaritudine -atur. 25, 73 sunt qui *herbam artemisiam* ab Artemide Ilithyia -atam putent. 37, 187 *de gemmis*: ab animalibus -antur. **3** *de terris, terrenis*: MELA 1, 80 Lycia . . . -ata a Lyco rege Pandionis filio. PLIN. nat. 3, 7 Baetica a flumine eam mediam secante -ata. 3, 127 *Histriam* -atam a flumine Histro. 4, 28 sequitur mutatis saepe nominibus Haemonia, eadem Pelasgis et Pelasgicon Argos, Hellas, eadem Thessalia et Dryopis, semper a regibus -ata. 4, 83 *v. p. 1500, 43.* 5, 109 *v. p. 1500, 44.* 5, 121 in ora . . . Titanus amnis et civitas ab eo -ata. 5, 122 ora . . . sinum -vit et conventum. 6, 13 *Phasis* habet Surium tantum oppidum . . . ab amne influente ibi -atum. AMPEL. 7, 4 illud (*mare Myrtoum*) a Myrtilo, hoc (*mare Icarium*) ab Icaro -ata (7, 5). AMM. 16, 3, 1 Confluentes, locum ita -atum, ubi . . . Mosella confunditur Rheno. 16, 11, 11 Tres tabernas, munimentum ita -atum. 19, 11, 4 Valeriam . . . ad honorem Valeriae . . . institutam et ita -atam. 22, 8, 5. 23 fluenta Callichori ex facto -ati, quod. 22, 9, 7. 22, 16, 14 *v. p. 1500, 45.* 23, 6, 21 in his terris amnes sunt duo perpetui . . . Diabas et Adiabas . . . ideoque Adiabenam -atam. 23, 6, 72. 27, 4, 12. 29, 6, 19 porticum Eventus Boni -atam ea re, quod. 31, 11, 2. SCHOL. Germ. Bas. p. 103, 1 Phaethon *stella* -atus dicitur ab Solis filio Phaethonte. HYG. fab. 141 p. 22 *a Sirenibus* locus Sirenides -atur. 187 p. 119 AVG. civ. 15, 8 p. 73. **4** *de variis rebus*: VARRO ling. 5, 109 hinc ad pecudis carnem perventum est. ⟨ut⟩ suilla, sic ab aliis generibus -ata (*sc. caro*). PLIN. nat. 7, 71 *dentes* a canibus -ati. 26, 99 cum *Graeci* concitationem hanc (*sc. veneris*) volunt significare, satyrion appellant, sic et crataegin -antes et telygonon et arrhenogonon. POMPON. dig. 50, 16, 57 pr. magistratus per derivationem a magistris -antur. TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338 bonitas *dei* praefecit *hominem* universis fruendis atque regnandis, etiam -andis. DIOM. gramm. I 476, 5 pyrrichium Graeca interpretatione. 477, 4 iambum quasi thriambum a triumphatore -atum esse. 485, 9 elegia extrema mortuo accinebatur sic uti nenia, ideoque ab eodem elegia (*fort.* eadem elogium *scribendum*) videtur tractum -ari. VVLG. Hebr. 3, 13 adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie -atur (καλεῖται). AVG. dial. 6 verbum a vero -atum est. 10 ex toto cum pars -atur. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 148 hae sunt fluoris sanguinis κοινότητες. eas enim, quae iis -ari atque conscribi possunt, . . . tradidimus. COD. Iust. 8, 53 (54), 25 pr. donatio . . . animo dantium accipientiumve sententiis quantum ius sinit -ata. DIFF. gramm. suppl. 277, 2 amnis ab ambitu -atur.

B *additur ipsum nomen*: **1** *de hominibus et deis, de populis*: VARRO ling. 7, 20 *Musae* a terrestribus locis . . . -atae Libethrides *eqs.* PLIN. nat. 3, 25 Mentesani, qui et Oritani, Mentesani, qui et Bastuli, Oretani, qui et Germani -antur. 3, 50 *Pelasgos excegere* Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox a sacrifico ritu lingua

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graecorum Tusci sunt -ati. 4, 37 *Apolloniae* incolae Macrobii -antur. 29, 5 factio ab experimentis se -ans empiricen. 30, 7 ut Menander ... Thessalam -ret famulam complexam ambages feminarum detrahentium lunam. 34, 69 Satyrum, quem Graeci periboëton -ant. HYG. mun. castr. 12 professores eius artis causa supra scripta gromatici sunt -ati. AMPEL. 15, 17 Phocion vir bonus -atus est. TERT. nat. 1, 4 dum philosophi ... de auctoribus -entur Pythagorici et Platonici. 2, 4 cum ... ille unus deus, quem colimus, θεός -etur (*bis*). orat. 2 dicendo ... patrem deum quoque -amus. 22 Evam nondum virum expertam deus mulierem et feminam -vit. anim. 16 adv. Hermog. 3 p. 129. adv. Val. 20 p. 199 Sophiam -ari et Terram et Matrem. adv. Prax. 2 p. 229 *filium dei* missum a patre ... et -atum Iesum Christum. 7 p. 237. 15 p. 255 adv. Marc. 1, 7 p. 298. 3, 16 p. 403. 4, 10 p. 446. virg. vel. 1 Christus veritatem se, non consuetudinem -vit. 5 *de muliere*: ut, quae in futurum vocaretur nomine designato, in praesenti nihil -retur. ITALA apoc. 20, 2 (Apring. *ad l.* Aug. civ. 20, 7 p. 419 [*bis*]) draconem illum et serpentem anticum, qui -atus est (ὅς ἐστιν, VVLG. qui est) diabolus et satanas. CLEM. ad Cor. 10 Abraham, amicus -atus (17). 12 Raab, quae -batur fornicaria. SOL. 54, 11 *de hominibus, qui testudinis carne vivunt*: iidem *homines* coriis piscium vestiuntur Chelonophagi -ati. IVST. 15, 2, 11 Ptolemaeus ... rex ab exercitu -atur. 42, 2, 11 fortissimorum virorum, qui Argonautae -ati sunt. HIL. psalm. instr. 4 cum secundum Hieremiam ... *Samuel* Moysi -atus et coaequatus sit. in psalm. 1, 14 sapientiam, quae Christus est, lignum vitae -ari. 2, 8 'reges terrae' -ati sunt Herodes tetrarcha et Pilatus praetor *eqs.* (2, 44). myst. p. 24, 33 Iesum, qui Auses antea vocabatur, -vit ducem populo ad terram repromissionis pergenti futurum (p. 24, 29 RVFIN. hist. 1, 3, 4). in Matth. 17, 7 diabolum montem -vit. AMM. 31, 2, 17 *Halani* aevi ... progressu ad unum concessere vocabulum et summatim omnes Halani -antur. HIER. chron. a. Abr. 226 Apis, quem Serapim -ant *Aegyptii*. 1060 *a Bacchide* reges Bacchidae -ati. 1217 *Aegyptii* regem suum Osorthon Herculem -verunt. VVLG. IV reg. 17, 34 Iacob, quem -vit Israel. act. 11, 26 ut -rentur (χρηματίσαι) primum Antiochiae discipuli christiani. Rom. 2, 17 si ... tu Iudaeus -aris (ἐπονομάζῃ). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 29 ut ... -atum te a me fratrem et collegam ... indignanter acciperes. PRVD. cath. 9, 11 *Christus* alpha et ω -atus. ACT. Archel. 3 p. 116 amator pauperum Marcellus -atus est. CHROMAT. in Matth. 5, 1 discipulos suos lumen mundi -at. GREG. TVR. Franc. 9, 9 *iunior filius* Theodoricus -atus. *nota*: ITALA gen. 5, 2 (Aug. civ. 15, 17 p. 95. 15, 21 p. 104) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) nomen eorum Adam. 5, 3 (Hil. syn. 73) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) eius nomen Seth. exod. 2, 10 (Lugd.) -vit (ἐπωνόμασε, VVLG. vocavit) ... nomen illius Moyses. Matth. 1, 21 (Hil. in psalm. 51, 24) -bis (καλέσεις, VVLG. vocabis) nomen eius Iesum. **2** *de daemonibus*: HIL. in Matth. 7, 10 volucres ... caeli saepenumero immundos spiritus -ari. **3** *de herbis*: PROB. Verg. georg. 4, 30 serpillum herbae genus est quod a serpendo serpillum -atur. **4** *de rebus manu factis*: VARRO frg. Gell. 16, 16, 4 *ararum Carmentibus statutarum* altera Postverta -ata est, Prorsa altera. PLIN. nat. 37, 108 in delubro, quod Arsinoëum -batur. HYG. mun. castr. 14 via principalis ... esse debet latitudine eadem, qua opus pedum LX, quod est inter vallum et legiones et ideo quibusdam intervallum est -atum. 17 *via* -atur ... quintana causa copiarum. 49 fossa fiet, quod propter brevitatem titulum -atum est. 50 fossa ad vallum causa instructionis sancta est -ata. ITALA iud. 6, 24 (Lugd.) *v. p. 1500, 52.* HIL. in psalm. 1, 10 hanc eorum cathedram pestilentiae propheta -at. AMM. 22, 16, 9 turrim, quam Pharos a loco ipso -atur. 23, 4, 10 machina, quam ἑλέπολιν Graeci -amus (24, 2, 18). 26, 6, 14 Anastasianas balneas a sorore Constantini -atas. VVLG. sap. 14, 8 cum esset *idolum* fragile, deus -atus est (ὠνομάσθη). Ioh. 5, 2 piscina quae -atur (ἐπιλεγομένη) hebraïce Bethsaida. **5** *de terrenis et caelestibus*: VARRO ling. 5, 32 *ager Latius* particulatim oppidis -atus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricio Aricinus. PLIN. nat. 2, 178 *de sideribus*: quem sub divo Augusto -vere Caesaris thronon. 4, 46 *v. p. 1500, 49.* 4, 65 *insulam Andrum* Cauron, deinde Antandron -atam. 4, 83 *insula Achillis* exercitatione eiusdem -ata Dromos Achilleos. 6, 41 totam eam (*Adiabenen*) Macedones Mygdoniam -verunt. AMPEL. 6, 10 Danuvius, qui idem Ister -atur. ITALA Ios. 22, 34 (Lugd.) (h)abitaverunt in eam *terram* et -verunt (ἐπωνόμασαν, VVLG. vocaverunt) altarium Ruben et Gad *eqs.* SOL. 11, 1 ab dextera Antandrum navigantibus saxum est (hoc enim verius quam insula meruit -ari). 38, 9 *Heliopolim* Pompeiopolim devictis Cilicibus Cn. Magnus -vit. ARNOB. nat. 3, 31 quod aqua nubat terram appellatus est -atusque Neptunus. 3, 41 Graecia vicos -at λαύρας. IVST. 4, 2, 1 *Sicilia* postea Sicania -ata est. 7, 1, 1 Macedonia ante ... Emathia -ata est. 25, 2, 11 eamque regionem Gallograeciam -verunt. 44, 1, 2. RVF. FEST. 5 provincia, quae Tingimauritana -atur. AVIEN. orb. terr. 245 matrem ponti -at *Scytha* undam *Maeotidis paludis*. ora 253 quidquid amni gentis huius adiacet occiduum ad axem, Hiberiam -ant. 270 *Gaddir* Tartessus prius -a⟨ta⟩ est. 570 incolae istam *paludem* Sordicen -ant. 645 urbem rupis ... latus ... gentici -a⟨n⟩t Solis columnam. AMM. 17, 4, 2 urbem priscis saeculis conditam ambitiosa moenium strue et portarum centum aditibus celebrem hecatompylos Thebas institutores ex facto -arunt. 17, 7, 6 dioecesin, ... quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiae Pietatem -arat. 27, 4, 8 per artas praecipitesque vias, quae -antur Acontisma. HIER. virg. Mar. 13 Hermon Phoenices -ant Sanior. IORD. Get. 1, 4 insulas quas Cycladas vel Sporadas -ant. **6** *de variis rebus*: PLIN. nat. 18, 219 *exortus occasusque* matutini vespertinique -ati. 22, 114 *v. infra l. 50.* GELL. 2, 22, 8 *eurus ventus* Romanis nauticis subsolanus -atur. TERT. orat. 11 *ad Iosephi verba* 'ne irascamini in via': alias ... via -atur disciplina nostra. anim. 25 num ... barbarae Romanaeque gentes aliter animantur, quia animam aliud quid quam ψυχήν -verunt? adv. Hermog. 24 p. 152 si *Hermogenes* materiam ostenderet nominatam, deberet eandem probare terram quoque -atam. adv. Marc. 4, 1 p. 423 opus ex contrarietatum oppositionibus Antithesis -atum. TER. MAVR. 357 *vocales* διχρόνους -ant. ITALA exod. 16, 31 (Monac.) -verunt (ἐπωνόμασαν, VVLG. appellavit) illud fili Israel manna (*cf.* ITALA Ottob. -verunt illud ... nomen illius manna). CENS. 8, 5 *particulas zodiaci* Graeci moeras -arunt. 22, 16 Quintilis Iulius -atus est. LACT. mort. pers. 27, 8 Romani nominis titulum immutari nolebat *Maximianus*, ut non Romanum imperium, sed Daciscum -retur. CHALC. transl. 36 exterioris ... circuli motum eundem, quod erat eiusdem naturae consanguineus, -vit, interiorem autem diversum. 43 aestus ... sensus -antur maximos violentosque motus cientes. comm. 30 individuam ... substantiam mundi intellegibilis speciem ... Platonem -asse. 32 quod ex tribus constat, id est longitudine latitudine profunditate, solidum corpus -ant. 44 secunda *symphonia* ... diapente -ata est. 45 hemitonium ... limma -vit. *al.* AQVILA rhet. 18 ego ... non video quam ad modum *ambitus* περίοδος -etur et non potius κῶλον. DIOM. gramm. I 475, 22 *Cinesias* eam *faciem belli* pyrricham a Pyrro repertam et illustratam -vit. RVFIN. patr. 2, 10, 1 ipse exposuit, quae sit uberum et vulvae benedictio, -ans matrem, quod. MART. CAP. 9, 990 διάγυιον posteriores Graeci creticum -arunt (*cod. Bern. 56^b fortasse recte, alii* nominarunt). CAEL. AVR. chron. 2, 12, 146 eruptionem *sanguinis* ... etiam solutionem -amus.

***notabilia** quaedam ad I et II*: nomine, vocabulo *sim.* -are: COLVM. 3, 2, 18 *vites apianae* mature lectae pluviis ventisque et apibus afferunt praedam, quarum vocabulo ... -antur. POMPON. dig. 1, 2, 2, 37 Sempronius, quem populus Romanus σοφόν appellavit nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine -atus est. SOL. 1, 81 ut Romani Vibium Pompei nomine, Pompeium Vibi vocabulo -rent. IVST. 41, 5, 8 *Parthi reges* hoc nomine ... -vere. HYG. fab. 145 p. 24, 7. HIER. epist. 21, 11, 1 multis aliis vocabulis scriptura *diabolum* -at. RVFIN. symb. 38 HIST. Apoll. 28. *cf.* HIL. in Matth. 18, 2 sub asini ... nomine frequenter gentes -atas reperimus. *cf. sim. l. 15 et p. 1499, 40 sqq.* *prosopopoeia quaedam*: PLIN. nat. 4, 83 silvestris regio Hylaeum mare, quo alluitur, -vit. 5, 109 *Alabanda libera* conventum eum -vit (5, 122). 15, 37 qui candidior *color malorum* nostratia -at. AMM. 22, 16, 14 *Canopum* Menelai gubernator sepultus ibi -vit. 30, 8, 4 *Artaxerxem* Macrochira membri unius longitudo -vit. *pro nomine praedicati legitur genetivus*: PLIN. nat. 3, 51 colonia Falisca ..., quae -atur Etruscorum. 4, 46 portus ..., qui Mulierum -atur. 5, 77 Zimyram ..., quae Coeles Syriae -atur. 22, 114 *Varro* regium -atum arquatorum morbum tradit. VVLG. II Macc. 6, 2 templum -are (προσονομάσαι) Iovis Olympii. *barbare nominativus*: ITALA iud. 6, 24 (Lugd.) -vit illud *altarium* Pax domini. SERM. Arrian. frg. I 17 *credentes* etiam ecclesia -vit. -are in: HIL. trin. 6, 23 alios ... -atos ab eo (*deo*) in filios; sed hic (*Christus*) filius meus est. ARNOB. nat. 2, 65 cuius (*dei*) dona et munera non tantum asperneris et fugias, verum in alia verba -es (*sic P, ut videtur recte;* inania *Vrsinus*).

III *i. q.* ***una, simul nominare, repetere***: HIL. in psalm. 121, 6 *ad* 'illic ascenderunt tribus, tribus': forte sine exceptione ab universis aedificanda videbitur civitas, quod in tribubus -atis nulla fiat exceptio.

syn. et iuxta posita: *ad II*: dicere (CENS. 22, 16 CHALC. comm. 44 CAEL. AVR. chron. 2, 12, 146 *al.*), appellare (ARNOB. nat. 3, 31), vocitare (RVFIN. hist. 1, 3, 4. *cf.* ITALA gen. 5, 3 [Hil. syn. 73] -vit [VVLG. vocavit]). *adde p. 1499, 41. 42. 43. 44.*

part. perf. pass. -atus *pro adiectivo? v. p. 1496, 15.*

derivata: cognominabilis, cognominalis, cognominatio, cognominativus. *cf.* cognominatim. *Bannier.*

cognōscenter *v.* cognosco *p. 1516, 49.*

×cognōscentia, -ae *f. a* cognoscere, cognoscens. *i. q. actus quo quis (quid) cognoscitur, notitia, scientia*: ITALA Rom. 11, 33 (Mar. Victorin. gen. div. verb. 1) o altitudo divitiarum sapientiae et -ae dei (γνώσεως θεοῦ, VVLG. scientiae). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 19 p. 1052^D quae actio habens omnia, quae sunt in potentia, vita et -a secundum motum producit et manifestat omnia. 1, 31 p. 1064^B et ipse λόγος forma, quae -a est dei: per λόγον enim solum -a efficitur. 1, 57 p. 1084 praecognoscentiam enim -a praecedit. *saepius.* in Phil. 2, 6 p. 1207^C circumformatur enim et definitur quodammodo, id est in considerationem et -am devocatur. PS. MAR. VICTORIN. hymn. 3 p. 1145^A -a ... ipsa eademque substantia est. *saepius.*

compos.: praecognoscentia.

×cognōscibilis, -e *a* cognoscere. *compar. v. p. 1501, 7.* *id quod cognosci potest*: ITALA Iob 18, 19 (Aug. in Iob 1, 18 p. 547, 21) et non sit -is in populo suo (ἐπίγνωστος, VVLG. non erit semen

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius neque progenies in populo suo. *cf.* AVG. *l. l.* id est ad tantam deiectionem veniat, ut a suis non agnoscatur). IREN. 4, 16, 1 ut -e perseveret genus Abrahae. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 19 quiddam est *ὄν*, intelligibile, -e. 4, 23. 24 *al.* HIL. in psalm. 66, 4 quae *via* in terra . . . -is et nota praestanda est. HIER. vir. ill. 11 sententiolas solis monachorum -es. BOETH. anal. post. 1, 21 p. 738[C] -ius. FVLG. RVSP. c. Arrian. 2 p. 53 -is **deus** est (CANON. Migne 56, 696[B]). GREG. M. moral. 2, 35 non solum se -em sed etiam palpabilem praebuit *Christus.* *nota*: ITALA gen. 2, 9 (Aug. loc. in hept. 2 p. 486, 52) et lignum ad sciendum -e boni et mali (*εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*; VVLG. lignumque scientiae boni et mali).

adv. **cognōscibiliter**: VVLG. sap. 13, 5 a magnitudine . . . creaturae -r poterit creator horum videri (*ἀναλόγως . . . θεωρεῖται*).

cognōscitus, -a, -um *v. p. 1516, 55.*

cognōsco, -nōvī, -nitum, -ere *a* co(n)- *et* (g)noscere. *de formis*: PRISC. gramm. II 30, 9 n . . . transit in g ut ignosco . . . cognosco. 511, 2 notandum tamen, quod 'cognosco cognovi cognitum' et 'agnosco agnovi agnitum' in frequentiore usu faciunt pro o paenultima producta, quam vetustissimi servabant analogiam sequentes i correptam adhibentia unde . . . . Lucanus in II: . . . 'cognitus' *eqs.* ITALA Luc. 24, 35 (cod. d) quia **cognotus** est (I Cor. 13, 12 [cod. d] sicut ego cognotus sum. Gal. 4, 9 [cod. d] magis autem cognoti estis).

formam plusquamperfecti **cognoscissem**: GLOSS. IV 408, 11 *v. infra l. 28.* GREG. TVR. Franc. 2, 42 **cognuscent.** *ibid.* ad cognuscendum. CONC. Carpent. a. 517 p. 43, 2 cognusceris. *supinum* **cognitu** *v. p. 1514, 47.* *cf.* PAVL. FEST. p. 96 gnotu: cognitu. ITALA Os. 5, 3 (Wirc.) ego conovi. *formae breviores* (*cf.* GLOSS. -ostis: cognovistis. -orat: cognoverat. IV 408, 11 -ossem: cognoscessem) *leguntur inde a* TER. (cognosti, cognostis, cognoris, cognorit, cognosse) *al. et saepissime per totam latinitatem; cf. Neue-Wagener, Formenlehre III³ 486—492.* *graecis litteris scribitur*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *καύσα κόγνιτα*: *αἰτίας διαγινωσκομένης. καῦσα κογνίτα*: *τὴν αἰτίαν διαγνούς.* *de significatione*: PAVL. FEST. p. 79 explorare antiquos pro exclamare usos, sed postea prospicere et certum -ere coepit significare . . . explorator pacata clamore -it. p. 96 *v. l. 26.* CAPER gramm. VII 97, 12 -imus ignota et invisa, agnoscimus quae nobis exciderant. NON. p. 275 -ere est audire, aestimare. . . . nosse vel perspicere. . . . agnoscere. SERV. Aen. 8, 155 sane inter agnosco et -o superfluo quidam volunt facere discretionem, ut -amus novos, agnoscamus antiquos. sed haec a poetis metri necessitate variantur; nam 'agnosco' propter synalipham dixit. DON. Ter. Hec. 162 -vit: consideravit diligentius et attentius. DIFF. serm. gramm. suppl. 288, 19 inter -imus et agnoscimus hoc interest, quod agnoscimus, quos prius habuimus amicos, -imus quos nunquam vidimus. ISID. diff. 1, 62 agnoscimus notos, -imus ignotos. 1, 134 -imus ignoratos mores, agnoscimus, quae nobis exciderant. DIFF. ed. Beck p. 34, 53 agnoscimus notos vel veteres, -imus novos vel ignotos.

cf. RVFIN. Orig. in Rom. 7, 8 sed -visse suos dicitur *Iesus*, hoc est in dilectione habuisse sibique sociasse. GLOSS. -uri *διαγνωσόμενοι.* -o *γνωρίζω. ἐπιγιγνώσκω.* -ere *νοεῖν, γιγνώσκειν.* est ⟨non⟩ errantem audire. -vi *ἔγνων.* comperi rescivi. -vit expertus est. -or: *γνωρίζομαι.* -itur dinoscitur. NOT. Tir. 47, 85 -it. 47, 88 -vit. *legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO *per totam latinitatem.* [*val.* cunoaștere, *it.* conoscere, *francog.* connaître, *hisp.* conocer. cognitus: *francog.* cointe. *M.-L.*] *cf. nom. propr.* Cognitus (-a).

I *i. q.* ***percipere (intellectu scilicet et sensibus), intellegere, sentire; notio incohativa vel aoristi plus minus perspicua est:***

A ***aliquid (aliquem) vel absolute:***

1 *sensibus (oculis, auribus) aliquid percipere*: PLAVT. Cist. 730 filiam tuam iam -es intus. PACVV. trag. 117 mandat ne matri fuat -endi umquam aut contuendi copia. ACC. trag. 437 constitit, -vit, sensit, collocat sese in locum celsum. CIC. de orat. 2, 276 quid, ego non -o vocem, inquit *Ennius*, tuam? LVCR. 2, 742 nam cum caecigeni, solis qui lumina nunquam dispexere, tamen -ant corpora tactu. BELL. Alex. 6, 2 degustando, quantum inter se differrent aquae, -bant. 37, 2 veritus ne -rentur insidiae. BELL. Afr. 72, 2 sollicitabatur autem his rebus, quod nondum legiones hostium -verat. SALL. Iug. 71, 2 -nitis Bomilcaris verbis (*i. lecta epistula*). NEP. Eum. 11, 2 multi . . . , qui eius formam -ere studebant, qualis esset, quem tam diu tamque valde timuissent *eqs.* VERG. ecl. 6, 25 carmina quae voltis, -ite. georg. 4, 375 nati fletus -vit inanis. LYDIA 80 ut maneam, quod vix oculis -ere possis. TIB. 1, 6, 62 haec foribusque manet noctu me affixa proculque -it strepitus me veniente pedum. OV. epist. 5, 63 hinc ego vela tuae -vi prima carinae. met. 3, 96 vox subito audita est, neque erat -ere promptum, unde, sed audita est. 11, 467 ubi terra recessit longius atque oculi nequeunt -ere vultus. 11, 570 nec quem -ere posses, illa luce fuit. 11, 724 iam quod -ere posset, cernit. LIV. 2, 40, 4 dein familiarium quidam, qui insignem maestitia inter ceteras -verat Veturiam inter nurum nepotesque stantem. 2, 47, 4 duorum consulum -nita ora accendunt militum animos. 4, 19, 2 insignemque eum regio habitu volitantem tota acie -osset. 6, 13, 8 Cerceiensium quoque quidam -niti *sunt* et coloni a Velitris. 27, 16, 4 vacuus paulo post equus errans per urbem -nitus. PAVL. FEST. p. 171 Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie nec -ret nisi quod usque ad oculos admovisset. GERM. 637 et Chiron pius ad caudam -itur imam. PHAEDR. 3, 16, 16 simul -vit vocem laudari suam. LVCAN. 5, 20 cernite, sed faciem . . . -ite. TAC. dial. 8 non auditu -enda, sed oculis spectanda. APVL. met. 1, 11 ne quo numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa -at. 6, 29 ad lunae splendorem iam inde longius -nitos risu maligno salutant. 9, 20 -nito strepitu. 9, 37 atque ut eius letalem ululatum -vere ceteri fratres. 9, 42 clamoso strepitu -nito. PSALT. Rom. *et* VVLG. psalm. 9, 17 -itur (*γιγνώσκεται*) dominus iudicia faciens. AVG. civ. 16, 2 Sem . . . et Iapheth . . . -nita quoquo modo nuditate patris. INSCR. christ. Hisp. 334 ut -ens inimicus (*i. diabolus*) confusus abscedat.

2 *i. q.* *memoria aliquid recognoscere*: PLAVT. Amph. 441 quom illum contemplo et formam -o meam, quemadmodum ego sum — saepe in speculum inspexi — nimis similist mei *eqs.* 822 -in tu me saltem, Sosia? Asin. 879 possis, si forte accubantem tuom virum conspexeris cum corona amplexum amicam, si videas, -ere? Bacch. 730 propterea te volo scribere, ut pater -at litteras quando legat. Cist. 636 crepundia . . . quae mihi dedit, parentes te ut -ant facilius. Pseud. 988 accipe et -e **signum** (1002 video et -o signum. TER. Eun. 915 iamne ostendisti signa nutrici? :: omnia. :: amabo, quid ait? -itne? :: ac memoriter. OV. am. 2, 18, 29 Penelope signum -vit Vlixis. met. 7, 422 cum pater in capulo gladii -vit eburni signa sui generis. ARGVM. Plaut. Curc. 4 -it signum Lyco, ubi vidit, militis. *paulo aliter p. 1507, 62*). PLAVT. Poen. 1130 -in Giddenenem ancillam tuam? :: novi. 1265 nam vostra nutrix primum me -vit. 1324 hic nos -vit modo et hunc sui fratris filium. 1379 metui semper, ne -ret eas aliquis. Rud. 1145 huc opesque spesque vestrūm -endūm condidi. TER. Eun. 767 dic . . . te parvam virginem amisisse, nunc -osse. signa ostende. Haut. 657 sed postquam aspexi, ilico -vi, ad te exilui. 682 -nitast, quantum audio huius verba. 830 eum (*anulum*) haec -vit Myrrina in digito modo me habente[m]. PACVV. trag. 384 in turba Oresti -nita, agnota est soror. LVCIL. frg. 867 quom me hoc tempore . . . -ere non vis. ACC. trag. 284 ergo me Argos referam, nam hic sum gnobilis, ne cui -ar noto. QVADRIG. hist. 55 is ubi Dacium -vit et patria eum recordavit. VARRO Men. 471 vereor, ne me quoque quom domum ab Ilio cossim venero, praeter canem -at nemo. ling. 7, 3 nec mirum, cum non modo Epimenides Cres post annos L experrectus a multis non -atur, sed etiam Teucer Livii post annos XV ab suis qui sit ignoretur. CIC. inv. 1, 55 qui id, quod aliquo in loco viderunt, alio in loco nisi monstratum est, nequeunt -ere. Brut. 313 quoniam totum me non naevo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle -ere. Att. 12, 22, 1 de Terentia, quod mihi omne onus imponis, non -o tuam in me indulgentiam. LVCR. 2, 349 nec ratione alia proles -ere matrem nec mater posset prolem. VERG. Aen. 6, 340 hunc ubi vix multa maestum -vit in umbra. 12, 903 sed neque currentem se nec -it euntem tollentemve manu saxumque immane moventem. OV. epist. 5, 63 hinc ego vela tuae -vi prima carinae. met. 2, 501 -enti similis fuit. 4, 147 quae postquam vestemque suam -vit (*sc. Thisbe*). 4, 291 cuius erat facies, in qua materque paterque -i possent. 4, 596 inque sinus caros, veluti -ret, ibat. 5, 636 sed enim -it amatas amnis aquas. 7, 843 vox est ubi -nita fidae coniugis. fast. 2, 185 *Callisto* tamquam -ret, astitit amens et gemuit (*cum obveniret filio*). trist. 4, 4, 79 cum vice sermonum fratrem -vit et illi pro nece complexus Iphigenia dedit. EPIST. Sapph. 129 oscula -o, quae tu committere lingua aptaque consueras accipere. 147 -vi pressas noti mihi caespitis herbas. LIV. 1, 26, 2 -nitoque super umeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat. 1, 37, 2 quorum fluitantia arma ad urbem -nita in Tiberi prius paene, quam nuntiare posset. 1, 39, 5 cum inter reliquas captivas -nita esset. 3, 10, 1 auget gloriam adveniens exposita omni in campo Martio praeda, ut suum quisque per triduum -nitum abduceret. 4, 29, 4 praedae pars, sua -entibus Latinis atque Hernicis reddita. MANIL. 1, 516 omnia mortali mutantur lege creata, nec se -unt terrae vertentibus annis. FRONTO p. 87, 7 N. si formam non -es hominis . . . memento a me tibi Aridelum commendatum. APVL. met. 7, 25 occurrunt nobis fortuito statimque me -nitum capistro prehensum attrahere gestiunt. ARGVM. Plaut. Rud. 6 -itur *filia.* VVLG. I reg. 26, 17 -vit autem Saul vocem David. *nota sine obiecto*: TER. Eun. 893 in -endo tute ipse hic aderis, Chaerea. *speciatim de rebus hominibusve deformatis vel in alium statum conversis*: PLAVT. Bacch. 963 Vlixem ut praedicant -nitum ab Helena esse proditum Hecubae. TER. Eun. 847 ita miserrimus fui fugitando, ne quis me -ret. CIC. de orat. 2, 177 tractatio autem varia esse debet, ne aut -at artem qui audiat aut *eqs.* Att. 9, 11, 1 qui (*viator*) se diceret eum in Appia, cum is paulum lecticam aperuisset, -osse. epist. 10, 30, 3 ita nescio quo fato sum servatus, quod sum cito a nostris -nitus. BELL. Hisp. 12, 2 cum venirent *milites, qui dixerunt se servos esse*, -niti sunt a militibus. SALL. Catil. 61, 8 volventes hostilia cadavera amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant, fuere item, qui inimicos suos -rent. hist. frg. 3, 85 Perpernam (*sc. qui se absconderat*) forte -it mulio redemptoris. NEP. Epam. 9, 1 hic extremo tempore imperator apud Mantineam cum acie instructa audacius instaret hostes, -nitus a Lacedaemoniis. OV. epist. 6, 123 si quaeris, cui sint similes, -eris illis (*sc. infantibus pater*). met. 3, 230 Actaeon ego sum, dominum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *aliquid*: **a** *cum accusativo rei quae ad aliquid impellitur, urgetur*: CIC. de orat. 3, 155 *modum transferendi verbi* necessitas genuit inopia -cta. orat. 228 oratio ... numero -cta debet insistere. OV. epist. 11, 28 sumebant minimos ora -cta cibos. VITR. 9, 8, 5 tympana ... una motione -cta versando faciunt effectus. 10, 2, 4 vectis ... -cta sucula versabitur. 10, 9, 7 pinnae ... vehementi retrorsus impulsu -ctae versabunt rotas. LVCAN. 1, 277 leges bello siluere -ctae. PLIN. nat. 2, 140 precationibus vel -i fulmina vel impetrari. 2, 155 *terra* semper ancilla, quae -cta generat, quae sponte fundit. *singulariter dictum*: VAL. FL. 1, 438 certus Aethalides subitas nervo redeunte sagittas -ere (*'ut certo cursu avolent' Langen ad l.*). 2, 465 exanimum veluti multa tamen arte -ctum (*'ut maerere videatur' Langen*) maeret ebur. 8, 88 nutat ... -ctum iam caput *draconis obdormientis* (*sc. artibus Medeae*). QVINT. decl. 272 p. 114, 26 enuntiatio voluntatem habet et animum non -ctum (*opp.* expressam dolore ... necessitatem). GELL. 13, 1, 8 αὐτόματος ... θάνατος quasi naturalis et fatalis nulla extrinsecus vi -ctus venit. ITALA Matth. 11, 12 (Ps. Ambr. serm. 2, 2) a diebus Ioannis baptistae regnum caelorum -itur (βιάζεται, VVLG. vim patitur. PS. AMBR. *locum perperam interpretans*: 'cogi' ... tunc solet dici, cum res aliqua rarior assidua operatione densatur. *ibid.* regnum caelorum, quod prius fluidum et remissum apud Iudaeos iacebat, credentium populorum coepit assiduitate densari [*syn.* solidari]). PORPH. Hor. carm. 1, 35, 18 quibus *instrumentis* -it et torquet implicatque res humanas *Fortuna*. AVIAN. fab. 41, 1 impulsus ventis et pressa nube -ctus ruperat ... se ... imber. **b** *cum accusativo rei quae cogendo efficitur*: PLAVT. Amph. 164 haec eri immodestia -egit, me qui ... excitavit. TER. Phorm. 238 etiamne id lex -egit? CIC. leg. 2, 8 principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut -entis aut vetantis dei. 2, 14 persuadere aliquid, non omnia vi ac minis -ere. rep. frg. 1 id ... natura non invitaret solum, sed etiam -ret. SALL. or. Cottae 6 id res -it. hist. frg. 2, 87 B 6 egestate aquae -cta deditio est (TAC. ann. 4, 51). Iug. 18, 2 vagi palantes, quas nox -egerat, sedes habebant (SVLP. SEV. dial. 1, 15, 2). RVT. LVP. 1, 2 vitia ex vitiis -cta. OV. epist. 16, 185 quod male persuades, utinam bene -ere posses. ars 2, 367 -is, *Menelae*, adulterium dando tempusque locumque. Pont. 1, 5, 10 haec ... scribimus invita vixque -cta manu. 2, 2, 122 venit ... ad vires ira -cta suas. LIV. 22, 12, 2 quantum necessitas -ret (22, 12, 8). 32, 21, 32 quod rogant, -ere possunt. frg. 60 pati, quod sors iniqua -ret. MANIL. 2, 621 (*versu spurio*) quod feritas utriusque ... -it. VITR. 10 pr. 4 neque lex neque morum institutio id potest cogere. SEN. contr. 1 praef. 23 cum hoc ... necessitas -egisset. 7, 6, 10 hoc ... quod tyrannus non -it. 9, 4, 5 quae (*necessitas*), quidquid -egit, defendit. suas. 6, 17. VELL. 2, 81, 1 *exercitus*, quod -ere se putat posse, rogare non sustinet. VAL MAX. 2, 2, 6. 3, 8, 6 CELS. 2, 7 p. 42. 5, 19 pr. haec ... reprimunt inflammationem, nisi magna vis eam -it. SEN. dial. 6, 22, 7 ut interpellarent, quod -egerant. benef. 3, 15, 2 -ere fidem (*i. solutionem pecuniae creditae*) quam expectare malunt. 5, 20, 7 quam diu fortuna nihil -it. nat. 2, 13, 3 epist. 54, 7. *nota* COLVM. 5, 19, 15 qui aret olivetum, rogare fructum; qui stercoret, exorare; qui caedat, -ere. PLIN. nat. 2, 126 idem hoc avaritia -it. 25, 10 persuasio ... vulgi veneficiis et herbis id (*solis defectus etc.*) -i. MART. 5, 48, 1 quid non -it amor? 11, 87, 1 o quantum -it egestas! QVINT. inst. 1, 3, 8 quae (*discendi voluntas*) -i non potest. 2, 17, 9 id valetudo ipsa -bat. 4, 5, 7 cum hoc ipsum ... -egerit ratio. 11, 3, 13 mala *vox* ... et inhibet multa ... et aliqua -it. decl. 305 p. 196, 17 *al.* PS. QVINT. decl. 12, 7 p. 224, 5 IVV. 15, 100 TAC. hist. 4, 42. ann. 13, 43 accusationem. PLIN. paneg. 46, 2 *al.* GELL. 12, 5, 11 cum ... natura -it *virum*, ratio quoque a natura data -itur. MIN. FEL. 28, 3 mendacium. 28, 11 facinus. TERT. pudic. 1 p. 219, 9 omne animi bonum aut nascitur aut eruditur aut -itur (*ibid.* si censura compresserit). p. 219, 12. 17. 220, 1. patient. 5 p. 9, 8 *adulterium* pretio in feminis -itur. adv. Marc. 4, 29 p. 524, 18 cui (*Christo*) per timorem -it obsequium. paen. 2 p. 646 viderit ... ingratia hominum, si etiam bonis factis paenitentiam -it. carn. 7 p. 439 quaestio quae dubitationem inferens -at temptationem. CARM. de Iona 56 *de magistro navis*: undisecae qui -it munia prorae. ANTH. 410, 1 dolor omnia -it. PANEG. 12, 13 honesta. LACT. inst. 5, 19, 11 *religionem*. AVSON. 10, 4 celerem ... mortem. HIER. epist. 22, 20, 2. 38, 3, 2 decorem. PAVL. NOL. epist. 24, 21 libertas voluntatis ... non -itur, sed suadetur. AVG. lib. arb. 2, 19, 53 aversio atque conversio ... non -itur, sed est voluntaria. SVLP. SEV. Mart. 26, 3 quantum naturae necessitas -bat. dial. 2, 2, 7. THEOD. PRISC. log. 23 clystere acriore officium ventris -imus. ENNOD. epist. 7, 13, 2 p. 181, 18 per diligentiam imples omne quod -itur. *c. adv.* sic, ita: CIC. Att. 16, 2, 2 si ita res -et. OV. epist. 16, 155 ita re -ente. met. 5, 178 quoniam sic -itis. trist. 5, 5, 23. NEP. Eum. 8, 1 ut militum -bat voluntas (*opp.* ut voluit). PLIN. epist. 9, 1, 1 ita ... materia -bat. *aliter* LIV. 33, 2, 7 tantum Thebis moratus, quantum (*sc. morari*) ... casus -egit. *nota*: LVCAN. 9, 241 dominum, quem clades -it (*sc. habere*) habebo. *singulariter dictum*: TERT. pall. 5 p. 953 de piscibus placuit *Vedio Pollioni* feras -ere (*i. cogendo facere, sc. dum muraenas cogit homines dilaniare*).

C ***addita re, ad (in) quam quis (quid) impellitur, urgetur***: **1** *per neutrum pronominis vel adiectivi*: TER. Ad. 490 quod vos vis -it, id voluntate impetret. RHET. Her. 2, 10, 15 qui negabit se fecisse, quod -retur. CIC. Verr. 4, 56 plagis adductus est, ut frumenti daret non quantam deberet, sed quantam -retur. 4, 139 Scandilium -is — quid? sponsionem acceptam facere? 4, 142 non id prius decernere, quod ... voluissent, quam quod ... -rentur. Rab. Post. 17 tu istud petisti, ego hoc -or. rep. 1, 3 civis, qui id -it omnis ..., quod. Cato 34 non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem -imur *senes*. NEP. Att. 13, 2 nihil commutavit, nisi si quid ... -ctus est. *cf.* 22, 2. VERG. Aen. 3, 56 quid non mortalia pectora -is, auri sacra fames (*cf.* 4, 412 PRVD. ham. 149). LIV. 3, 7, 8 id quod sua quemque mala -bant. 4, 26, 10 -i aliquid ... ab tribuno consules. 23, 10, 6 qui cum ... negaret ... id -i posse. 35, 45, 4 multa homines ... voluntate remittere, quae bello ... -i non possint. SEN. dial. 1, 5, 6 nihil -or, nihil patior invitus. 7, 14, 1 *voluptas* aliquid nos exorabit, nihil -et. 7, 16, 2. 9, 2, 7 *cupiditates* inhonesta se ac difficilia docent -untque. epist. 82, 11 laudatur ..., quem nihil -egit dolor. LVCAN. 6, 498 *deus* mundum -ere, quidquid -itur ipse, potest. QVINT. inst. 11, 1, 22 qui hoc se -egisset. PLIN. epist. 2, 20, 11 istud ... morituram -egit. 8, 6, 3 ut illa -atur *aliquis*. 10, 96, 5 quorum nihil posse -i dicuntur ... christiani. paneg. 6, 1 GELL. 12, 5, 11. IVST. 11, 4, 11 haec. CYPR. GALL. iud. 240 aliud.

2 *per* ad, in, sub, *similia adverbialia*: **ad** *aliquem statum, aliquam condicionem* (ad hoc, ut *sim. v. sub 4*): PLAVT. Bacch. 981 ad lacrumas -egi hominem castigando. SALL. Iug. 85, 3 ad militiam eos. NEP. Them. 4, 4 ad depugnandum omnes. VERG. Aen. 12, 581 se ad proelia -i. OV. am. 3, 15, 9 *gentem Paelignam* sua libertas ad honesta -egerat arma. ars 2, 419 *Venus* non patitur sic ad sua gaudia -i. LIV. 4, 22, 4 *urbem* ad deditionem. 10, 11, 11 *Lucanos* bello ... ad bellum. 23, 1, 4 ad defectionem (34, 18, 2). 45, 41, 4 (*oratio Paulli*) ad pugnam rege ⟨coacto⟩ acie vici (*mallem cum Madvigio*: ad Pydnam regem acie vici). SEN. contr. exc. 10, 4 lanista, qui iuvenes -it ad gladium (*verba desunt in* SEN. *integro*). SEN. Oed. 852 fatere, ne te -at ad verum dolor. dial. 5, 15, 2 iram abscondi et ad verba contraria sibi -i. 9, 17, 7 ad hilaritatem homines publice. benef. 6, 24, 1 liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum patientiam. clem. 1, 1, 8 ad confessionem. epist. 24, 23 ad mortem. 41, 6 ad patientiam. 52, 4. 88, 29 *al.* LVCAN. 3, 132 pacis ad exhaustae spolium non -it egestas. SIL. 4, 473 Tyrios ... ad foedera. 9, 289. TAC. hist. 3, 6 ad mutandam fidem. ann. 2, 21 ad proelium. 6, 27. 33. 41. 13, 39 ad sua defendenda. PLIN. epist. 3, 9, 15 metu. SVET. Tib. 50 ad restituendam libertatem. 54 *al.* IVLIAN. dig. 40, 4, 17, 1 *et al.* ICTI (*v. Kalb, Roms Iur. p. 59*). PS. APVL. Ascl. 39 εἱμαρμένη rerum omnium initia parit, necessitas vero -it ad effectum, quae ex illius primordiis pendent (40). MIN. FEL. 27, 2 ad cultum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. spect. 9 *usus equestris* cum ad ludos -ctus est. orat. 22 p. 195, 27. *nota* adv. Marc. 4, 1 p. 423, 4 opus ... ad separationem legis et euangelii -ctum (*cf.* 4, 6 p. 432, 15 totum ... in hoc -it, ut ... diversitatem constituat). SOL. 2, 33 ut *boa* ... regiones, quas obsederit -at ad vastitatem. CAPITOL. Aur. 23, 5 ad philosophiam. SPART. Did. 6, 7 *et al.* SCRIPT. hist. Aug. LACT. inst. 4, 25, 5 IVST. 34, 1, 5 HIL. c. Const. 25 in Matth. 12, 15. 14, 15 *al.* syn. 78 ad exilium. OPTAT. 6, 4 p. 151, 14 LVCIF. Athan. 2, 2 PRISCILL. tract. 4, 76 p. 58, 2 AVSON. 322, 60 VEG. mil. 1, 4 *al.* *nota* 3, 4 p. 71, 23 ad natandum -endi sunt ..., praeterea silvam caedere, iter ... facere *eqs.* HEGES. 5, 51, 2 AMBROSIAST. in Rom. 4, 4 VVLG. Esth. 1, 8. RVFIN. hist. 1, 5, 6 ad discessionem populus -bat (ἐνῆγε). AVG. civ. 1, 23 p. 38 *al.* epist. 93, 26 *al.* SVLP. SEV. Mart. 23, 4 *al.* ENNOD. epist. 4, 20, 2 p. 113, 3.

in *aliquem statum, aliquam condicionem* (PLAVT. Persa 786 *v. p. 1521, 25*): HIRT. Gall. 8, 38, 5 -itur in eius supplicium Caesar contra suam naturam concursu ... militum. OV. Ib. 206 -i in lacrimas. LIV. 3, 51, 13 querentes se in ordinem (*cf. p. 1532, 49 et sub* ordo) -i. 36, 39, 9 nisi illi -antur in ius iudiciumque populi Romani. 43, 1, 2 Ceremiam ... in deditionem. SEN. contr. 2, 1, 10 quae causa hominem adversus hominem in facinus -egit? suas. 4, 1 tantum ... regem ... in metu⟨m⟩ -it. 6, 7 Ciceronem in mortem -i posse, in preces non posse. SEN. Ag. 510 in vota miseros ... -it timor. nat. 5, 18, 8 in arma ... populos. dial. 5, 17, 4 *manus* in usum pedum angustiae loci -bant. PLIN. nat. 8, 48 serpentes extrahi cantu -ique in poenam. 8, 168 in cursum verberibus *asinam.* VAL. FL. 7, 239 infelix thalamos (*i. nuptias*) ego -ar in illos. STAT. Theb. 8, 725 *v. p. 1532, 51.* 12, 165 bello -endus et armis in mores hominemque Creon. QVINT. inst. 3, 8, 23 in quam *necessitatem* homines ... metu -untur. decl. 333 p. 314, 20 in quod. 338 p. 334, 5 SVET. Iul. 20. NEMES. ecl. 1, 10 hos annos (*i. senem*) ... in carmina. PANEG. 12, 46 Catones in mortem. *nota* SPART. Sept. Sev. 18, 1 regem ... subegit; Arabas in dicionem accepit; Adiabenos in tributarios -egit. ARNOB. nat. 5, 44 fabulas non videmus posse versuras in huiusmodi (*allegoricas*) -i. EMPOR. rhet. p. 566, 28 illum ... fervor aetatis ... in facinus. HIL. in Matth. 4, 22 in adulterium. 10, 18 in fugam (DICT. 4, 12 AMM. 15, 4, 11 *al.*). *nota* trin. 12, 23 *infantia* in pueritiam excrescens post etiam adolescentiam -egit in patrem. PRISCILL. tract. 10, 132 p. 97, 13 in peccati mala -ere (*syn.* perurguere). TYCON. 3 p. 17, 19 lex -bat in fidem (in fide *V*). AVG. civ. 19, 5 p. 363 in gemitum. immort. 13, 20 c. Pelag. 1, 18, 36. *nota* c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 32 ut retrorsus in illa (*quae Iohannes praedicaverat*) -retur. gen. ad litt. 8, 4 p. 235, 14 illud ... diligentius considerandum est, ne -at in allegoriam. PS. PHOEBAD. fid. 1 p. 34^{B} MART. CAP. 5, 455 OROS. hist. 3, 15, 8 CAEL. AVR. chron. 1, 5, 162 acut. 2, 8, 35 chron. 4, 3, 77. 78 SIDON. carm. 7, 477 PASS. Acaun. 3. 4.

de rebus: COLVM. 3, 10, 4 ultimum flagellum ... loci ubertate in fructum -itur. THEOD. PRISC. eup. faen. 24 in maturitatem -ere parotidas.

incorporea: PS. QVINT. decl. 1, 2 rerum intellectu in diversum -cto. ARNOB. nat. 5, 33 ut alia subiceretur res alii et in speciem decoris turpitudinis interpretatio -retur. MACR. sat. 1, 14, 2 Caesar ... hanc inconstantiam temporum ... in ordinem statae definitionis -egit. CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 118, 7 pondus, hoc est amor animae, in id, quod diligit, et memoriam et consilium secum -it. CASSIOD. gramm. VII 148, 13 (*ex Cornuto*) litteram in duarum litterarum potestatem -egimus. sub: SALL. Iug. 18, 12 finitimos armis aut metu sub imperium suum -egere. LIV. 41, 22, 4 sub ius iudiciumque suum ... gentem. IVST. 8, 1, 3 victos ... victoresque sub regiam servitutem. TYCON. 3 p. 12, 18 cum gentes a fratribus sub iugo legis -rentur. *adverbia*: TERT. pudic. 22 p. 273, 12 nulla ad libidinem vis est nisi ipsa; nescit quolibet -i. AVG. epist. 262, 10 ad indecentem ... te compulisset ornatum; quo etsi aliqua dura condicione -reris *eqs.* *ablat.*: EXC. barb. p. 322, 15 Fr. Antiochus ... Iudaeos expugnans Graeca loquutione -bat.

3 *per infinitivum* (*cum accusativo vel omisso eo*): PLAVT. Capt. 13 histrionem -is mendicarier. Epid. 586 non ... istanc -ere ... meam esse matrem, si nevolt (*cf.* CIC. Verr. 6, 30 *filium* patris similem esse. Att. 5, 4, 1 OV. epist. 12, 132. 15, 212. 16, 188. 19, 54 *al.* LIV. 34, 23, 11 MANIL. 2, 861 VITR. 9 pr. 16 *al.* PLIN. nat. 16, 159 HIER. epist. 49, 7, 3 *al.* AVG. civ. 7, 11 immort. 13, 20 in psalm. 7, 19). PLAVT. Pseud. 150 ita ... estis praediti ... ingenio improbo, officium vostrum, ut vos malo -atis (cupiatis *Ritschl*) commonerier. TER. Hec. 244 ut te -am, quae ego imperem, facere. Ad. 652 huic leges -unt nubere hanc. LVCIL. 208 *al.* 1009 tibi me haec ostendere -unt. ACC. trag. 152 TVBERO hist. 9 RHET. Her. 3, 3, 5 *al.* VARRO rust. 1, 12, 1 *al.* 2, 2, 7 uligo ... *oves* scabras fieri -it. 2, 5, 15 algor ... eas ... macescere -it. CIC. inv. 1, 4 Quinct. 8 *al.* Verr. 4, 76 populus publice -ctus est ... conferre. 4, 122 debet vos certiores facere .... debet, verum tamen non -itur. 4, 139 *v. p. 1528, 44.* Catil. 2, 25 in eiusmodi certamine ... nonne di ipsi ... -ant ab his ... virtutibus tot ... vitia superari? Rab. perd. 12 hic ... indicta causa civem R. capitis condemnari -egit. de orat. 3, 159 necessitas -it, quod non habeas, aliunde sumere. Tusc. 2, 45 *al.* rep. 2, 57 id ... fieri natura rerum ipsa -bat. off. 3, 55 num te emere -egit, qui ne hortatus quidem est (NON. p. 264 urgere). ac. 2, 126 -imur dissensione sapientium dominum nostrum ignorare. rep. 1, 3 ut ... sua sponte facerent, quod -rentur facere legibus. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 11, 1 -ctus esse pecuniam dare (*opp.* libenter dedisse). CATVLL. 64, 76 *al.* PVBLIL. E 1 *al.* M 6 miserum est tacere -i (Q 19 -i opprimere). LVCR. 1, 323. 899 *arborum cacumina teruntur,* facere id -entibus austris. 1, 1010 natura ..., quae corpus ... finiri corpore -it. 4, 762 hoc fieri -it natura (*cf.* 6, 996) *al.* LEX Rubr. (Corp. XI 1146) 1, 18 iudicia dato iudicareve iubeto -ito. CAES. Gall. 1, 4, 1 *al.* SALL. Iug. 14, 4 *al.* NEP. Milt. 7, 1 *al.* LEX VRSON. (Corp. II 5439) 95, 15 VERG. ecl. 2, 7 *al.* HOR. sat. 1, 1, 72 carm. 1, 34, 5 *al.* ALF. dig. 39, 3, 24, 2 arbitrum ... -ere oportere fossas eum explere. LABEO dig. 19, 2, 60 pr. ut ... -i ... posset ... habitare. TIB. 2, 3, 60 *al.* PROP. 1, 1, 8 adversos -or habere deos (*v. Rothstein in loc.*). 1, 4, 2 mutatum ... -is (*i. cogere vis, v. Rothstein. cf.* 2, 4, 9) abire. 2, 1, 5 sive illam Cois fulgentem incedere -is (*i. moves, oras; cf. Vahlen, Berl. Sitzungsber. 1882 p. 278*). 3, 11, 42 *Cleopatra* ausa .. Tiberim Nili -ere ferre minas. OV. am. 1, 13, 22 *al.* 2, 2, 48 unde vir incestum scire -ctus erat (met. 2, 615 HIER. epist. 52, 8, 2). epist. 3, 140 quam sine te -is vivere, -e mori (*cf.* CARM. epigr. 949, 3; *Pompeis*). met. 9, 546 superata fateri -or. 13, 349 Pergama tunc vici, cum vinci posse -egi (fast. 3, 224). LIV. 1, 48, 3 *al.* 21, 8, 12 ferrum ... arma omitti -bat. 21, 31, 8 quam (*vestem*) infames frigoribus Alpes praeparari -bant. 25, 35, 9 Numidae ... in latera incursantes consistere -erunt (coeperunt *Madvig*). 31, 11, 10 quod *Philippus* Carthaginienses ... iuvisset iniuriasque inferendo sociis ... -egisset classes ... in Graeciam mitti. 35, 5, 10 caedentes terga trepidantium et redire in ordines -entes (*sc. eos; talia saepius*). 45, 41, 4 neque -i pugnare poterat rex. MANIL. 1, 702 *circulus lacteus* visus incurrit in ipsos sponte sua seque ipse docet -itque notari. 2, 84 quae ... -it ... sentiri. GERM. 15 haec ego dum Latiis -or praedicere Musis (conor *interpol.*). VITR. 2, 7, 5 *al.* 5, 3, 3 si necessitas -egerit ... ea constitui. 10, 3, 3 brevior pars prior vectis ... faciundo motus circinationis -it pressionibus examinari (-re *codd.*) pondus (*sim.* 10, 7, 2 -at elevari [-re *codd.*]). FEST. p. 270 rursus -ctus est habere id quod. VELL. 1, 9, 4 *al.* 2, 42, 2 ut -ret ante obsides a piratis civitatibus dari. CELS. 3, 12 p. 94 vomere eum -ere. 6, 9 p. 247 si dolor eximi eum (*dentem*) -it. PHAEDR. 5, 5, 35 populus ... -it rusticum trudi foras. SEN. benef. 2, 19, 2 beneficium accipere -i. COLVM. 4, 29, 13 *palmes* cum increvit, coniungi -itur. SCRIB. LARG. 84 -unt *sanguinem* magis erumpi per vulnus. 217 emplastrum ... ulcera ... -it cicatricem ducere. LVCAN. 9, 211 scire mori sors prima viris, sed proxima -i. 10, 163 indomitum Meroe -ens spumare Falernum. PLIN. nat. 2, 58 altitudo -it minores videri *stellas errantes quam lunam.* 2, 125 piratae ... -egere (*sc. homines*) mortis periculo in mortem ruere. 14, 130 tot veneficiis placere -itur *vinum.* 15, 40 *pomum* -it ... se venum dari. 16, 168 de ... harundinetis accuratius dici -it admiratio antiqua. 17, 203 altitudo non ... muniri se -it. 18, 186. 19, 59. 22, 109 *al.* SIL. 13, 106 *Fulvius* nunc ... educi turris ... -bat, nunc ... astringere nodis instabat ... trabes. MART. 3, 58, 38 -ctos non amare capones. QVINT. inst. 1, 6, 14 cur ... 'Ceres' -at dici 'Cereris'. 6, 1, 23 miseratio, quae iudicem ... flecti ... -it. decl. 271 p. 111, 10 iubemur pugnare, -imur etiam, si ego noluero. PLIN. epist. 3, 5, 12 quendam ex amicis, cum lector quaedam perperam pronuntiasset, revocasse et repeti -isse. paneg. 37, 1 onera imperii pleraque vectigalia institui ... -erunt (cogerentur *codd.*). 43, 3 si ... homines mori velint quam si -antur. AFRIC. dig. 40, 4, 20 praetoris hae partes sunt, ut -at libertatem praestari. VLP. dig. 4, 8, 17, 6 -ere arbitros ... eligere. 36, 1, 15, 5 non omnis ... suspectam hereditatem repudiatione amissam -ere potest adiri et sibi restitui (*ibid.* compelli adire hereditatem). PAVL. sent. 2, 25, 5 filius familias emancipari invitus non -itur. dig. 5, 1, 12 -itur excipere actiones et ad eundem iudicem mitti. 40, 7, 20, 6. EDICT. imp. Comm. Mod. dig. 25, 3, 6, 1 eos *patronos* in potestate patronorum redigi et ministerium dominis praebere -i. APVL. flor. 16 p. 64 imber ... differri auditorii coetum ... -egit. TERT. anim. 25 p. 342, 2 patescere secreta -untur tortili temperamento. CYPR. epist. 27, 3 pacem ... sibi repraesentari -erunt. SER. SAMM. 461 tres ... cocleas fervescere -es. LAMPR. Comm. 20, 4 duas *statuas* ... decerni -egit. Hel. 18, 2. SPART. Sept. Sev. 7, 5 fieri ... senatus consultum -egit. TREB. Claud. 11, 5 vera dici fides -it. AVSON. 399, 30 haec ... -unt relinqui moenia. AMM. 20, 11, 7 condicione posita dupla -bat (*i. invitabat*; urgebat *C. F. W. Müller*) moenium defensores redire ad suos, ... aut in dicionem venire Romanam. VVLG. exod. 12, 39 neque ... poterant *Israelitae* fermentari -entibus exire Aegyptiis et nullam facere sinentibus moram. I Macc. 1, 53 *principes* haec fieri -rent (*om. gr.*). Marc. 6, 45 -egit discipulos suos ascendere navim (ἠνάγκασεν). CLAVD. 1, 182 fila ... concreto -it squalere metallo. AVG. civ. 15, 27 p. 117 numerositas animalium -bat arcae tantam fieri magnitudinem. *ibid.* septena intromitti animalia quid -bat? gen. ad litt. 2, 1 p. 34, 21 si ad litteram -it quisquam intellegi. COMM. apol. 203 quod ... dominus -it (*i. iubet*) evitare dilectos. SVLP. SEV. dial. 2, 14, 1 ut *Nero* idola gentium coli -at. MACR. sat. 7, 1, 4 Isocrates ... verba prius libera sub numeros ire ... -egit. *nota* THEOD. PRISC. log. 27 p. 125, 1 -o ... et suadeo ... ad balneas ire debere. MART. CAP. 4, 368 -it ... aliquid pati et tangentem calor et dulcedo gustantem. SEDVL. carm. pasch. 1, 229 quadrupedem fari plano sermone -egit (op. pasch. 1, 20 p. 188, 12 humana effari verba permisit). ARATOR act. 2, 309 *Paulus* fidei -it flavescere messem. CORP. XII 5413 ⟨...⟩ -erunt reponi statuam equ⟨e-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

strem⟩: INSCR. christ. Rossi II p. 170, 27, 3 ad superos Lazarum ... redi[e]re -egit. TAB. devot. Audollent 230ª, 5 *v. p. 1526, 36.* 7. 11. 265ᵇ, 7 te (*daemon*) ora ut illa(m) -as amoris ... causa veni⟨re at me⟩. 267, 15 κωγιτε Βονωσα(μ) ... αμαρε. *nota infin. perfecti:* FILASTR. 142, 1 qui cum quaedam praetermisisse ... -rentur. MACR. sat. 1, 12, 29 occasio ... -egit nos ... quaecumque comperimus protulisse. DRAC. Romul. 8, 262 proceres ... ad aulam ... venisse ... quae causa -egit? *infinitivo supplendo: habes multa sub A; nota haec:* CIC. Tusc. 3, 71 graviores aegritudines suscipi quam natura -at. Att. 2, 9, 3 si per istum ... licebit, σοφιστεύειν cogitamus; si ille -it [at tan]tum dumtaxat nos defendere (*v. Boot ad l.*). SEN. contr. exc. 3, 3 utamur medicina, qua -imur. PLIN. nat. 19, 65 crescunt qua -untur forma (70). 21, 19 *rosa* nec dehiscens nisi manu -cta.

4 *per* u t (*admodum rarum apud antiquiores, dedi omnia fere exempla*): a *post verbum finitum* (*nota inversionem enuntiatorum, ut l. 19 al.*): ENN. ann. 171 -bant hostes lacrimantes, ut miserent. PLAVT. Bacch. 508 adeo ego illam -am usque ut mendicet. Men. 877. Pseud. 205ª illinc audeant id facere quibus ut serviant suos amor -it? TER. Hec. 571 si puerum ut tollam -it. 674 ut praesente hoc loquar. 787 Ad. 851. CIC. Verr. 3, 145 ut in foro statuerent *statuas* abstulisti, ut in curia -isti, ut pecuniam conferrent ..., imperasti. 4, 42 senatus cum temporibus rei p. -itur, ut decernat, ut ... exigantur. *nota* 4, 100 Imacharenses ... tributum facere miseros ... -isti, ut Apronio darent ~~HS~~ xx milia. 4, 192. 5, 87. leg. agr. 2, 47 -it atque imperat, ut ... vendant. Rab. perd. 2. fin. 2, 119 elicerem ex te -remque, ut responderes, nisi. 3, 42 eorum ... ratio ... -it, ut ... conservetur beata vita sapienti. Tusc. 1, 15 quoniam -isti, ut concederem. 1, 16 haec ..., prius ut confitear, me -unt, quam ut assentiar. Tim. 14 necessitas -it, ut eadem sint ea quae (πάνθ' οὕτως ἐξ ἀνάγκης τὰ αὐτὰ εἶναι συμβήσεται). ac. 2, 8 nec, ut omnia ... defendamus, necessitate ulla -imur. LVCR. 1, 976 utrumque tibi effugium praecludit et ... -it, ut ... concedas. 5, 484 radii solis -bant undique terram ... ut condensa coiret. 6, 127 procella ... nubem -it, uti fiat ... cava. SALL. Iug. 91, 5 ad hoc ... -egere, uti ... facerent. PS. VERG. Aen. 1, 2. ALF. dig. 8, 5, 17, 2 posset vicinum -ere, ut ... tolleret. 38, 3, 24 pr. an ... possit -i, ut ... araret. 38, 3, 24, 1 hosce ut operiret ... posse -ere. HOR. epist. 1, 9, 2 cum rogat et prece -it, scilicet ut ... coner. LIV. 6, 15, 13 non ego vobis, ut indicem praedas vestras, sed vos id cogendi estis ut in medium proferatis. VITR. 2, 3, 4 quocumque pondere fueri⟨n⟩t, -itur ab rerum natura quemadmodum pumex uti ab aqua sustinea⟨n⟩tur. 7, 5, 4 ita novi mores -erunt, uti inertiae mali iudices convincerent artium virtutes. SEN. contr. 1, 6, 7 qui -untur a patribus, ut uxores ducant. contr. exc. 5, 4 -it pater, ut vinctum solvat. SEN. Med. 524 nec ut te caede ... inquines Medea -it. 546 istud ut possim pati non ipse memet -at ... rex. epist. 50, 9 -enda est, ut incipiat. CVRT. 6, 9, 2 conspectus ... co⟨e⟩git, ut vehementius parricidis irascerer. PLIN. nat. 8, 169 ut bibant -endae exorandaeque sunt *asinae.* PLIN. epist. 8, 24, 1 amor in te meus -it, non ut praecipiam ..., admoneam tamen. AVR. Fronto p. 57, 18 N. -o me ut dormiam. GAIVS inst. 4, 117 si metu me -egeris aut dolo induxeris, ut ... darem. PAPIN. dig. 13, 7, 42 ut superfluum ... restituat, iure -itur. MARCIAN. dig. 40, 9, 9 pr. ille servus liber non erit, qui vi -egerit, ut eum dominus manumittat. TERT. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 3 hoc ut deus faceret, tu...-isti. 4, 6 *v. p. 1529, 3.* PORPH. Hor. sat. 2, 7, 72 ut fur non sim, metu ...-or. HIL. ad Const. 1, 6 -unt..., non ut christiani omnes sint, sed ut Arriani. c. Aux. 7 ut ipsum scriberet, est -ctus. OPTAT. 3, 4 p. 83, 2 *al.* SERM. Arrian. frg. I 9 p. 613ᶜ FILASTR. 85, 1 AVIEN. carm. ad Flav. 20 ALTERC. Heracl. p. 147, 1 HYG. fab. 38 p. 68, 14 HIER. epist. 52, 16, 1. VVLG. II reg. 12, 17 venerunt ... seniores ... -entes eum, ut surgeret de terra; qui noluit. AVG. civ. 20, 8 p. 426 ad hoc -ere videtur ista sententia, ut credamus. 22, 29 p. 628 quod ait apostolus '...', non -it, ut deum ... nos visuros esse credamus. quaest. hept. 1, 25 p. 13, 25 illud ... -it, ut non ... locutus sit deus. PS. AVG. serm. 294, 1 SVLP. SEV. dial. 1, 27, 1 SALV. gub. 3, 11 *v. p. 1532, 54.* GREG. M. moral. 13, 50.

b *post infinitivos:* PLAVT. Most. 893 non potes tu -ere me, ut tibi male dicam. TER. Andr. 654 nec te quivit ... -ere illam, ut duceres. Hec. 268 vi coepi -ere, ut rediret. AFRAN. com. 85 ⟨me⟩ officiis -i, ut ... seorsus sentiam. RHET. Her. 2, 7, 10. 3, 3, 5. CIC. Quinct. 91 res -ere videtur, ut. Verr. 3, 41 (*ibid.* -at ... iudicare). 3, 189. Font. 3 aut induci odio, ut dicat, aut -i re⟨lig⟩ione. Mil. 7. de orat. 3, 9 esse -ctum, ut vita se ... privaret. Att. 3, 19, 3 me -ctum, ut ipse me ... perderem. epist. 12, 30, 7 eos ... -endos, ut decedant. LVCR. 3, 197. 5, 1050 -ere ... pluris unus victosque domare non poterat, ... ut ... vellent. CAES. Gall. 1, 6, 3 *Allobrogas* sese ... -uros, ut ... paterentur. BELL. Afr. 79, 1. NEP. Alc. 4, 5 sacerdotes a populo -ctos, ut se devoverent. HOR. epist. 2, 2, 11 ut salvus regnet ..., -i posse negat. LIV. 26, 35, 6 SEN. contr. 7, 4, 5 suas. 6, 5 VAL. MAX. 6, 1, 7 QVINT. decl. 258 p. 53, 25. 317 p. 248, 17 (*sed* p. 248, 16 ut ... posset -i ... dimicare). IVLIAN. dig. 19, 2, 32 GAIVS dig. 39, 2, 6 inst. 1, 137ª PAPIN. dig. 10, 3, 28. VLP. dig. 2, 12, 1, 2 ad hoc tantum -i aequum est, ut lis contestetur. 19, 1, 13, 30 PAVL. dig. 6, 1, 58. 33, 5, 13, 1. 39, 3, 2, 5 (*bis, cf. p. 1532, 4*). 6. sent. 1, 13ª, 1. HIL. ad Const. 1, 2 non oportet -i et compelli invitos et repugnantes, ut se his subiciant et addicant vi oppressi. SYMM. epist. 9, 124 (114) AVG. immort. 13, 20 SVLP. SEV. dial. 2, 7, 2 captum ... precibus ambiri, reginae fide -i, temporis necessitate constringi, ut ... liberaret. 3, 15, 7. n e: PAVL. dig. 39, 3, 2, 5 hac actione neminem -i posse, ut ... prosit, sed ne noceat. AMM. 24, 2, 5 ne possint emittere *sagittas, hostes* -erunt. q u o d: TER. MAVR. 2194 scandendo binos quod pedes coniungimus, quae causa -at, non morabor edere.

5 *per nudum coniunctivum:* SEN. epist. 53, 3 *gubernatorem,* vellet nollet -egi, peteret (*sic V L*; petere *sed in fine una littera erasa P*) litus. LVCIF. Athan. 2, 7 cur enim -bamur, etiamsi non damnaremus Athanasium, tamen communioni misceremur Arrianorum, nisi quia.

III *de* ***argumentatione,*** *i. q. colligere, efficere, probare:* CIC. inv. 1, 59 *complexio* id infert ..., quod ex omnibus partibus -itur. 1, 87 aliud, quam -batur, illatum est. fin. 2, 65 hunc vos beatum; r a t i o quidem vestra sic -it (3, 42 *v. p. 1531, 26. cf.* rep. 3, 43 ac. 2, 96 *al.* fat. 38 ratio ... -et ... quaedam esse vera. MANIL. 3, 337 ipsa moveri tempora iam ratio -it. SEN. nat. 1, 4, 1. PLIN. nat. 2, 186 id quod -it ratio credi. *aliter* QVINT. inst. 4, 2, 103 *al.*). CIC. nat. deor. 3, 34 innumerabilia sunt, ex quibus effici -ique possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. fat. 9 ex eo -i ..., ne ut sedeamus quidem ... voluntatis esse. 38 leg. 2, 33. ad Brut. 2, 7, 4 hoc -ere volebat, falsas litteras esse et ... probabat. LVCR. 2, 498 ne quaedam -as immani maximitate esse. PLIN. nat. 2, 160 cuius (*terrae*) amplexus ... figuram absoluti orbis efficiat, id quod ipsa rerum natura -it. TERT. nat. 2, 2 p. 96, 23 hunc (*mundum*; hinc? *Wiss.*) ... physicum theologiae genus -unt. pudic. 7 p. 233, 30 *argumenta* in christianum de diversa parte -untur. adv. Marc. 4, 34 p. 536, 18 sed Marcion aliorsum -it: scilicet ... determinat. monog. 9 hae argumentationes potius existimentur de coniecturis -ctae. MAR. VICTORIN. rhet. p. 301, 1 aliud -it in tractatu ... ille qui aequitatem cupit iudicibus persuadere, aliud ille, qui. AVG. mus. 3, 4, 7 ista ratione -i, ut quidam pedes sint, qui.

IV ***singularia*** *quaedam:* *idem quod* a g e r e (*cf. p. 1524, 80 sqq.*): VLP. dig. 47, 7, 3, 3 antequam *virgae* radices -egerint (egerint *Hal.*). AVIEN. Arat. 916 *planetae* in subrecti (subreti, -iecti *codd.*) -unt iter aetheris orbem. *intransitive:* COMM. instr. 2, 2, 13 in fulmine (-na *Rigalt.*) -unt (coeunt *Rigalt.*) venti. *forsan corrupte:* CORP. X 478, 6 cum cibes ... coloniae ... -egissent, berba fecerunt. *an* c o g i t *impersonale i. q. necesse est* (*cf. Löfstedt, Spätlat. Stud. p. 63*)?: EPIST. ed. Caspari 6 p. 122 quam (*caritatem*) exhibere bonis praecipue -it (-imur *Caspari*). *cf.* AVG. gen. ad litt. 1, 10 p. 16, 18 ex quo -it ... credere.

se cogere: *ad I:* PS. QVINT. decl. 12, 5 *v. p. 1521, 32.* MELA 1, 95 *flamma* -it se ac rotundat et fit ingens globus. AVIEN. orb. terr. 527 huc se praecipiti -it ferus Hadria ponto. CLAVD. 5, 125 barbarus ... se -it in unam planitiem. *ad II:* CIC. epist. 4, 6, 2 cum frangerem iam ipse me -remque illa ferre toleranter. OV. met. 7, 851 iam moribunda -egit haec se ... loqui. LIV. 3, 35, 6 in ordinem se ipsum -ere. SEN. dial. 9, 2, 7 *v. p. 1528, 55.* 6, 21, 3 ipse se -it. STAT. Theb. 8, 725 totis animae se -it in ictum reliquiis. AVR. Fronto p. 57, 18 N. *v. p. 1531, 50.* VLP. dig. 36, 1, 13, 4 praetor ... ipse se -ere non poterit. SVLP. SEV. Mart. 10, 8 ad hanc se humilitatem ... -egerant. SALV. gub. 3, 11 si quis se -it, ut faciat. *ibid.* orare se -it. *cf.* VAL. MAX. 7, 4, 5 nisi m e n t e m suam dolos scrutari -egisset.

part. perf. pass. **coāctus,** -a, -um *pro adiectivo:* c o a c t i s s i m u s: MART. CAP. 2, 135; *sed* maxime -us: *infra l. 83,* magis -us *l. 62.* 1 *ad I: i. q. densus, solidus:* VERG. Aen. 12, 457 densi cuneis se quisque -is (-i *corr. M; edd.*) agglomerant (SERV. densentur, ut cuneatim dimicent, scilicet in cuneorum modum compositi). CELS. 2, 3 p. 33 *alvus* si matutinis temporibus -a magis est. 2, 8 p. 45 alvus in hac valetudine ea tuta est, quae cotidie -a. *aliter, ut videtur,* 2, 8 p. 50 alvus nisi -a non reddit. 3, 2 p. 76 -a deiectione. 4, 25 p. 150 descendunt ... pituitae mucisque similia ...: sed his interponuntur nonnumquam ex cibo quoque recte -a. 5, 22 p. 179 quaedam mixturae medicamentorum sunt, quibus aridis neque -is utimur sic ut inspergamus. 6, 18, 2 sanies tenuis ..., non -a, at aquae similis. SEN. nat. 1, 3, 3 aliqua stillicidia, quae solem transmittant, quaedam magis -a, quam ut transluceant. 1, 5, 8 illa (*specula*) densa et -a, hae (*nubes*) rarae. 1, 12, 2 sic -us aer et limpidus ..., ut. 2, 16 fulguratio est late ignis explicitus, fulmen est -us ignis. 5, 6 *sol* aera ... ex denso -oque explicans. 6, 8, 5 habeant ... pluribus locis sparsum umorem et in imo (uno *codd.*) -um. 7, 5, 5 trabes ... flammam aequalem habent nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus -am. LVCAN. 6, 548 tabi saniem virusque -um (COMMENT. *ad l.* durum, *addito Verg. georg. 4, 36*). 9, 703 in nulla plus est serpente -um *venenum* (*cf.* 9, 702 crassi gutta veneni). *nota hypallagen* CALP. ecl. 2, 77 sume ... calathos nutanti lacte -os (nutantes lacte -o *coni. Burmann*). PLIN. nat. 12, 13 chamaeplatani vocantur -ae brevitatis. 25, 30 sucus est -us, ferulae qualem diximus. 27, 16 optima *aloe* ... friabilis et iocineris modo -a. 28, 134 quod est maxime -um, in summo fluitat. SOL. 56, 17 aëre nebuloso et -o. ARNOB. nat. 2, 371 ex -is et pendentibus nubilis ad

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terram decident imbres. AVIEN. ora 233 -us aer atque crassior dies. AMM. 30, 5, 14 progressus -o gradu (*i. denso agmine?*). PAVL. NOL. carm. 28, 42 *pavitum* per quinque nitentum agmina concharum series denseta -o marmore mirum oculis aperit, spatiantibus artat. CAEL. AVR. chron. 4, 6, 87 coagulata magis atque -a stercora. *de tempore, i. q. brevis*: TER. MAVR. 991 e . . . dipthongo -am *syllabam* promet. AVSON. 302, 13 graece -um est: ὅρα *eqs.* quod longius fit, si latine dixeris. ENNOD. epist. 2, 28, 1 p. 70, 1 meritum -ae vocis inusitata loquacitate possideo (4, 24, 1 p. 115, 23. 5, 1, 3. opusc. 2, 3 p. 288, 11 -am vocem . . . commendo). 3, 24, 1 p. 88, 24 -us sermo pretium . . . subripuit (7, 29, 1 p. 195, 4). *sim.* SEN. dial. 3, 1, 4 spiritus -us ac stridens *irascentis* (*cf.* nat. 2, 40, 2 vim spiritus -i ac procellosi). CAEL. AVR. acut. 2, 32, 165 *pulsus* celeritate -us.

2 *ad II B 2 b, i. q. involuntarius, invitus, necessarius, non spontaneus, non naturalis*: CIC. Scaur. 20 cum expresso et -o sollicitatoque periurio. *nota* div. 1, 27 nostri . . . magistratus auspiciis utuntur -is; necesse est enim . . . cadere frustum *eqs. ibid.* hoc quoque, quod dixi -um, tripudium solistimum dicitis. 2, 73 auspicium . . ., quod tam sit -um et expressum. VERG. Aen. 2, 196 capti . . . dolis lacrimisque -is (SERV. auct. *ad l.* id est expressis. *cf.* OV. met. 6, 628 invitique oculi lacrimis maduere -is. PAVL. PETR. Mart. 1, 21 compositis verbis lacrimisque -is). OV. Ib. 124 optatam fugiat vita -a necem. trist. 4, 9, 8 induet infelix arma -a dolor. SEN. contr. exc. 4, 7 subitum tyrannicidium, . . . fortuitum, . . . -um. VAL. MAX. 6, 9 ext. 2 propter fili turpitudinem -am. SEN. Tro. 871 ad auctorem redit sceleris -i culpa. Oed. 528 -a verba (*cf.* 529 vocis expressae). dial. 9, 7, 2 male . . . respondent -a ingenia. epist. 66, 16 nihil honestum est, quod ab invito, quod [a] -um (a coacto *al.*) fit. 90, 43 -o itinere. LVCAN. 1, 176 leges et plebis scita -ae. 3, 323 ut gladiis egeant civilia bella -is (ADNOT. *ad l.* -is: collectis, sive ut cogi debeant, qui sponte non dimicant *eqs.*). 4, 798 fortis virtute -a. 7, 395 rus vacuum, quod non habitet nisi nocte -a invitus . . . senator. BVC. Eins. 1, 25 virgo . . . canit ore -o. PLIN. nat. 7, 92 tantam, etiam -am, humani generis iniuriam. 14, 115 -us usus eorum videri potest. 33, 62 haec inventio eius (*auri*) naturalis est; alia . . . -a. SIL. 3, 638 robora ferre -is . . . umeris. 12, 361 *in hypallage*: sedes posuere -as . . . Teucri. 15, 633 trepidi . . . -as constituunt acies. STAT. Theb. 1, 578 -is . . . thalamis (5, 463). QVINT. inst. 6 pr. 10 studii . . . non -i. 9, 4, 147 ut numeri . . . non arcessiti et -i esse videantur (*v. app. crit. in loc.*). decl. 306 p. 203, 12 -a matrimonia. 314 p. 234, 8 -ae veritatis. PS. QVINT. decl. 7, 4 genus servitutis est -a libertas. 15, 1. IVV. 13, 133 vexare oculos umore -o. TAC. ann. 16, 19 ut quamquam -a mors fortuitae similis esset. SCAEV. dig. 35, 2, 23 potest -a ratione dici . . . capi. GELL. 1, 4, 7 absurdum et nimis -um foret, si (*sim.* 16, 14, 4). TERT. orat. 15 huiusmodi . . . affectata et -a. pudic. 9 p. 236, 5 -arum expositionum subtilitate. patient. 16 p. 23, 25 -i obsequi laborem. adv. Val. 1 p. 177, 18 patrocinio -ae figurae. 6 p. 182, 20 ex nominibus tam peregrinis et -is et compactis. adv. Marc. 4, 34 p. 535, 6 quodsi ex violentia -um matrimonium stabit, quanto magis ex convenientia voluntarium. paenit. 11 ficti nitoris, . . . -i ruboris. virg. vel. 14 p. 906 haec admittit flagitia -a et invita virginitas. ANTH. 317, 2 -a . . . libido. PANEG. 12, 2 -a laudatio et expressae metu voces. 12, 42 *interitus* (*opp.* voluntarius). HIL. ad Const. 1, 6 deus . . . non requirit -am confessionem. *ibid.* -am confitendi se . . . voluntatem. AVSON. 419, 36 innocentiam non -am. AMM. 30, 4, 2 -o vultu. HIER. in Is. 1, 3 p. 13 interpretatio (*opp.* vera). 7, 14 p. 111 quod (*syn.* violentum). PELAG. in Gal. 5 p. 820ᵃ servitium (*opp.* spontaneum). PRVD. ham. 693 probitate -a (*ibid.* non sponte bonus). THEOD. PRISC. log. 58 -a ebriositas. MART. CAP. 2, 135 ni haec . . . quibus plenum pectus geris -issima egestione evomueris (*cf.* 5, 136 vomitio laborata). PROSP. resp. ad Gall. 2, 14 *infidelitas* (*opp.* voluntaria). EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 p. 899ᴮ *sermones saeculares* -am verbis suasionem soliti sunt afferre; nos nudam fallendi proferimus veritatem. PAVL. PETR. Mart. 2, 456. DRAC. laud. dei 2, 416 eligit . . . quos peccare videbat supplicio censura dei super astra -a. FACVND. defens. 2, 3 p. 568ᴱ -ae defensionis.

coācta, -ōrum *n. plur. i. q. coactilia?* CAES. civ. 3, 44, 7 omnes . . . milites aut ex -is aut ex centonibus aut ex coriis tunicas aut tegimenta fecerant.

adv. **coāctē**. *compar.* coactius: *v. l. 72. 75. 76. 78. 83. 84. p. 1534, 4.* 1 *ad cogo I, i. q. presse, dense, breviter, significanter sim.*: *incorporaliter*: GELL. 10, 11, 8 cum significandum . . . est -ius quid factum et festinantius, tum rectius 'praemature' factum id dicitur quam 'mature' (MACR. sat. 6, 8, 13). 19, 2, 2 ἀκολάστους . . . si interpretari -ius velis, nimis id verbum insolens erit. PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 3, 4 ut -ius disseramus. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 75 de aliis . . . leviter atque -e . . . discretionem ponemus. *corporaliter*: AMM. 20, 3, 5 *sol et luna* si . . . articulis ipsis inhaeserint, qui -ius ascensus vinciunt et descensus. 2 *ad cogo II i. q. per vim, violenter (non naturaliter), sim.*: *de interpretatione vel sententia nimis arguta*: TERT. bapt. 12 p. 211, 26 alii plane satis -e iniciunt tunc apostolos baptismi vicem implesse, cum in navicula fluctibus aspersi operti sunt. anim. 42 multo -ius Seneca: post mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipsa. HIER. in Matth. 5, 25 p. 38ᴮ quidam -ius disserunt in baptismate singulos pactum inire cum diabolo. 10, 29 quidam -e duos passeres animam et corpus interpretantur. epist. 69, 5 -e interpretantur uxores pro ecclesiis (adv. Pelag. 2, 12 alii vero interpretantur -ius). *de vi illata*: AMBROSIAST. in Eph. 5, 2 qui eum volebant non -e, sed sponte occidere. VVLG. I Petr. 5, 2 pascite qui in vobis est gregem dei providentes non -e, sed spontanee (μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως. *at Fuld.*[1] *et* HIER. epist. 52, 7, 4 coacto). HIPPOCR. progn. 19 ventres non faciunt . . . nisi addure et -e (πρὸς ἀνάγκην). OP. imperf. in Matth. 29 p. 785 qui secuti fuerint te sua voluntate et qui -e. MART. BRAC. ira 5 alios *iniuriam facere* adversus nos, sed -e, alios et ignoranter.

adv. **coāctō**: ITALA I Petr. 5, 2 (Hier. epist. 52, 7, 4 *et* VVLG. *cod. Fuld. v. l. 7*). *cf.* GLOSS. II 102, 23 coactor κωμάκτωρ αναγκως (coacto ἀναγκαίως *in marg. ed. Steph. bibl. nat. Paris. X 942*).

adv. **coāctim**: SIDON. epist. 9, 16, 2 raptim -mque . . . exscripsi.

notabilia: *de structuris cf.* ARVS. gramm. VII 459, 13 -o domum te; Sal. hist. I (*1, 33*) o te domi; Verg. buc. (*6, 85*). *nota pleonasmos*: cogere vi: PLAVT. Bacch. 271 Men. 877 *al.* TER. Hec. 268. Phorm. 214 vi -ctum te esse invitum. SCIP. min. or. frg. *infra l. 32.* CIC. inv. 2, 98 vi et necessario sumus in portum -cti. Verr. 3, 42. 4, 118 *al.* 4, 153 vi ac metu. 5, 140 Lig. 7 Flacc. 49 *al.* CAES. Gall. 1, 6, 3 RVT. LVP. 2, 7 LIV. 32, 18, 9 *al.* VITR. 8, 3, 2 SEN. dial. 7, 15, 6 QVINT. inst. 9, 2, 28 *al.* necessitate: PLAVT. Epid. 731. CIC. Quinct. 51 vi ac necessitate. Cluent. 57 inopia et necessitate. 19 *al.* HIRT. Gall. 8, 43, 5. 8, 53, 2 BELL. Afr. 21, 1 *al.* NEP. Them. 8, 6 *etc. cf.* necessitudine: SALL. Iug. 48, 1. necessaria re: CAES. civ. 1, 40, 5 necessario (*Landgraf, Act. Erlang. II 61*): TER. Andr. 632 -cti necessario se aperiunt. RHET. Her. 4, 32, 43 CIC. inv. 1, 4. 2, 98 *l. 20.* CAES. civ. 3, 49, 5. 3, 78, 4 BELL. Hisp. 24, 2 *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 82, 18 Hild. HYG. astr. 2, 20 p. 60, 14 SVLP. SEV. dial. 2, 19, 6. ingratiis: TER. Haut. 446. SCIP. min. or. frg. Isid. orig. 2, 21, 4 vi atque ingratis. CIC. Tull. 5. contra voluntatem: CAES. Gall. 7, 35, 6 GELL. 12, 5, 11. invitum: TER. Phorm. 214 *v. l. 19.* VERS. Rhet. Her. 2, 24, 38 CIC. Q. Rosc. 37 Verr. 2, 94. 3, 148 Mur. 42 Font. 26 invitissimi *al.* de orat. 2, 18 CAEL. Cic. epist. 8, 17, 2 LVCR. 6, 595 CAES. Gall. 4, 5, 2 *al.* PROP. 1, 3, 30 OV. rem. 218 *al.* LIV. 4, 4, 8. 10, 41, 1 *al.* SEN. contr. 10, 4, 11 PHAEDR. 4, 3, 9 SEN. Phoen. 264 *al.* PLIN. nat. 10, 180 *al.* HOMER. 63 QVINT. inst. 7, 3, 14 decl. 376 p. 417, 9 VLP. dig. 27, 2, 1, 2 *et al.* ICTI PANEG. 12, 12 *al. etc.*

synonyma: *ad I*: coacervare (CIC. leg. agr. 2, 71), coadunare, colligere, comprimere, conducere, conectere, congelare, congregare, conscribere, contrahere, contrudere, convocare, corripere, densare, evocare, excire, exprimere (CIC. Verr. 3, 165), fugare, fundere, impellere, includere. *ad* -i: coire. *ad II*: adducere (*adde* CIC. de orat. 2, 129), astringere (VLP. dig. 10, 2, 49), coartare (COD. Iust. 6, 20, 20, 3), compellere (CAES. civ. 1, 2, 6 VAL. MAX. 5, 4, 3 SEN. epist. 52, 4 SVET. Aug. 14 VLP. dig. 11, 3, 1, 3), constringere (SVLP. SEV. dial. 2, 7, 2), domare, exorare, exprimere (*adde* LIV. 9, 9, 5), extorquere (AMBROSIAST. in Rom. 4, 4), impellere (CIC. Verr. 3, 118 SEN. epist. 106, 9 OPTAT. 6, 4 p. 150, 8 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 8, 11 EVGRAPH. Ter. Andr. 692), imperare, instigare (EVGRAPH. Ter. Andr. 692), invitare, iubere (SEN. contr. exc. 4, 3 VAL. MAX. 1, 1, 4. 5, 7 ext. 2 SEN. Thy. 121 HIL. ad Const. 1, 6), postulare (CIC. Caecin. 55 Pis. 57), rogare (CIC. dom. 118 Phil. 5, 26 *al.* LIV. 32, 21, 32 PLIN. epist. 9, 21, 4 *al.*), subigere (PAVL. FEST. p. 308). *ad* coactus: invitus. *nota* invitus et -us: CAES. civ. 1, 2, 6 LIV. 34, 11, 8 *al.*

opposita: *ad I*: diducere, diffundere, disicere, explicare, spargere. *ad II*: admonere (VEG. mil. 3, 3 p. 70, 1), appetere (AVG. immort. 13, 20), cupere (AVG. civ. 6, 6 p. 255), exorare (*adde* SEN. epist. 94, 37), hortari (*adde* PLANC. Cic. epist. 10, 17, 2), impedire (OPTAT. 5, 8 p. 138, 12), impetrare (PANEG. 12, 11), inhibere, invitare (*adde* AMBROSIAST. in Rom. 4, 4 AVG. civ. 21, 6 p. 499 epist. 173, 10), monere (LIV. 3, 68, 9), nolle (*adde* TER. Ad. 193. 851 OV. ars 1, 141 SEN. contr. 7, 2, 13 PLIN. paneg. 6, 2 HIL. syn. 38), pati (BELL. Alex. 49, 2 FEST. p. 217 SEN. epist. 105, 7 COLVM. 6, 6, 3 PLIN. paneg. 45, 4 MIN. FEL. 28, 11), permittere (*adde* SEN. contr. 7, 6, 13), persuadere (*adde* CAES. Gall. 1, 6, 3 OV. epist. 20, 131 SEN. nat. 1, 4, 1 VLP. dig. 11, 3, 1, 3), petere, prohibere (CIC. Caecin. 46 epist. 1, 9, 7 PAVL. FEST. p. 16 SEN. Tro. 420 IVV. 11, 7), provocare (HIER. epist. 22, 35, 5), relinquere in potestate (AVG. lib. arb. 1, 5, 12), sinere (CIC. epist. 6, 1, 1 SEN. contr. exc. 4, 1 SEN. Tro. 531), suadere (SEN. contr. 1 praef. 23 VAL. MAX. 3, 8, 6 PANEG. 12, 13 *al.*), velle (CIC. Verr. 3, 157 Mur. 6 de orat. 2, 228 Att. 4, 13, 1 SALL. Iug. 102, 6 LIV. 31, 48, 10 SEN. contr. 9, 3, 9 SEN. epist. 54, 7 TAC. hist. 2, 18 *al.* APVL. apol. 79 AVG. immort. 13, 20. *cf.* TER. Ad. 490 LIV. 8, 23, 1. 39, 25, 5 SEN. benef. 6, 23, 1 epist. 121, 7 AVG. gen. c. Manich. 2, 29, 43), vetare (*adde* CIC. Verr. 2, 88 HOR. epist. 2, 1, 228 SEN. contr. 1, 8, 4. 10. PANEG. 12, 25). *ad* coactus: libens (TAC. ann. 14, 61), sponte (*adde* OV. am. 1, 10, 24 SEN. Tro. 573 epist. 90, 43 TAC. ann. 11, 36 AMM. 20, 8, 15 AVG. lib. arb. 3, 12, 35), volens (LIV. 24, 37, 7. 34, 31, 9).

derivata: coactarius, coacticius, coactilis, coactivus. coactio, coactor (-rix), coactura, 1. coactus. coactare. coagmentum, coagulum. *compos.*: con- recogere. *Hey.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cōgulo (-āre), **cōgulum** *v.* coag-.

cohabitātio, -ōnis *f. a* cohabitare. *i. q. actio, condicio cohabitandi, una habitandi: legitur inde ab* ITALA: HIL. in Matth. 10, 6 neve *sancti* per incuriam aut ignorantiam -e probrosae familiae polluantur. in psalm. 64, 5 si non omnes ad -em dei eligentur. in psalm. 118 lamed 4. trin. 8, 27 non est -o, sed habitatio est; sub sacramento tamen -is habitatio, dum neque duo habitant neque ab alio diversus habitator est. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 23 cum Petro mansit diebus XV, ut ex eius aliquid -e proficeret. PELAG. in I Cor. 5 p. 730^{D} quo -e vestra proficerent infideles. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 260 qui nulli neque conversationis neque -is suae participium exhibebant. PS. AVG. serm. 291, 2 qui supra prohibet -em f e m i n a r u m (*cf.* ALC. AVIT. epist. 18 p. 50, 5 mulierem -is indignae ab accessu aspectuque suo protinus coercendam. CONC. Turon. a. 567 p. 125, 25 extraneas mulieres de frequentia -is eiecere). CASSIAN. conl. 13, 15, 1 *Zacchaeum Christus* benedictione -is illustrat. 16, 3, 5 apud deum namque morum -o, non locorum, unita fratres habitatione coniungit. AVELL. p. 624, 22 una fidei -e coniungimur. ALC. AVIT. epist. 19 ad locum vestrae -is. hom. 5 p. 107, 29 cordibus mundos mundana -e non polluit. FACVND. defens. 11, 1 p. 797^{C} GREG. TVR. Franc. 2, 12. GREG. M. epist. 9, 110 si etiam a talium se -e contineant. CONC. Clippiac. a. 626 p. 198, 24 se ab eorum communione aut -e sequestrent. *m e t o n y m i c e i. q. cohabitantes*: ITALA gen. 50, 22 (Aug. civ. 16, 40) ipse et fratres eius et omnis -o patris eius (πανοικία, VVLG. cum omni domo). AVG. epist. 78, 8 -o apostoli Pauli, qui tamen, si inter omnes bonos habitaret . . . . -o ipsius domini Christi, in qua undecim boni perfidum et furem Iudam toleraverunt (*syn.* domus).
synon.: conversatio, communio, unita habitatio (*cf. l. 17*).

cohabitātor, -ōris *m. a* cohabitare. GLOSS. II 447, 8 σύνοικος, ὁ ἅμα οἰκῶν. 574, 14 cohibilis: bonus -r. *de hominibus*: HIER. chron. a. Abr. 2130 Iudaei in Libya a d v e r s u s -es suos alienigenas dimicant (PROSP. chron. I p. 421, 577 magnas seditiones movent). nom. hebr. p. 79, 10 Eubulus -r. AVG. serm. 356, 2 cum episcopo Augustino sic vivunt omnes -es eius. 356, 15. quaest. hept. 2, 39 eis aliquos Aegyptios in illa terra -es fuisse. PS. AVG. comm. praef. p. 979, 16 religiosis catholicis vicinis vel -bus suis. CASSIAN. conl. 24, 6, 3 non glorificandus *David* beati -is hospitio. inst. 4, 16, 2 si cum illo qui cellae suae -r non est, confabulari quantulumcumque praesumperit. AVELL. p. 709, 7 -r noster. p. 713, 7 -r praedicti archiepiscopi. ENNOD. epist. 1, 1, 5 quid claritati tuae -r infunderet. ANNIAN. Chrysost. hom. 3, 4. *de bestiis*: AMBR. hex. 5, 24, 88 *gallus* quasi bonus -r et dormitantem excitat et sollicitum admonet. CASSIOD. var. 3, 48, 4 mergi . . . -es piscium. GREG. TVR. vit. patr. 12, 1 -es bestias avesque illi erant.
nota: PS. CYPR. aleat. 3 -i nostro (*i. spiritui sancto*) nullam maestitiam proponamus.
fem. **cohabitātrīx,** -īcis. ITALA exod. 3, 22 (Aug. quaest. hept. 2, 39) mulier a vicina sua et concellaria vel concellanea — si ita dicendum est — vel -e sua (VVLG. hospita; συσκήνου αὐτῆς. *cf.* AVG. loc. hept. 2, 12 p. 543, 6 graecus habet: a -e sua, hoc est συσκήνου, quod aliqui latini interpretati sunt: a concellaria sua). HIER. nom. hebr. 42, 11 Iezabel -x.

cohabito, -āvī, -ātum, -āre *a* co- *et* habitare. GLOSS. II 447, 9 συνοικῶ. *g e n e r a t i m*: PS. VARRO sent. 33 alit concordiam, mores ad -antium animos formare (*cf.* HEGES. 1, 39 l. 27 quae contagio quodam in mores -antium cito transeat. MONTAN. epist. 2, 1 ut feroces -antium tibi animos ad salubrem regulam . . . perduceres). TERT. apol. 42 non sine . . . nundinis vestris ceterisque commerciis -amus in hoc saeculo. HIL. trin. 9, 50 nisi forte -are Christo non sit aeternitas. in psalm. 14, 1 -uri cum deo. SERM. Migne 13 p. 636^{A} a -ante peccato (HIER. tract. in psalm. I p. 37, 15 in quibus non -at peccatum). PRISCILL. tract. 6, 109 vicinum proximum id est -antem vobiscum. AMBR. epist. 15, 8. Cain et Ab. 2, 4, 16 *Christus* non -at erroribus. fug. saec. 9, 55. VVLG. act. 22, 12 testimonium habens ab omnibus -antibus (κατοικούντων) Iudaeis. RVFIN. Orig. in Ios. 17, 3 -are iubentur levita et sacerdos qui non habent terram. AVG. civ. 19, 13 pax domus ordinata imperandi atque oboediendi concordia -antium (19, 14. 16). gen. ad litt. 9, 5 p. 273, 16 ne contrariae voluntates pacem -antium perturbarent. epist. 67, 3 si non -ante saltem vicino te. 83, 6. 130, 4. HESYCH. in lev. 21, 1—4 p. 1053^{D}. CASSIAN. inst. 5, 32, 2 ipsisque -are animo ac mente. c. Nest. 5, 12, 4 sicut caro illa habitatorem habuit in se deum, ita animam quoque in se -antem deo. conl. 11, 4, 3. CANON. Migne 56, 425^{A} ut cum omnibus omnino clericis extraneae feminae non -ent, sed solae matres. ORIG. in Matth. 18, 39 tunc odio habendi maxime ab omnibus gentibus -antibus sibi. PALLAD. hist. mon. I 56 p. 339^{A} virgo cum aliis virginibus duabus -ans (μένουσα). II 8 -antibus saecularibus. 20, 3.
de c o n i u g i o: ITALA deut. 25, 5 (Aug. quaest. hept. 5, 46) accipiet eam sibi uxorem et -bit ei (συνοικήσει, VVLG. suscitabit semen fratris sui). VVLG. I Petr. 3, 7 viri similiter -antes (συνοικοῦντες, *cf.* ITALA cod. q: coaptantes se) secundum scientiam. HIER. adv. Iovin. 1, 7. RVFIN. Orig. in gen. 3, 3 donec esset in domo patris et carni -ret et sanguini. AVG. adult. coniug. 1, 15, 16 *mulierem* manere autem cum illo, si -are consentit. CASSIOD. hist. 1, 11 mulieres eis -are. 7, 11 quidam vero cum mulieribus non lege -antes. NOVELL. Iust. 6, 5 uxoribus non -antes. 18, 5 si uni concubinae -verit. ORIG. in Matth. 14, 16 oportet virum -are (συνοικεῖν) mulieri.
deriv.: cohabitatio, cohabitator (-trix). *Spelthahn.*

cohaerēns, cohaerenter *v. s.* cohaereo.

cohaerentia, -ae *f. a* cohaereo, cohaerens. *inde a* CIC. *i. q. status cohaerendi, continentia, coniunctio: c o r p o r a l i t e r*: CHALC. comm. 353 ne ex diversorum corporum -a confusio et inordinatio . . . perseveraret. MACR. sat. 5, 15, 3 (*in imag.*) nec ullo saltu -am regionum *descriptarum* . . . hiare permittit *Homerus* (*syn.* continentiam). *t r a n s l a t e*: CIC. nat. 2, 155 quamquam *circumitus siderum* etiam ad mundi -am pertinent. VITR. 8 praef. 1 *principiorum* inter se -a⟨m⟩ naturali figuratione e generum discriminibus efficere qualitates. GELL. 7, 13, 11 per diversorum inter se finium mortis et vitae -am. 15, 3, 6 cum quibus verbis praepositio ista ('*ab*') neque -a vocis neque significatione sententiae convenit. TERT. virg. vel. 11 ne -am *disputationis* dispergeremus. IVNIL. 2, 11 *accidunt* ordo, consecutio, -a.

***cohaereo,** -sī, -sum, -ēre *a* co- *et* haerere. *scribitur* c o h ē r- *hic illic in codicibus* (*ex. gr. etiam* FRONTO p. 12, 14 N.), *in inscr.*: CORP. II 4332 coherentes. VI 11913, 8 coheren⟨tes⟩. VIII 12328 coheret. XI 6338 coherent(ium). CARM. epigr. 853, 3 ⟨coh⟩erente. *nota*: CORP. VI 31986 coesit. *inde corruptelae*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 17 coherit *vel* co(i)erit *codd. pro* cohaeret. *de* -hăer- *correpta in versibus cf.* CARM. adv. Marc. 4, 201 CYPR. GALL. gen. 1388 Ios. 307 CARM. epigr. 853, 3. ō *producta*: CYPR. GALL. deut. 198. cohaesus *active*: GELL. 15, 16, 4. cohaerentur *active*: CHIRON 236. GLOSS. συγκεκόλλημαι. -et συγκεκόλληται; coniungitur. NOT. Tir. 51, 13 -et. 51, 16 -sit. *legitur inde a* TER.; *frequentant* CIC. (31^{ies}, *deest in epistulis*) SEN. phil. (31^{ies}, *non in tragoediis*); 23^{mis} *locis* PLIN. nat. QVINT., 42^{ies} DIG., *deest* CAES. SALL. NEP. (LIV. 5^{ies} CVRT. 9^{ies}) *al.* cohaesurae: SEN. nat. 1, 5, 8. *perf. legitur inde ab* OV.; *cuius formas posui sub h. v., non s.* cohaeresco, *praeter* LACT. *p. 1541, 44 et* MART. CAP. *p. 1541, 53; de incohativo sensu dubites in his*: PLIN. epist. 7, 7, 1 (*p. 1539, 2*). HIER. epist. 5, 1 (*p. 1537, 31*). 117, 2 (*p. 1539, 3*). adv. Iovin. 1, 49 (*p. 1540, 50*). [*dub.*: VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 experet *codd.*, -et *Heraeus*].

I ***corporaliter*****:** **A** *de d i v e r s i s, quae c o n i u n c t a s u n t*: **1** *de a n i m a n t i b u s*: **a** *a b s o l u t e*: LIV. 5, 38, 2 nec . . . aequari frontes poterant, cum extenuando infirmam et vix -entem mediam aciem haberent. CVRT. 3, 11, 4 conferti et quasi -entes *Macedones*. 3, 11, 5 acies ita -bant, ut armis arma pulsarent. PETRON. 67 dum . . . sic -ent *mulieres* (*i. oscula sermonemque iungunt*). PLIN. nat. 8, 140 uvae modo inter se -ent *cochleae cavaticae*. 10, 24 -entes . . . saepe prenduntur *aquila et accipiter bellantes*. FRONTO p. 12, 14 N. *in pyrrhicha* alii aliique -entes concursant. AMM. 26, 8, 9 densetis -entes (-enter *Vogel*) supra capita scutis. *de complexu venerio*: PLIN. nat. 9, 41 in coitu canum modo -et *vitulus marinus* (10, 173). APVL. met. 10, 34 in amplexu venerio . . . nobis -entibus. CYPR. epist. 4, 2 *cf.* CENS. 4, 9 *et l. 56.* *nota in imagine*: CIC. Tusc. 3, 61 omnibus . . . modis fulciendi sunt, qui ruunt nec -ere (*i. stare*) possunt propter magnitudinem aegritudinis. TERT. pudic. 5 quis *moechiam* . . . a -entium corpore divellet, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu (*sc. idololatriae et homicidii*). PS. RVFIN. in Os. 4, 17 stratas humique -entes animas (*cf. p. 1541, 12*). **b** *s t r u c t u r a e*: c u m *aliquo* (?): SEN. dial. 5, 8, 6 cum quo -bat (*sic Gertz*, haerebat *cod.*) *cliens in lecto.* *a l i c u i*: PLIN. nat. 36, 21 quendam . . . simulacro *Veneris Cnidiae* -sisse (*sc. de venerio coitu*). VEN. FORT. carm. 8, 2, 5 (*in imag.*) dulcis uterque mihi voto amplectente -sit (*i. inhaesit*). *alicui rei*: OV. met. 4, 553 scopulo . . . affixa -sit *Sidonia*. 11, 76 solo defixa -serat *Edonis*. TERT. adv. Hermog. 44 non -sit *deus materiae*, quod magnes ferro. PACIAN. epist. 3, 13 p. 71. AVSON. 456, 3 *Vlixes* fragmento carinae -ens. *a l i q u a r e*: OV. am. 1, 4, 43 nec femori committe femur nec crure (*sc. puellae amatae*) -e nec tenerum duro cum pede iunge pedem. **2** *de c o r p o r i s p a r t i b u s* (*membris singulis*): **a** *g e n e r a t i m*: **α** *a b s o l u t e*: CIC. de orat. 2, 325 (*in imag.*) conexum . . . ita sit principium consequenti orationi, ut . . . -ens cum omni corpore membrum esse videatur. PETRON. 26 considerantium -serant (*sic Bücheler*, haeserant *codd.*) vultus. PLIN. nat. 7, 178 incisa cervice *Gabieni* et vix -ente. 11, 1 membra *insectorum* tenui modo fistula -entia. QVINT. decl. 338 p. 336, 12 laceras . . . verberibus iam non -entem cutem. TERT. resurr. 40 sub quo vocabulo (*hominis*) non possunt esse nisi -entes *anima et corpus*. AVG. civ. 13, 2 -entium diremptio naturarum. MACR. sat. praef. 1, 3 (*in imag.*) instar membrorum -entia. PHYSIOGN. 53 nec ceteri *verticuli* leniter sibimet conveniunt, sed per intervalla -ent. **β** *a l i c u i*: OV. am. 1, 4, 9 nec equo mea membra -ent *ut Centauro.* met. 5, 125 *Pelatae* dextera fixa est cuspide . . . lignoque -sit. APVL. met. 8, 22 ossa *servi* . . . -rerent arbori. TERT. anim. 53 reliquiae *animae decedentis* universitati -entes. LACT. opif. 14, 3 s p i n a e altrinsecus -ent *rienes* (EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^{B} caput *elephanti*). AMM. 16, 12, 53 quorundam capita discissa . . . et pendentia iugulis -bant. VVLG. Iob 41, 14 membra carnium eius -entia sibi. HIER. in Ezech. 3, 26 p. 36 lingua prophetae palato vel gutturi -et et mutus effectus *est* (*ubi* ITALA Hier. *ad l. et* VVLG. adhaerere). epist. 108, 23. AVG. un. eccl. 2, 2 (*in imag.*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

membra (*i. fideles*) ... capiti suo -ent quod est Christus (epist. 149, 26). SORAN. p. 118, 9 pedes ventri. **b** *speciatim: de partibus, quae coaluerunt, concreverunt. absolute*: CELS. 7, 32 si digiti ... -serunt (PHYSIOGN. 60). MELA 3, 91 alii sine linguis, alii labris etiam -entibus. PLIN. nat. 9, 109 -entes videmus in conchis *margaritas*. 11, 172 ranis prima *lingua* -et, intima absoluta a gutture. AVSON. 398, 6 quae *ostrea* testis concreta suis ceu saxa -ent. PHYSIOGN. 6 iuguli *feminae* -entes atque constricti. SORAN. p. 114, 9 pinnaculis *mulierum*... a foris -entibus. p. 115, 11. *c. dativo*: VINDIC. gyn. p. 431^{c} *feminae galea* -et membrano. p. 434^{g} *oculis* p⟨a⟩lata. *al.* inter: CELS. 7, 7, 6 palpebrae... inter se -entes. 8, 4 si qua *ossa* inter se non -bunt (8, 7). **3** *de rebus*: **a** *absolute*: *α generatim*: CIC. Tim. 13 omnia ... duo (*velut terra ignisque*) ad -endum tertium aliquid ... quasi nodum vinculumque desiderant. LIV. 37, 30, 10 quae icta -serat (*sc. c. altera*) navis (CVRT. 4, 4, 8). VITR. 10, 7, 1 fistulas furcillae [sunt] figura similiter -entes. PAVL. FEST. p. 108 impages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius -eant. SEN. nat. 7, 12, 4 illae (*stellae*) ... diu -ere non possunt. 7, 19, 1 coniunctionem -entium *siderum*. epist. 88, 22 dehiscentibus, quae -bant, *machinis*. CVRT. 4, 3, 14 ut prorae *navium* -erent (*opp.* distarent). PLIN. nat. 9, 162 ova eius (*sepiae*) ... ad speciem uvae -entia (21, 113). 12, 49 ut -eat *amomum*. 16, 226 nec fere -ent nisi similia natura (*de conglutinando*). 18, 115 ut -sit *gypsum alicae*. QVINT. inst. 12, 9, 17 (*in imag.*) non -et *actio* ... commissuris ..., ut in opere male iuncto, hiantibus. GELL. 15, 16, 4 quercus ... in duas diducta partes ..., stricta denuo et -sa. AVIEN. carm. ad Flav. 13 spisso quibus (*malis*) arta -et granorum fetura situ. AVSON. 337 (*in imag.*) -ent *monosyllaba* ita, ut circuli catenarum separati. CHIRON 236 vermes botronatim -sisse in singulis locis. VVLG. exod. 26, 3 quinque cortinae sibi iungentur mutuo et aliae quinque nexu simili -bunt. HIER. epist. 5, 1 (*in imag.*) nascentes amicitias, quae Christi glutino -serunt. 22, 19, 5 (*in imag.*) nullo extrinsecus germine -ente. *β speciatim: de vicinitate locorum* (*cf. p. 1538, 4 et 1540, 72*): PLIN. epist. 2, 17, 11 -et calida piscina. 5, 6, 25 hypocauston. *in grammatica (cf. p. 1539, 78), i. q. iuxta poni*: TER. MAVR. 717 -ens i (*pronominis quod est* cui), secundo quando conexa est loco (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 161, 5 [*ex Papiriano*]. MART. CAP. 3, 237 vocalibus). SERV. gramm. IV 442, 9 aliae *praepositiones* et -ere et secerni possunt (*cf.* POMP. gramm. V 271, 34. 280, 6. SERV. Aen. 1, 644 separatim. gramm. IV 442, 22 coniunctim). PRISC. gramm. II 180, 15 dicunt *Graeci* oportere compaginem, qua -ent in compositione dictiones, immobilem manere (*sc. non dicendum ut Latini* ʻrespublica reipublicaeʼ). *in iure* (*cf. l. 58. 74 et p. 1539, 82*): POMPON. dig. 41, 1, 27, 2 cum partes ... ferrumine -eant. 50, 16, 245 pr. tabulae relligatae catenis aut erga parietem affixae aut si similiter -ent lychni (*sc. parieti*). PAVL. dig. 6, 1, 23, 5 quamdiu -ent *corpora* (*syn.* iuncta, adiecta, *opp.* distantia). *ibid.* in -entibus corporibus. **b** *structurae: alicui*: LIV. 33, 17, 6 Leucadia ... artis faucibus -ens Acarnaniae. 37, 31, 9 ubi *lingua terrae* -et faucibus angustis. SEN. dial. 6, 17, 2 *Siciliam* continenti quondam -sisse constat (PLIN. nat. 3, 86). 8, 5, 6 huic -eant mundo *ultra mundum iacentia*. nat. 6, 25, 2 Ossam Olympo -sisse. CVRT. 4, 4, 11 turris ... muris hostium -bat. 5, 4, 24 arborum rami alius alio implicati et -entes. COLVM. 5, 11, 15 cacumina ... olivae, sicuti matri -ent. LVCAN. 3, 564 ratis ... percussae capta -sit. PLIN. nat. 17, 86 quam plurimum terrae ... radicibus *arborum effossarum* -ere. 19, 33 neque ipsa *tubera* terrae -ent. 21, 43 saliunca ... radici numerosae -et. 36, 177 donec rutro non -eat *marmoratum*. SIL. 16, 587 hasta *Laeli* ... terrae infixa -sit. VENVL. dig. 42, 8, 25, 4 *fructus* terrae -ent. 42, 8, 25, 6 fructus ... fundo -sisse (PAVL. dig. 10, 3, 19 pr. arbor). 43, 24, 10 acervus solo non -et, sed terra sustinetur, aedificia autem solo -ent (AFRIC. dig. 47, 2, 62, 8 fructus. *al.* AMM. 22, 11, 6). VLP. dig. 19, 1, 17 pr. etiamsi *vinaria* aedificio -ent. PAVL. dig. 41, 1, 65, 2 insula, quae non ipsi alveo fluminis -et. APVL. met. 11, 6 sistro -entem ... coronam. COD. Iust. 3, 44, 9 (*a. 245*) agrum purum monumento -entem. PANEG. 7, 19 Massilia ... terrae -et. AMM. 16, 8, 8. 25, 1, 13 ut ... spicula sinistris manibus -erent. 25, 2, 6 cum lumen aliquod -serit nubi. PROB. Verg. georg. 1, 163 *plaustrorum* rotae non sunt radiatae, sed tympana -entia axi et iuncta cantho ferreo. VVLG. exod. 28, 14 catenulas ... sibi invicem -entes (28, 22. 39, 15). III reg. 7, 32 rotae, quae per ... angulos basis erant, -bant sibi subter basim. RVFIN. Adamant. 2, 1 neque -ent sibi neque sibi invicem conexae sunt *istae substantiae* (συμπεπλεγμέναι). *ibid.* -ere sibi invicem duas ... substantias (δι᾽ ἀλλήλων χωρεῖν). COD. Theod. 5, 14, 30 (= COD. Iust. 11, 59, 7 *a. 386*) *possessiones* pro interiecto spatio sibimet -entes. 15, 1, 41 (*a. 401*) omnia aedificia ... intra muros posita vel etiam muris -entia. AVG. civ. 21, 4 alter anulus priori anulo -bat. in psalm. 44, 17 non adiungitur, non -et, non coaptatur *lignum curvum* pavimento. MART. CAP. 8, 849 signa ... caelo -entia. SERV. gramm. IV 442, 19 *praepositio* alteri praepositioni. 442, 21 adverbio ... separatim. MARTYR. gramm. VII 178, 12 vocales ... b litterae -entes. 187, 11 *mutas* va syllabae -entes. *praepositiones*: VITR. 2, 8, 2 caementa non possunt cum his *materiis* -ere. QVINT. 2, 4, 30 (*in imag.*) vix ullus est tam communis locus, qui possit -ere cum causa nisi aliquo propriae quaestionis vinculo copulatus. CVRT. 7, 3, 21 inter se iuga velut serie -entia. COLVM. arb. 9, 2 cum inter se virgae -serint (*syn.* coisse). APVL. flor. 18 p. 89 (*in imag.*) videntur haec sophistarum argumenta ... vice spinarum ... inter se -ere. ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 basilica Constantini -ente circa monumentum. CHIRON 148 contingit cutem *iumenti* in corpore strictiorem fieri et pilu⟨s⟩ horridior ad costas -ens. *dub. interpr.*: CORP. VIII 12328 in base quae -et haec columna (*v. adn. ed.*).

B *de eadem re, quae ex partibus composita est, constat*: **1** *de corpore humano, i. q. unum esse, individuum esse* (*cf.* SEN. dial. 1, 5, 9 quaedam separari a quibusdam non possunt, -ent, individua sunt. nat. 2, 2, 4 naturam corporis nulla ope externa, sed unitate sua -entis): CIC. leg. 1, 24 quom ... alia, quibus -erent homines, e mortali genere sumpserint *dei*. nat. deor. 3, 34 haec (*sc. natura animantis*) ad quoddam tempus -ere possunt, semper autem nullo modo possunt. Tim. 15 (*in imag.*) ita apte -et *mundi corpus*, ut dissolvi nullo modo queat. QVINT. inst. 11, 2, 37 (*in imag.*) -et ... omnis rerum copulatio. *nota*: HIL. trin. 8, 41 patrem in filio et filium in patre per inseparabilis naturae unitatem confiteri ... neque permixtam, sed indifferentem neque -entem, sed existentem. *additur*: SEN. nat. 2, 6, 6 corpora nostra inter se -ent (QVINT. inst. 7, 10, 16 [*in imag.*] inter se vincti atque ita -entes *sint sensus*, ne commissura perluceat: corpus sit, non membra). *abl.*: SEN. epist. 24, 18 Cerberum timeat ... et tenebras et larvalem habitum nudis ossibus -entium. *dat.*: AVG. civ. 10, 29 corpus ... animae. **2** *de aliis rebus*: **a** *generatim*: CIC. ac. 1, 24 neque ... materiam ipsam -ere potuisse, si nulla vi contineretur. nat. deor. 2, 82 natura constare ... mundum, non ... ut glebam aut fragmentum lapidis ... nulla -endi natura, sed ut arborem *eqs.* SEN. clem. 1, 4, 1 (*in imag.*) ille (*imperator*) est ... vinculum, per quod res publica -et. PANEG. 5, 20 (*in imag.*) illa, quae saepe veluti nimia mole defluxerat, magnitudo *Romana* tandem solido -sit imperio. *huc fere pertinet*: CHAR. gramm. I 73, 3 quintum tricensimum annum dici sine coniunctione vult Varro ... nec interponendam coniunctionem ipsa re -ente[m] (*i. una, simplici, cf. p. 1540, 76*). *seq. abl.*: CIC. leg. frg. 2 una eademque natura mundus ... -et ac nititur. LVCR. 1, 610 sunt ... solida primordia simplicitate, quae minimis stipata -ent partibus arte (*cf. l. 40*). CIC. ac. 1, 28 in omni natura -ente et continuata cum omnibus suis partibus. LVCR. 6, 1009 nec res ulla magis primoribus ⟨ex⟩ elementis indupedita suis arte conexa -et quam *ferrum*. inter: LVCR. 2, 67 non inter se stipata -et materies. POMPON. dig. 41, 3, 30 pr. *genus corporum* quod ex contingentibus, hoc est pluribus inter se -entibus constat ... ut aedificium navis armarium (*cf.* 41, 3, 30, 2). *nota* cohaerens *i. q. conglutinatus* (*cf. p. 1537, 22sq.*): SEN. epist. 72, 1 quod evenit libris situ -entibus, hoc evenisse mihi sentio: explicandus est animus. *fere i. q. stare, manere, durare* (*cf. p. 1536, 49*): CIC. Manil. 19 (*in imag.*) haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae ... versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis et -et; ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu concidant. har. resp. 60 (*in imag.*) vix haec (*sc. reipublicae status*), si undique fulciamus iam labefacta, vix ... nixa in omnium nostrum umeris -bunt. nat. deor. 2, 87. 115 ita stabilis est mundus atque ita -et ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius (3, 28 -et et permanet *natura*). de orat. 3, 179. SEN. nat. 1, 5, 8 *nubes* diversis temere compositae et ob hoc discordes nec diu -urae. 6, 1, 15 omnis soli vitium est, male -ere et ex causis pluribus solvi et summa manere, partibus ruere. PLIN. nat. 2, 164 oceanus ... quanam alia figura -eret atque non decideret nullo ultra margine includente.

II *translate*: **A** *de hominibus*: **1** *i. q. conexum esse, pertinere ad*: **a** *generatim*: SEN. epist. 102, 6 illi ..., per quos ista corpora (*exercitus, populus, senatus*) efficiuntur, iure aut officio -ent, natura diducti et singuli sunt. *alicui*: SEN. benef. 7, 19, 8 quidquid erat, quo mihi -eret *tyrannus*, intercisa iuris humani societas abscidit. VVLG. Zach. 13, 7 super virum -entem mihi (ἄνδρα πολίτην μου. *cf.* HIER. in Zach. 3, 13 p. 910 -entem mihi, id est προσκεκολλημένον μοι, Aquila interpretatus est ʻsuper virum contribulem meumʼ, id est σύμφυλόν μου). AVG. serm. 15, 2 similis simili -et. *cf.* 228, 2 ad similem (*syn.* se iunget). *conexum esse rei*: SEN. dial. 7, 26, 1 assuescitis illis (*divitiis*) et -etis. cum: CVRT. 6, 3, 8 non sacris, ⟨non⟩ moribus, non commercio linguae nobiscum -entes *Persas*. LACT. opif. 4, 18 iura omnia humanitatis, quibus inter nos -emus. **b** *speciatim*: *de cognatis*: VAL. MAX. 2, 7, 5 communioni nominis ac familiae veteris propinquitatis serie -enti virgarum contumeliosa verbera adhibere (*i. fratri*). QVINT. inst. 8, 3, 75 etiam si nobis sanguine -eant *perniciosi*. APVL. met. 11, 18 qui ... mihi proximo nexu sanguinis -bant. *de trinitate*: AVG. fid. et symb. 9, 19 *Christus* patri -endo (PHOEBAD. c. Arrian. 18). *de una habitantibus: c. dat.*: PLIN. nat. 5, 87 qui *populi* -ent Mesopotamiae, Rhoali vocantur. PANEG. 5, 20 terminis *Britanniae*. AMM. 22, 15, 2 *al.* ISID. orig. 9, 2, 15. *dub. interpr.*: AVSON. 217 quae ... Latino sermone converti, non ut inservirem ordinis persequendi ⟨studio⟩, sed ut -erem (*sc. cum Graeco? cohercerem Peiper*) libere nec aberrarem. **2** *i. q. vinctum esse, consentire, oboedire*: *absolute*: STAT. silv. 2, 2, 153 non ulla

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deo meliore -ent pectora *quam Polli et Pollae*. PLIN. epist. 7, 7, 1 viri optimi . . . adeo -istis, ut invicem vos obligari putetis. PS. QVINT. decl. 16, 2. HIER. epist. 117, 2 peccatorum vos (*mater et filia*) . . . glutino -sisse (*cf. p. 1537, 31*). *alicui*: SEN. benef. 2, 18, 5 illi (*bene facienti*) . . . nihilo minus etiam relata gratia -emus. ITALA I Cor. 6, 17 (Filastr. 150, 5) qui -et Christo domino (κολλώμενος, VVLG. adhaeret. *cf.* CYPR. GALL. gen. 1388 deo. deut. 198. *al.* AVG. civ. 10, 17 ad eum colendum eique -endum. *al.* NICET. symb. 8 p. 46, 15 caelestibus). HIL. syn. 2 vos . . . fide mihi ac spiritu -ere. HIER. epist. 61, 4, 8 qui (*Adam*) diabolo ante per vitia -serat. CASSIAN. conl. 21, 9, 5 *uxori*. LEO M. epist. 159, 4 *maritis*. CORP. VI 31986 cuius (*coniugis*) adfectio . . . mihi -sit. CARM. epigr. 853, 3. INSCR. christ. Rossi II p. 442, 53, 23 marturibus Christi. *seq.* in: LACT. mort. pers. 8, 1 nec . . . possent in amicitia⟨m⟩ tam fidele⟨m⟩ -ere (quoherere *codd.*), nisi esset in utroque mens una. 3 *i. q. (partes) sequi, comitari*: *c. dat.*: SYMM. epist. 5, 98 ut fratrem nostrum . . . peregrinationi meae -ere patiaris. 6, 36 *itineri* non -bit Hispanus. AMM. 23, 5, 21 quisque *miles* agmini -ens incedat . . . signa propria secuturus. RVFIN. hist. 2, 18, 9 ibique (*in Asia*) -ent apostolo (*Paulo*) *Iudaei expulsi* (συνδιατρίβουσιν). AVG. in psalm. 63, 6 discipulum ei (*Christo*) -entem (*Iudam*). PROSP. chron. I p. 466, 1238 Attalus . . . privatus regno Gothis -sit.

4 *i. q. una vivere*: NOVELL. Iust. 6, 6 cum parentibus solis et filiis . . . -ere diaconissas (συνεῖναι). 53, 6 praef. videmus . . . quosdam -entes mulieribus indotatis (συνοικοῦντας). *al.*

B *de rebus* (*plerumque incorporeis*): 1 *i. q. coniunctum esse, pertinere ad*: a *de diversis quae coniunguntur*: α *generatim*: *absolute* (*cf. p. 1540, 79*): CIC. de orat. 3, 60 sapienter . . . sentiendi et ornate dicendi scientiam, re -entes, disputationibus suis separavit *Socrates*. off. 3, 11 qui primum haec natura -entia (*sc. utile et honestum*) opinione distraxissent. VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 ut corporis atque animi infirmo vinculo -ens societas dirimatur. SEN. epist. 95, 27 plura veniant simul *in cena*, multorum ferculorum ornamenta coeant et -eant. *alicui* (*cf. l. 82*): SERV. georg. 2, 4 'pater' licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper -et (*i. ascribitur*). EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942A habens -entem tibi desidiam. *alicui rei*: LIV. 39, 48, 6 statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis -erent rebus. SEN. nat. 2, 4, 2 aer . . . et caelo et terris -et: utrique innatus est. epist. 102, 28 voluptati . . . nisi quae necessariis . . . -bit, alienus. QVINT. inst. 4, 1, 71 quod causae non -et, separatum *dicitur*. 4, 2, 89 si continget etiam verae alicui rei -eat *ficta*. 8 prooem. 21 plerumque optima *verba* rebus -ent (8 prooem. 26). 11, 1, 85 ita legibus Sullae -ere statum civitatis, . . . ut iis solutis stare ipsa non possit. 11, 3, 154 tria . . . praestare debet pronuntiatio: ⟨ut⟩ conciliet, persuadeat, moveat, quibus natura -et, ut etiam delectet. PLIN. epist. 10, 96, 2 flagitia -entia nomini *christianorum*. TERT. anim. 34 hanc quoque speciem *haereticam* intulimus et exclusimus, ut superioribus -entem (HIL. in Matth. 10, 8). ARNOB. nat. 7, 24 reliqua . . . magorum -entia disciplinis. LACT. inst. 2, 9, 8 *meridies* -et orienti (*syn.* societate iungitur). BACHIAR. repar. laps. 10 huic praecepto -et etiam ille . . . sermo. CYPR. GALL. exod. 1289 corruptis (*i. pecudibus*) nequaquam sancta -ent. deut. 166 cuius (*dei*) eloquiis verum -et. MART. CAP. 9, 935 tropi (*i. modi cantandi*) sunt quindecim, sed principales quinque, quibus bini -ent (*syn.* adhaerent). EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 908A ignis . . . aeri . . . caloris interventu -et (*syn.* communicat). ARATOR 1, 908 mortalibus ista (*animalia*) -ent ex meritis vitiisque suis. *nota*: PLIN. nat. 23, 8 omphacio -et oenanthe (*i. cognata est*). cum: LACT. inst. 4, 3, 6 ubi . . . sapientia cum religione inseparabili nexu -et. inter: SEN. epist. 89, 8 -ent inter se philosophia virtusque. 90, 3 virtutum consertarum et inter se -entium (*cf.* HIER. epist. 66, 3 nexas). CVRT. 5, 1, 2 sicut inter se -ent *res Asiae*.
in: PS. VIGIL. THAPS. trin. 6 p. 279A maledictus qui . . . *trinitatem* tria capita in se -entia, ut philosophi dicere consueverunt . . . profitetur. β *de conexu temporali* (*cf. p. 1541, 3*): TERT. adv. Marc. 4, 39 tam . . . mala -ent adventui filii hominis antecedendo quam et bona subsequendo. γ *de vicinitate locorum in scriptis* (*cf. p. 1541, 5*): *alicui rei*: QVINT. inst. 9, 4, 63 *initiorum* facilior (*quam clausularum*) ratio est, non enim -ent aliis. TERT. pudic. 9 quibus . . . -ent (*sc. duo filii parabola*), eandem habent causam. HIL. trin. 4, 42 haec . . . sibi -ent: (*i. sequuntur in textu*). in psalm. 2, 1 utrum psalmum hunc -entem primo et veluti extimum putent esse, an vero subiacentem et secundum potius connumerent. *cf.* TERT. pudic. 5 etiam damnatione -bit illi (*moechiae idololatria*), sicut et dispositione (*sc. in decem tabulis*). inter: CIC. orat. 149 collocabuntur . . . verba, . . . ut inter se quam aptissime -eant extrema cum primis. QVINT. inst. 9, 4, 66 mediis *orationis partibus* non ea modo cura sit, ut inter se -eant, sed ne pigra, ne longa sint.
δ *in grammatica* (*cf. p. 1537, 35*): ROMAN. Char. gramm. I 236, 25 ceterae *praepositiones* et verbis -ent et casibus (SERV. Aen. 2, 538). DIOM. gramm. I 399, 15 ea *verba* sunt, quae dativo casui -ent (SERV. georg. 3, 53 Aen. 1, 662. 2, 61). SERV. Aen. 2, 145 'et miserescimus': aut per se plenum est aut -et sequentibus. ε *in iure*: *alicui*: POMPON. dig. 34, 3, 8, 3 quotiens . . . -et personae id quod legatur, veluti personalis servitus, ad heredem eius non transit (PAPIN. dig. 34, 4, 24 pr. condicio. HERMOG. dig. 35, 1, 95. VLP. dig. 4, 4, 3, 7 aliquid. 7, 4, 3, 3 quid aliud. 36, 2, 9 *habitatio*. 40, 7, 6, 7. 46, 2, 4 obligatione. PAVL. dig. 44, 1, 7 pr. exceptiones). PAVL. dig. 45, 1, 76 pr. electio *stipulationis* personalis est et ideo servo vel filio talis electio -et. 45, 3, 33 pr. iussum domino -eat. *alicui rei*: VENVL. dig. 43, 24, 22, 1 non . . . ex qualitate operis huic interdicto locus est, sed ex opere facto, quod -et solo. GAIVS inst. 3, 183 conceptum et oblatum *furtum* species potius actionis esse furto -entes quam genera furtorum. PAPIN. dig. 35, 1, 72, 6 ratio legandi legato non -et. 49, 17, 16 pr. dos . . . matrimonio. VLP. dig. 44, 4, 4, 27 rei . . . -entem exceptionem (PAVL. dig. 44, 1, 7, 1. HERMOG. dig. 50, 5, 11 munera). 50, 5, 2, 1 muneribus his *honoribus* -entibus. PAVL. dig. 1, 21, 1, 1 imperium, quod iurisdictioni -et. 9, 2, 22, 1 causae corpori. 26, 7, 37, 1 posterior actus priori. MOD. dig. 4, 4, 29, 1 si species *quaedam litis* . . . ceteris speciebus non -et. COD. Iust. 4, 29, 15 (*a. 294*) obligationi tuae -sit securitas. ζ *de conexu sententiarum*: *absol.*: QVINT. inst. 4, 2, 53 aliqua *in narratione* naturaliter sequuntur et -ent (4, 3, 4 *egressio*. 6, 3, 76). SCHOL. Hor. Vind. ars 9 ut nec principium nec finis -eant. *alicui rei*: TERT. adv. Marc. 4, 34 et ipsum -et (*sc. argumentum divitis apud inferos*) mentioni Iohannis male tractati. 5, 13 hic sensus *scripturae* pristino -ens. PROSP. resp. ad Gen. 1/3 p. 243 licet divisa sint a disputationis corpore *capitula*, quod et praecedentibus et mediis et subsequentibus non -ent. cum: RHET. Her. 1, 7, 11 ut proprie -eat cum narratione *exordium*. CIC. inv. 1, 19 *illa* congruere et -ere cum causa. 1, 86 simplex . . . conclusio reprehenditur, si hoc, quod sequitur, non videatur necessario cum eo, quod antecessit, -ere (*ibid. bis.* top. 53). inter: CIC. fin. 5, 79 ea quae dicat *Zeno*, praeclare inter se -ere. SEN. dial. 11, 8, 3 ⟨im⟩mutabilis causarum inter se -entium series. b *de eadem re*: CIC. Caecin. 52 sermo hercule familiaris et cotidianus non -bit, si verba inter nos aucupabimur. Tusc. 5, 80 nec . . . virtutes sine beata vita -ere possunt nec illa sine virtutibus. SEN. benef. 1, 3, 4 ordo beneficii . . . pulcherrimus *est*, si -et et vices servat. dial. 12, 15, 1 cuius (*sororis Sexti Pompei*) morte optime -entis Romanae pacis vincula resoluta sunt. QVINT. inst. 2, 11, 7 fit, ut dissoluta et ex diversis congesta oratio -ere non possit. 9, 4, 20 *sermo atque epistula* non fluunt nec -ent nec verba verbis trahunt *eqs.* 10, 6, 6 vel extemporalem temeritatem malo quam male -entem cogitationem. HIL. in Matth. 7, 9 ut . . . ordo typicae significantiae -eret. sibi: QVINT. inst. 7 prooem. 3 oratio carens hac virtute (*dispositione*) tumultuetur necesse est et sine rectore fluitet nec -eat sibi. HIL. trin. 5, 9 veritas semper sibi -ens. 2 *i. q. convenire, consentire*: *absolute*: TER. Andr. 361 paululum opsoni; ipsus tristis; de improviso nuptiae: non -ent (*cf.* GLOSS. V 537, 36 non -et: non convenit). VELL. 2, 47, 2 medium iam ex invidia potentiae male (*sic Lipsius*, cum illa aegre *Ellis*, ponti et camiliae *A P*) -entis inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia. SEN. dial. 4, 29, 2 *malignus* amicitias -entes diducere velit (MART. BRAC. ira 5). rem. fort. 16, 4 matrimoniorum . . . male -entium (HIER. adv. Iovin. 1, 49 quorundam matrimonia adulteriis -serunt [*i. se corroboraverunt, firmae factae sunt*]). *alicui rei*: CYPR. GALL. Ios. 307 mentes credit -ere loquellae *Iosue*. ZACCH. 1, 30 nec sideribus -ere credenda est *mathesis* (*syn.* convenire). MART. CAP. 5, 492 a repugnantibus argumentum *ducitur*, cum ostenditur duo sibi -ere non posse. CARM. adv. Marc. 4, 201 haec -ere novo cum foedere cuncta videmus.

III *vi latiore i. q. inhaerere, firmiter haerere* (*sc. attenuata vi praepositionis* co-): *proprie*: IAVOL. dig. 41, 3, 23, 2 -entibus his (*rebus*) in aedificio. CHIRON 236 vix evelluntur *vermes* et ipsa hora tibi in manu similiter -entur (-ent ut VEG. mulom. 1, 52). *in imag.*: COMM. instr. 2, 25, 5 conspicitis stipulam -entem in oculis nostris. *transl.*: CIC. Cael. 15 in quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adulescentis -bat oratio. PAVL. NOL. carm. 6, 98 motus oblita sui . . . pigro torpore -sit *lingua Zachariae*. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944C eorum *dictorum* memoriam -ere vobis.

part. praes. adi. **cohaerēns**, -entis. *compar.*: GELL. 1, 18, 6. GLOSS. συνηνωμένος; coniunctus. *ad IA1*: PETRON. 114 ne sic -es malignior fluctus distraheret. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 142 est . . . motus -ium partium disiunctio. 3, 8, 135. *ad IA2*: COLVM. 11, 3, 20 habet *ulpicum* velut allium plures -es spicas. PLIN. nat. 15, 51 -ia et gemella *mala*. MIN. FEL. 17, 2 cum ita -ia, conexa, concatenata sint *divina et humana*. 17, 3. FIRM. err. 17, 1 velut infixa et -ia *sidera*. *de vicinitate locorum* (*cf. p. 1537, 33*): TAC. Germ. 16 non in nostrum morem conexis et -bus aedificiis *Germanorum*. CORP. II 4332 hortos -es. VI 11913, 8 porticus -en⟨tes in ga⟩mma. X 2338 aedificium cum superioribus et -i cubiculo memoriali (XIV 715). *ad IB2*: TERT. adv. Prax. 8 sol et radius duae formae sunt, sed -es. *ad IIA1*: TERT. adv. Prax. 12 unam substantiam in tribus -bus *personis* (*de trinitate*). 25. *ad IIB1*: CIC. nat. deor. 3, 4 etiamsi minus vera *dicta*, tamen apta inter se et -ia (GELL. 1, 18, 6 aptius et -ius). de orat. 3, 172 iunctam orationem, . . . -em, . . . levem. SEN. epist. 106, 3 ex illa serie rerum -ium (QVINT. inst. 4, 3, 16 secum). TERT. resurr. 46 ex aliorum vel -ium sensuum suggestu (*i. suggestione*). adv. Marc. 4, 38 argumentationes -es. COD. Iust. 6, 2, 10 (*a. 293*) propter -s vitium. HIL. syn. 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serie atque tractu -i. *nota*: SEN. benef. 5,1,2 perseveremus ... scrutari etiam ea, quae, si vis verum, conexa sunt *beneficiis*, non -ia. *de temporali conexu, i. q. continuus*: COD. Theod. 13, 3, 17 (*a. 414*) ut -s sanctio protestatur. COD. Iust. 10, 22, 3 (*a. 456*) trium -ium sibi annorum. *de vicinitate locorum in scriptis*: HIER. in Ioel 2,1 *sqq.* p. 187 iunctam et -em sibi pericopen.

neutr. plur. subst. **cohaerentia,** -ium. CIC. Phil. 2, 18 ut ... non modo non -ia inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria. PLIN. epist. 9, 4, 2 quasi incipientia legere et quasi -ia. TERT. adv. Marc. 3, 12 -ia ... utriusque capituli. 5, 16 -ia eis. 5, 17 inspice et -ia (*i. sequentia in textu*). LACT. inst. 1, 4, 3 -ia loqui. *in imag.*: HIER. in Ioel 1, 2/3 p. 170 *Iudaei* loquuntur terrena et humi -ia. sit. et nom. p. 82, 23 ut ... mihi excelsa non vindico, ita terrae -ia (inhaerentia *var. lect.*) supergredi posse me credo. *de loco*: CORP. XI 6338, 8 praef(ecto) aliment(orum) Clodiae et -(ium). *de bonis* (*cf. Hirschfeld, Verwaltungsbeamte*[2] *p. 117 adn. 1*): CORP. VIII 1439, 6 codicillari stationis hereditatium et -ium (XIV 154).

adv. **cohaerenter.** FLOR. epit. 2, 17, 5 dimicatum est *in Hispania* ... non continuo nec -r, sed prout causae lacessierant. AMM. 16, 10, 8 ut ... vestitus congrueret iunctura *laminarum* -r aptata (24, 2, 10. 29, 5, 48). 20, 7, 4 pepercerunt *caduceatoribus*, quod -r sibi iunctos duxerant. 28, 4, 30 si ... funalibus equis parum -r (*sic Valesius*, coherce *cum lacuna V*) circumflexerit metam. 30, 7, 2 mala saepe -r laeva manu *Milonis* retinenti vel dextra.

structurae: *alicui (rei): v. p. 1536, 56 sqq. 75 sqq. 1537, 9. 48 sqq. 1538, 24. 69. 79. 1539, 4. 16 sqq. 24. 33 sqq. 67 sq. 79 sq. 82 sqq. 1540, 39. 51 sqq. 1541, 10. 13.* *aliqua re: v. p. 1536, 62. 1538, 22. 34 sqq.* humi: *l. 12.* *praepositiones*: ad (*p. 1538, 6. 68*), circa (*p. 1538, 4*), cum (*p. 1536, 55. 1537, 82 sq. 1538, 37. 48. 70. 1539, 22. 57. 1540, 23 sqq. 55*), ex (*p. 1538, 38*), in *c. abl.* (*p. 1539, 62*), in *c. acc.* (*p. 1539, 13*), inter se (*p. 1537, 11. 84 sqq. 1538, 20. 39. 72. 1539, 59. 74. 1540, 27*).

syn.: *ad I*: coalescere, coire, coniunctum esse, convenire, glutinari. *ad II*: adhaerere, communicare, coniungi, sociari, societate iungi. *opp.:* *ad I*: absolutum esse, dehiscere, diduci, distare, divelli; sustineri. *ad II*: interrumpi, separari, subiacere.

deriv.: cohaerentia, cohaerescere. *compos.*: incohaerens.

cohaerēsco, (-sī), -ere, *cf. c.* cohaerere *et c.* haerescere. *de perf. v. p. 1536, 32.* *inde a* CIC. CIC. fin. 1, 17 atomos *Epicuri* ... ita ferri, ut concursionibus inter se -ant (Tim. 49 cum ea *lumina* inter se non -unt). VITR. 2, 3, 1 paleae ... in is (*lateribus*) non -unt propter asperitatem. 2, 5, 3 -unt siccescendoque cum caementis coeunt *saxa*. 2, 6, 1 res ... recepto liquore una -unt et ... solidantur. LACT. ira 10, 3 *seminum* concursu fortuito -isse mundum loquuntur. 10, 8 sin aspera et angulata sunt et hamata *atoma*, ut possint -ere. HIER. vita Hilar. 19 *litus* -ens sibi glarea. *i. glutinari*: CELS. 7, 7, 6 ut palpebra cum albo oculi -at. PLIN. nat. 20, 172 digitis tactu eius (*cunilae*) -entibus. 24, 130 *efficax trixago* pituitae in gula -enti. 25, 67 ut -ere etiam carnes tradant, si coquatur simul *centaurion* (PLIN. med. 3, 3). *transl.*: PS. RVFIN. in Os. 14, 9 domino tota fide ... -ite. AVG. virg. 3, 3 si eorum (*iustorum*) doctrinae ac moribus oboediendo atque imitando -unt. *de numeris orationis*: MART. CAP. 9, 979 compositi *numeri* e duobus generibus vel pluribus -serunt.

cohaereticus, -ī *a* co- *et* haereticus, *cf.* συναιρετικός. *quoh(a)ereticus scribitur*: LVCIF. *l. 60 et 61* AVELL. *l. 62.* LVCIF. Athan. 1, 9 p. 80, 5 -um tuum Georgium (1, 44 p. 145, 10). 1, 26 p. 111, 13. non parc. 25 p. 262, 31 cuncti variarum sectarum vestri -i (quoheretici *cod.*). moriend. 1 p. 285, 22 suggestionibus ... -orum (quo- *cod.*) tuorum. reg. apost. 7 p. 54, 1 -os tuos Arrianos. HIER. epist. 92, 5 AVELL. p. 207, 16 (quo- *cod.*). p. 340, 4 episcopum -um et sequacem horum *virorum*. *Hofmann.*

coherceo, cohercitio *sim. v.* coerc-.

cohērēditās, -ātis *f. a* coheres. *fere i. q. hereditas quae (cum altero) communis est*: HIL. in psalm. 9, 4 iam -e sua dignos. in Matth. 31, 8 *ne* -is suae (*dei*) gloriam sine passionis difficultate mereantur.

cohērēdito, -āre *a* co- *et* hereditare, *cf.* coheres. *trans. i. q. in hereditatem dare, distribuere*: ITALA deut. 3, 28 (Lugd.) *Iosua* -bit illis terram, quam vidisti (κατακληρονομήσει, VVLG. dividet).

cohēreo *v.* cohaer-.

×**cohērēs,** -ēdis *c. a* co- *et* heres. *is qui simul (cum altero) heres est.* GLOSS. συγκληρονόμος (*idem respondet ubique in* TEST. nov.). V 446, 44 simul hereditate(m) habens. NOT. Tir. 51, 95 *inter* heres *et* exheres. *formae: scribitur* coeres: CORP. XIII 2296 coeredes. cohaer(es): CORP. XIII 5113. comheres: CORP. III 8011 comeredibus. *cf.* CIC. Att. 13, 12, 4 tomheredi *M* (coh- *ZB*). 13, 14, 1 comheres *M.* conheres: CORP. III 8118 (*cf. Jahreshefte d. österr. arch. Inst. 6 [1903], Beibl. p. 16*) conheredes. cunheres: CORP. VI 3282, 6 cunere (*sc. nomin.*). *dicitur de feminis*: APVL. apol. 100 SCAEV. dig. 35, 1, 109. 45, 1, 122, 3 -s mulier [32, 41, 2 -i uxori suae *Mommsen*, -des *F*] PAPIN. dig. 31, 77, 24. 34, 9, 16, 1. 35, 1, 93 VLP. dig. 5, 4, 6 pr. MOD. dig. 10, 2, 30 HEGES. 1, 40, 9 l. 128 CORP. VI 3282, 6. XIII 2296. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC., *frequentant* ICTI ECCL. INSCR., *v. de vocab.* HIER. in Eph. 3, 6 p. 481[A] *p. 1543, 6 sqq.*

1 *proprie de hereditate iuris civilis* (*de re v. Leonhard, PW. IV 230*): RHET. Her. 2, 21, 33 potuisse *hominem* occisum esse vel a familia vel a -bus nostris. CIC. Q. Rosc. 55 heres sibi soli, non -bus petit. Verr. 2, 127 omnibus, quibus hereditas venerit, -em praetorem esse oportere. leg. 2, 51 solum sine -bus. Att. 7, 8, 3 Dolabellam video Liviae testamento cum duobus -bus esse in triente. epist. 13, 46 L. Nostius Zoilus est -s meus, heres autem patroni sui. HOR. sat. 2, 5, 54 *in testamento legendo* limis (*oculis*) rapias, quid prima secundo cera velit versu, solus multisne -s sis, veloci percurre oculo. 2, 5, 107. PETRON. 76 -em me Caesari fecit et accepi patrimonium laticlavium (*i. senatorium*). PLIN. paneg. 38 pater filio solus heres; quid si -em non a filio accipiat? SVET. Nero 6 *filius* ex parte tertia heres *patris* ne hanc quidem integram cepit correptis per -em Gaium universis bonis. GAIVS inst. 4, 42 si inter -des familiae herciscundae agatur aut inter socios communi dividendo *eqs.* (dig. 17, 2, 34. PAVL. dig. 10, 2, 36 iudicium ... acceptum. VLP. reg. 19, 16 *formula familiae herciscundae* locum habet inter -des. *cf.* dig. 10, 2, 18, 5 familiae herciscundae iudicium cum -bus *habere.* [10, 2, 18, 6 competere adversus -des.] PAVL. sent. 1, 18, 4 iudex familiae herciscundae ... inter omnes -des dandus est). VLP. dig. 30, 34, 12 si duo sint heredes, unus ex uncia, alter ex undecim unciis ... unciarium heredem ... -em. ITALA Gal. 4, 30 (Tycon. 3 p. 30, 10) non enim -s erit (κληρονομήσει, VVLG. heres) filius ancillae cum filio liberae. LACT. inst. 1, 13, 1 nisi forte aliquis existimet deum (*Saturnum*) fuisse qui timuit -em (*sc. cum patrem Vranum trucidaret*). AMBR. Abr. 1, 7, 65 ne suscipias ex illa filium et uxor tua non patiatur -em illum filio suo fieri. SIDON. epist. 4, 24, 8. COD. Iust. 5, 27, 9, 5 *bona* vel ipse sola vel cum -bus suis capiet. 6, 51, 1, 10[a] si quidem -des sunt omnes coniunctim vel omnes disiunctim et vel instituti vel substituti. CAES. AREL. testam. 21 monasterium Arelatense ... heredem ... meum esse volo ac iubeo, ceteri ceteraeve exheredes sint ... ceterum autem Arelatensem episcopum -em meo monasterio relinquo. CORP. II 583. III 8118 *al.* VI 3282 Turnius Peregrinus erres (*i. heres*) et Iulia Casia (Casta?) cuiux cunere. 9835 *al.* VII 429 coherr. (*i. coheredes*). XIV 1544 Iulia Ianuaria cohered. (*'debuit esse* coheres' *Dessau*). *saepius in* INSCR. *in imagine*: PS. CIC. epist. ad Oct. 7 hostem arcessitum tamquam -em mortua re publica. *additur is, cum quo -s una heres sit*: -s noster: RHET. Her. 2, 21, 33. meus: CIC. Att. 13, 12, 4 epist. 13, 46 PLIN. epist. 5, 1, 7. 10. 7, 11, 2 SCAEV. dig. 47, 6, 6 pr. VLP. dig. 5, 4, 1, 3 PAVL. dig. 10, 2, 36 pr. 35, 2, 1, 15 *bis.* tuus: SEN. contr. 2, 4, 3 IVLIAN. dig. 38, 15, 4 pr. (*bis*). suus: PLIN. epist. 7, 6, 8 IVLIAN. dig. 11, 1, 18. 28, 6, 27. 35, 2, 87, 8 SCAEV. dig. 35, 1, 109. 45, 1, 122, 3 PAVL. dig. 35, 2, 22 pr. MACER dig. 42, 1, 63 OROS. hist. 5, 15, 3 COD. Iust. 4, 34, 12. 5, 27, 9, 5 *al.* CORP. VI 9073. IX 5805. *adi. nom. proprii*: CIC. Att. 11, 13, 3 de -bus Fufidianis. 13, 6, 2 Herennianis. *alicuius*: QVINT. decl. 296 p. 170, 16 fratris. CELS. dig. 2, 14, 33 IVLIAN. dig. 24, 3, 31, 3. 35, 2, 85 *al.* AFRIC. dig. 12, 1, 41 GAIVS dig. 32, 96. SCAEV. dig. 36, 3, 18, 2 pupilli. *al.* MARCELL. dig. 9, 2, 36, 1 PAVL. dig. 45, 1, 2, 5 PAVL. NOL. carm. 24, 485 COD. Iust. 4, 34, 12. *adde* -des Christi, dei, unigeniti, divitum *sim. infra sub 2 b.* *alicui*: *v. sub iuncturis verborum, sub a*: est, fit; *sub b*: adicere, adiungere, dare, facere, instituere (substituere), recipere, relinquere, scribere (ascribere). *cum aliquo*: ITALA Gal. 4, 30 *supra l. 25.* *additur res, quae hereditate simul acquiritur*: in: VLP. dig. 5, 4, 6 pr. in bonis matris. *adde p. 1543, 2 sqq.* *genetivo*: OROS. hist. 3, 12, 19 regni. *adde infra sub 2 a et b*: (re)promissionis, gratiae, spei, aeternorum (bonorum), gloriae, gaudiorum, testamenti, dei *sim.*

2 *sensu latiore de eo, qui bona incorporalia accipit*: **a** *generatim*: ITALA (Hesych. in lev. 23, 39—44 p. 1100[A]) *et* VVLG. Hebr. 11, 9 *Abraham habitavit* cum Isaac et Iacob -bus repromissionis eiusdem (promissionis Hesych.). HEGES. 1, 40, 9 l. 128 ad consortium matrimonii *iunxi*, ut -em gratiae (*adde l. 80*) *filiam Salomen* praestarem, non criminis adiutricem. VVLG. Sirach 22, 29 ut et in hereditate illius -s sis (ἵνα ... συγκληρονομήσῃς). **b** *speciatim ap.* ECCL. *de hereditate aeternitatis, cuius christiani cum Christo participes fiunt*: ITALA (Tert. scorp. 13) *et* VVLG. Rom. 8, 17 quod si filii et heredes, heredes quidem dei, -des vero (VVLG. autem) Christi (PASS. Mar. Iac. 5 p. 52, 14 PS. HIL. libell. 20 AMBR. epist. 63, 87 MAXIMIN. c. Ambr. 56. HIER. epist. 14, 6, 1 hereditatem expectas saeculi, -s Christi. 53, 8, 10 Didym. spir. 42 adv. Iovin. 1, 48 RVFIN. Orig. in Ios. 2, 3 AVG. civ. 17, 3 p. 200 D. pecc. mer. 1, 18, 23. c. Faust. 12, 42 p. 368, 18 fratres eius [*Christi*] apostoli et omnes -des eius. ZACCH. 2, 16 p. 1129[B] FAVST. REI. serm. 12 p. 271, 17. CARM. epigr. 1855, 12 [*saec. VI ineuntis*] pares meritis -desque Christi. MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 3. *adde p. 1543, 2. 11*). ITALA I Petr. 3, 7 (Hier. epist. 49, 4, 6) sicut -des multiplicis gratiae (VVLG. tamquam et -bus gratiae vitae). MIN. FEL. 31, 8 sic nos ... fratres vocamus ..., ut consortes fidei, ut spei -des. TERT. resurr. 7 p. 36, 20 ita caro, dum ministra et famula animae deputatur, consors et -s invenitur, si temporalium, cur non et aeternorum? (AVG. civ. 15, 23 p. 110 D.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum suis posteris -des aeternorum bonorum). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 2 filios et -des esse in ipso Christo (*cf.* EPIPHAN. Hier. epist. 51,5,1 *ut* -des fiant diaboli in regno caelorum). HIL. in psalm. 68, 14 cum -des et concorporales et comparticipes Christo gentes fierent (*ex* ITALA Eph. 3, 6, *cf.* VVLG. *ibid.* HIL. in Matth. 19,10 MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 2. *v. ad l.* HIER. *ad l.* p. 481^A scio appositionem coniunctionis eius, per quam dicitur -des et concorporales et comparticipes indecoram facere in Latino sermone sententiam, sed quia ita habetur in Graeco [*sc.* συγκληρονόμα] ... magis volumus in compositione structuraque verborum, quam intellegentia periclitari. gentes igitur . . . Christo -des sunt, ut hereditas nostra deus sit et -des Christi. *et fusius*). OPTAT. 2, 1 p. 34, 13 Christus vos cum ceteris in societatem regni caelestis invitat et -des sitis hortatur et vos eum in hereditate sibi a patre concessa fraudare laboratis. AMBR. epist. 20, 21 facti sunt -des dei. TYCON. 4 p. 38, 10 esset -s in aeternum. PRVD. perist. 5, 574 -s gloriae cunctis in aevum saeculis (LEO M. serm. 29, 3). PAVL. NOL. carm. 24, 485 ut aeternam tibi conferret altitudinem et ut -s divitum caeli fores, istic amator pauperum. AVG. in psalm. 66, 9 adoptatis in regnum suum -bus unigeniti sui (GREG. TVR. vit. patr. 5 prol. de infimis unigeniti sui faciat -des). in psalm. 88 serm. 1, 98 ipse hereditas testamenti, ipse -s testamenti. serm. 86, 11, 13 cum *Christus* sit patri unicus, voluit habere -des. POMER. 1, 13, 2 gaudiorum caelestium -des.

iuncturae notabiliores: **a** *subiectum*: -s (-des): adit (hereditatem): ALF. dig. 28, 5, 45 (44) IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 2 POMPON. dig. 29, 2, 36 AFRIC. dig. 12, 1, 41 SCAEV. dig. 36, 2, 27 pr. VLP. dig. 29, 2, 20, 4. 40, 7, 2, 3 *al.* PAVL. dig. 36, 1, 68 (66) pr. *bis al.* agit cum *aliquo*: POMPON. dig. 33, 1, 7 GAIVS dig. 15, 1, 29 pr. MARCELL. dig. 9, 2, 36, 1. VLP. dig. 34, 3, 7, 3 ex testamento. 45, 1, 3, 1 ex stipulatu. MACER dig. 42, 1, 63. aufert: SCAEV. dig. 47, 6, 6 pr. duplum. coire possunt (*sc. in pactione*): POMPON. dig. 11, 2, 1. colludit cum *altero herede*: VLP. dig. 29, 4, 6, 8. componere et transigere cupiebant: PLIN. epist. 5, 1, 7. consequitur: VLP. dig. 10, 2, 20, 8 legatum. discedunt: GAIVS dig. 10, 2, 1 pr. a communione *hereditatis.* dividunt: SCAEV. dig. 45, 1, 122, 3 praedia hereditaria. habent: IVLIAN. dig. 28, 6, 32 hereditarias partes (PAVL. dig. 40, 7, 22, 2). VLP. dig. 5, 4, 1, 3 non plus . . . sua parte. 10, 2, 18, 4 familiae herciscundae iudicium cum -bus. obtinet: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 6 quadrantem integrum. petit: IVLIAN. dig. 38, 15, 4 pr. bonorum possessionem (*bis*). SCAEV. dig. 10, 2, 39 pr. partem suam *ab herede.* PAPIN. dig. 31, 69 pr. partem hereditatis. possidet: VLP. dig. 5, 4, 1, 3 hereditatem cum extraneo. PAVL. dig. 10, 2, 25, 7. praestat: AFRIC. dig. 35, 2, 87, 8 SCAEV. dig. 10, 2, 39 pr. PAVL. sent. 3, 6, 1 *et* ICTI *saepius.* sunt (*i. q. existunt*): VLP. dig. 5, 4, 1, 4. suscipit: IVLIAN. dig. 38, 2, 20, 6 totius hereditatis onus. VLP. dig. 10, 2, 20, 8 onus aeris alieni. MACER dig. 29, 2, 61 *suae* partis (*ex hereditate*) onus. transigunt: *v. l. 32.* *nomin. praedicative*: est *aliquis* -s: CIC. epist. 13, 46 QVINT. decl. 296 p. 170, 16 GAIVS dig. 10, 2, 1, 1 *bis* SCAEV. dig. 36, 3, 18, 2 PAVL. dig. 10, 2, 36 *ter* ITALA Gal. 4, 30 *p. 1542, 25* OPTAT. 2, 1 p. 34, 13 TYCON. 38, 10 VVLG. Sirach 22, 29. *alicui*: CIC. Verr. 2, 127 *p. 1542, 6* HOR. sat. 2, 5, 54 *p. 1542, 10* SCAEV. dig. 10, 2, 37. 26, 9, 8 pupillo. GAIVS dig. 10, 2, 1, 1 *bis* VLP. dig. 2, 14, 52 pr. 5, 4, 6 pr. HIER. in Eph. 3, 6 p. 481^A. fit -s: AMBR. epist. 20, 21 (*cf.* fores: PAVL. NOL. carm. 24, 485 *supra l. 17*). *alicui*: HIL. in psalm. 68, 14 AMBR. Abr. 1, 7, 65. **b** *obiectum*: accipere: PLIN. paneg. 38 *p. 1542, 13.* acquirere: *aliquem* -em: HIL. trin. 3, 7 -em sibi plebem acquisiverit *deus.* adicere: GAIVS inst. 2, 243 ei. VENVL. dig. 10, 2, 7 sub condicione. *aliquem alicui* -em: IVLIAN. dig. 28, 6, 32. adiungere: CIC. Cluent. 135 filio -des homines alienissimos. admittere: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 4. ascribere *v.* scribere. cogere: GAIVS inst. 2, 220 officio iudicis. convenire (*i. q. accusare*): CIC. Att. 13, 6, 2 PAPIN. dig. 7, 5, 8. dare: POMPON. dig. 33, 1, 7 tibi. AFRIC. dig. 35, 2, 87, 8 pupillo. PAPIN. dig. 28, 6, 41, 5. 6 impuberi filio. 28, 6, 41, 8 *al.* TRYPH. dig. 28, 2, 28, 4 VLP. dig. 39, 4, 6, 8 PAVL. dig. 29, 2, 8, 2. *aliquem* -em: PLIN. nat. 35, 21 Augusto. PLIN. epist. 5, 1, 1. SVET. Cal. 14 testamento...-em ei. AFRIC. dig. 12, 1, 41 *alicui.* PAPIN. dig. 27, 1, 28, 1 impuberi fratri. 31, 70, 2 *filio.* 34, 9, 16, 1 nepti. 35, 1, 93 filio . . . sine ulla condicione. TRYPH. dig. 37, 8, 7 patruo . . . nepotem. VLP. dig. 35, 1, 92 filium . . . filiis suis. facere: *aliquem* -em: PETRON. 76 me Caesari. PAPIN. dig. 31, 70, 2 pro virili portione filiis suis. GREG. TVR. vit. patr. 5 prol. (fit *aliquis* -s: *v. supra l. 53 sq.*). habere: SEN. contr. 2, 4, 5 QVINT. inst. 5, 14, 16 IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 5. 36, 1, 28, 2 VENVL. dig. 10, 2, 7 AFRIC. dig. 12, 1, 41 VLP. dig. 28, 5, 4 pr. *al.* MACER dig. 48, 2, 11, 1 MOD. dig. 10, 3, 17 AVG. serm. 86, 11, 13. *aliquem* -em: IVLIAN. dig. 35, 2, 85 extraneum. VLP. dig. 28, 6, 10, 7 PAVL. dig. 10, 2, 36. 28, 6, 45 pr. instituere: *aliquem* -em: SVET. Claud. 1 filiis. SCAEV. dig. 44, 4, 17, 2 ex dodrante. TRYPH. dig. 28, 2, 28 pr. QVEROL. p. 4, 4 parasitum . . . filio. *cf.* substituere: IVLIAN. dig. 28, 6, 32 PAPIN. dig. 31, 75, 1. 35, 2, 11, 7 pupillo. *adde p. 1542, 32.* obligare: IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 1 PAPIN. dig. 46, 1, 49, 1. VLP. dig. 17, 1, 14, 1 aut ex stipulatu aut ex empto. praestare *aliquem* -em: *v. p. 1542, 66.* recipere: SCAEV. dig. 32, 38, 8 *alicui* (32, 93, 5). relinquere: *aliquem* -em: APVL. apol. 100 *alicui.* CAES. AREL. testam. 21 *p. 1542, 32.*

PLAVT. Capt. 88 qui -os perpeti potes⟨t⟩ parasitus frangique aulas in caput. Persa 294 te ... defigam in terram -is. 846 -o me icit. Poen. 494 -is ... tuom iam dilidam caput (TER. Ad. 245). Rud. 1007 in cerebro -os abstrudam tuo. TER. Ad. 199 plus quingentos -os infregit mihi (*cf.* DON. *ad l.* contumeliosa caedes '-os' *eqs.* PLIN. nat. 8, 130 -o infracto *ursis*). POMPON. Atell. 178 istam calvam -is comminuissem testatim tibi. VAL. MAX. 3, 1, 3 minitantem -o percussit (SEN. dial. 2, 14, 3. 5, 11, 2 AVG. doctr. christ. 2, 20, 31. *cf. l. 18*). SEN. dial. 2, 5, 1 invenies servum, qui flagellis quam -is caedi malit (epist. 13, 5 HIL. in psalm. 54, 5. 61, 5). apocol. 15 viderant ab illo flagris, ferulis, -is vapulantem. PETRON. 34 -is obiurgari puerum ... iussit *Trimalchio*. QVINT. inst. 6, 3, 83 -um ... tibi ducam et formulam scribes, quod caput durum habeas. IVV. 9, 5 nos -um incutimus lambenti crustula servo (SCHOL. *ad l.* servus -o percutitur). TERT. spect. 18 *non probabis* pugnos et calces et -os et omnem petulantiam manus *in stadio*. 30 harundine et -is diverberatus *Christus* (GREG. TVR. Franc. 9, 27 verberatam. PALLAD. hist. mon. I 21 p. 300D). pudic. 13 ITALA Am. 2, 7 (Gild. Brit. 53 chron. III p. 57, 5) -is caedebant capita pauperum (*ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλάς*, VVLG. conterunt) super pulverem terrae (*cf.* VVLG. Matth. 26, 67 [*ἐκολάφισαν*] Marc. 14, 65 I Cor. 4, 11). SPART. Hadr. 21, 3 misit, qui ei (*servo*) -um daret (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 273D). SCHOL. Hor. ars 357 *pactus ut* -o feriretur *Choerilus*, si malum *versum faceret*, saepius male dicendo -is necatus est (NEPOTIAN. 20, 2). AVG. civ. 18, 23 -os accipiens tacebit *Christus* (in psalm. 130, 14). epist. 118, 3 nec Persium tuum respicis insultantem tibi contorto versiculo, sed plane puerile caput ... -o contundentem. HESYCH. in lev. 2, 5/6 p. 808C alapis -is sputis (CASSIAN. inst. 4, 27, 2 LEO M. serm. 59, 2). LEX Sal. 17, 1 si ... colpus fal(l)ierit (17, 2 praeterfallierit). 17, 6 usque tres colpus (*i. colpos*). 40, 3 servus ... CXX colpos accipiat. 40, 4 si ... infra CXX -us fuerit confessus *servus*. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 12 sputa -os ... pertulit *deus*. PALLAD. hist. mon. I 36 p. 324A. *nota quasi personate*: IVVENC. 4, 567 palmae mālis -ique in vertice *Christi* crebri insultant. *de bestiis quae feriunt*: CASSIOD. var. 1, 37, 2 videmus ... equos adiunctas sibi feminas -is ac morsibus vindicare (*i. defendere*). *translate*: RVFIN. Orig. in lev. 14, 4 abiecti et humiles, contempti et sub -is potentium vivunt *innocentes* (Basil. hom. 2, 6).

deriv.: percolopare. *graec.*: colaphizare. *Hofmann.*

?**cōlāre**, -is *n.*, *fere i. q. colus?* CHIRON 212 (*loco obscuro*) donec hic humor coagulatus, -e dissolvitur stercoris redundatione[m], intestina maiora lax⟨av⟩erit.

colasis, *acc.* -in, *abl.* -ī, *κόλασις*. *vocabulum rhetoricae graecae, cf. Volkmann, Rhetorik d. Gr. u. Röm. p. 556.* SACERD. gramm. VI 465, 29 *sqq.*: *hyperbolen* poetae ... sine -i dicunt ut (*Verg. Aen. 1, 162*) ...; oratores vero cum -i, id est cum cautela verisimilitudinis, ut Cicero (*Marcell. 10*) 'parietes ..., ut mihi videntur, ... tibi gratias agere gestiunt': hyperbole, sed addidit -in 'ut mihi videntur'. 466, 1 de -i. -is est dictio reprehendens et puniens orationem ultra quam credi potest elatam, ac si dicas 'velocior Euro paene' *eqs.*

colat(h)us *v.* calathus *p. 125, 18.*

cōlātōrium, -ī *n.* [*a* colare. *Th.*]. *colum, cribrum*: GLOSS. -a liquatoria. Plac. V 12, 3 colum: -um (56, 4) vel *eqs.* *translate de parte laryngis*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 p. 359C *superius concavum* vocem erga -i loca (*τοῖς περὶ τὸν ἠθμὸν χόνδροις*) disrumpit, maioresque sonitus efficit. 12 p. 362C *membranula cerebri* de proximo quosdam nervorum ramusculos ... per nodos colli usque ad ea loca quae -i instar existunt (*ἐπὶ τὸν ἠθμοειδῆ πόρον*) et musculos circumiacentes interserit. *cf.* 31 p. 404C *ignis* in conflatorio ... universa ... permiscens veluti excolatorio (*an* ex -o? *καθάπερ ἐκ χοάνης τινός*) quodam ad subsequentes refundit aditus. [EPIPHAN. de mensur. 25 *Paucker pro* veculatoria *scribi vult* -a, *cf. gr. διυλιστῆρας.*]

cōlātum, cōlātus *v. s.* 1. colo.

cōlātūra, -ae *f. a* colare. *i. q. colatum*: CAEL. AVR. chron. 5, 3, 55 *urina* ita subalbida, ut -ae liquidae colorem fingat.

⁎**colax**, -cis *m.*, *κόλαξ*. *acc.* -em: TER. Eun. 25. GLOSS. *abl.* -e: VARRO ling. 7, 105 *al.* EVGRAPH. Ter. Eun. 30 -x, id est adulator (232). *ibid.* et gloriosus et -x mores sunt. GLOSS. parasitus, adulator, assentator, blandus (blandis *trad.*). -em: fallacem vel furacem aut circumventorem. *cf.* IV 304, 40 adulator: -x parasitus.

1 Colax *titulus comoediarum: Menandri* (TER. Eun. 30), *Naevi* (TER. Eun. 25 NON. p. 64, 9 *al.*), *Plauti* (TER. Eun. 25 AVR. Fronto p. 33, 16 N. NON. p. 545, 16 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 670), *Laberi* (NON. p. 481, 5). *de iunctura cf.* NON. p. 376, 12 Naevius in -e. p. 64, 9 Naevius -e. **2** *persona comoediae* (*cf. Ribbeck, Kolax 1883*): TER. Eun. 30 in east (*sc. comoedia Menandri*) parasitus -x (*an* Colax *nom. propr.?*) et miles gloriosus. *v. etiam nom. propr.*

cōleātus, -a, -um [*a* coleus *Th.*]. POMPON. Atell. 69 conspicio -am cuspidem (*i. penem*). [40 insilui in -um eculeum *eqs.*, *v.* cochlea-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus *p. 1400, 16*]. GLOSS. II 103, 28 col⟨e⟩atus ὁ ἔνορχος (-χας *cod.*) καὶ βιβάζων. *Hey.*

cōlēfium (-us) *v.* colyphium.

cōlēga *v.* collega *p. 1585, 78 sq.* **cōlēgium** *v.* collegium.

?**çolemestrum** (-ī), *nomen herbae.* DIOSC. 4, 77 W. ἀκόνιτον ἕτερον ... 'Ρωμαῖοι χολεμεστρουμ (χολομεστρούμ *var. lect.*; ἀκονίτουμ νόστρουμ *Wellmann*). *Mbr.*

colena *v.* cunila. **colēns, coleo** (-ēre) *v.* 2. colo.

cōlēp(h)ium *v.* colyphium.

colera, coleriacus, colericus *v.* chol-.

cōlēs *v.* caulis. **cōlēsco** *v.* coalesco.

cōleus, -ī *m.* [*origo non facile definienda, quia ignoramus sensum non obscaenum quem habebat verbum* colii Lanuvini (*Cic. epist. 9, 22, 4 infra l. 22*). *sunt qui conferant c.* κολεός κουλεός, culleus, *v. Havet, Archiv 9 (1896) 308; alii c.* caulis colis *sensu obscaeno, v. Walde, Lat. etymol. Wörterb. s. v. Th.*]. *de orthographicis v. quae infra litt. dispestis dedi.* GLOSS. II 387, 41 ὄρχις testis testiculus -us. III 501, 44 ὄρχεις cullei vel testiculi. IV 326, 30 culei viriles testiculi, verecunda (verenda *pleriq.*). III 351, 49 culei ὄρχεις (II 103, 29 colei). III 13, 14 (*al.*) ὄρχις -i. LABER. mim. 66 furiolus (foriolus *Luchs*) esse videre[s]: in -os (coles *Büch.*) cacas (*cf. p. 8, 51*). CIC. epist. 9, 22, 4 honesti 'colii Lanu(v)ini', 'Cliternini' non honesti. PRIAP. 14, 8 stamus sub Iove -is apertis. 25, 7 intra viscera furis ibit *sceptrum* usque ad pubem capulumque -orum. 29, 4 cum ... ostendas mihi -os patentes. PETRON. 44, 14 si nos -os haberemus (*i. viri essemus*). CARM. epigr. 49 (*cf.* CORP. IV 4488; *in pariete*) seni supino -í culum tegunt. MART. 9, 27, 1 cum depilatos ... -os portes. *metonymice, ut videtur, de personis*: PETRON. 39, 7 in geminis ... nascuntur bigae et boves et -i *eqs.* MART. 12, 83, 2 omnes quem modo -i timebant dicentem tumidas in hydrocelas. [*val.* coiu, *it.* coglia, *francog.* couille. *M.-L.*] *deriv.*: coleatus. 2. culio. *Hey.*

colex *v.* culex *vol. IV p. 1286, 56.*

colfus *v.* 1. colpus.

colia (collia *var. lect.*) sive Parianus sive Sexitanus a patria Baetica PLIN. nat. 32, 146 (*inter piscium nomina*). κολίας. *Mbr.*

cōliambus *i. q.* choliambus.

coliandrum *v.* coriandrum *vol. IV p. 950, 71.*

cōlīberta, -us *v.* coll-.

cōlicē, -ēs (-ae) *f.*, κωλική. *medicamentum coli*: CELS. 5, 25, 12 -e ... Cassii ex his constat *eqs.* SCRIB. LARG. 120 Cassii medici -e bona (*sim.* MARCELL. med. 29, 5). SCRIB. LARG. 121 -e mirifica Iulii Bassi cito levat, deinde tollit inflationes coli *eqs.* (MARCELL. med. 29, 6). MARCELL. med. 29, 12 -e Bassi mirifica quae prodest sine sopitione *eqs.* MARCELL. med. 29, 37 compositio -ae primaria. 29, 38 compositio -es ex libro Philonidis. 29, 49 suppositoria -e invicta. *Hey.*

parietaria *herba* i(d est) **coliconus**(?) GLOSS. III 594, 21 (616, 10. 628, 10). polygonus *coni. Goetz; fort. conferendum*: GLOSS. III 588, 63 caliconus vetraginis (*i.* vitrago; *cf.* 596, 24 *et* 610, 24 *item.* 630, 31 coligonus). *corrigendum videtur* cotyledon (*vel potius vulgariter* *co⟨ty⟩lidonus), *cf.* coliton *p. 1572, 15 sqq.*

cōlicula, 1. cōlic(u)lus *v.* cauliculus.

2. cōliculus (-a, -um) *a* colicus *deminutive.* CHIRON 449 de colliculo. si quod iumentum collicum fuerit *eqs.* *Mbr.*

cōlicum *v. l. 82.*

***cōlicus,** -a, -um, κωλικός (GLOSS. II 352, 17). ISID. orig. 4, 7, 38 *v. l. 66.* collicus: CHIRON 449 *l. 53.* *graece scriptum*: CELS. 4, 20. colicon: CASS. FEL. 51 p. 133, 4. *adi.*: **1** *de animantibus*: CHIRON 211 ex hac causa ... col⟨i⟩ci fiunt. 233 scies eum (*sc. iumentum*) -um esse. 449 *v. l. 53.* **2** *de rebus*: MARCELL. med. 29, 19 Publii pastillus -us. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 99 Zenonis diasticon appellatum, -um (codicum *trad.*) medicamen. CASS. FEL. 51 p. 133, 4 enema -on anodynon. CAEL. AVR. chron. 4, 7 tit. de -is passionibus (CASS. FEL. 51 p. 130, 19 est ... -a passio tumor cum ingenti dolore totius ipsius intestini quod Graeci consuete -on appellant, quod aliquanti inferiorem ventriculum dicunt. ISID. orig. 4, 7, 38 -a passio nomen accepit ab intestino, quod Graeci κῶλον appellant). GLOSS. III 598, 42 -us dolor intestini maioris.

subst. masc. **cōlicus,** -ī. *de hominibus*: MARCELL. med. 29, 21 herbae ... scripulos VI -o ieiuno bibendos ... dabis (*ibid.* coli dolore confecto. *cf.* 29, 19 coli dolore laboranti). 29, 22 ad umbilicum -i. 29, 29 ieiuno -o. 29, 32 *al.* PLAC. med. 16, 38 caprinum stercus pro fumento (*sic*) impositum -is prodest. DIOSC. 2, 32. 33. EPIPHAN. Avell. p. 755, 12 chrysoprasus lapis ... stomachicis et -is nec non et coeliacis tritus ... saluberrimus. CAEL. AVR. chron. 5, 3, 58 -os ... maior interior vel ventri vicinarum partium dolor sequatur. 5, 10, 100 quae sunt solita -os afficere. acut. exc. prooem. p. 480 -i et epatici. *nota*: THEOD. PRISC. log. 28 tit. de ileo, -is, strofo. 28 ileorum, -orum et strofu similis est omnibus doloris molestia. *ibid.* -orum ... intestini unius querella gravissima. *de iumentis*: PELAGON. 287 -orum signa. *ibid.* in -is. 288 compositio ad -os (VEG. mulom. 3, 28, 27). VEG. mulom. 1, 27, 1 -is et quibus venter frequenter dolet.

neutr. subst.: GLOSS. V 354, 47 **cōlicum** aebordrotae (*anglosax. nomen herbae 'Eberwurz', i. 'Carlina acaulis' Linné*).

deriv.: 2. coliculus. *Hey.*

colifārius *i. q.* collifarius *v.* collifana.

cōligātus, cōligo *v.* 2. colligo. **colimbus** *v.* colymbus.

colīna *v.* culina *vol. IV p. 1287, 72.*

cōlīphium *v.* colyphium. **cōlis** *v.* 1. caulis *p. 652, 20.*

[**colisarcus**] i(d est) deorsum fellis GLOSS. III 559, 31. χολὴ ἄρκειος (*vel* ἀρκτεῖος) i. de urso fel (*vel* fel ursinum) *bene Goetz* (*cf.* fel ursinum SER. SAMM. 118 MARCELL. med. 17, 19 *saep.* THEOD. PRISC. eup. faen. 38).

colisatum, -ī *n.* [*vox Gallica esse videtur, v. Holder, Altcelt. Sprachschatz s. v. Th.*]. *genus vehiculorum apud Gallos.* PLIN. nat. 34, 163 coepere deinde *Galli* et esseda sua -aque ac petorita exornare simili modo *eqs.*

[**coliton**] i(d est) vitragine (-is) GLOSS. III 558, 37 (589, 16. 622, 37. *cf.* 610, 35 colitron). 581, 50 cotindon id est vetragine seu pari⟨e⟩taria. cotyledon *corr. Bannier, collato* ORIBAS. syn. 9, 33 cotylidonos herba et elxenis (ἑλξίνη) id est vitragine. *cf.* SCRIB. LARG. 55ᵇ *nascitur cotyledon* fere in parietibus humidis. *adde etiam* coliconus.

colitor *v.* cultor.

Laurentius **coll**(...) CORP. VI 31893 d, 9 (*inter nomina opificum, velut* fullo, olitor, lupinarius *al.*). *fort.* collectarius, 1. collector, collybista?

colla θυσία ἱερέων GLOSS. II 103, 14. *cf. c.* collifana, collifarius, *q. v.* *Mbr.*

collabāsco, -ero *a* con *et* labascere. *i. q. una labefieri*: PLAVT. Stich. 522 si res firma, ⟨item⟩ firmi amici sunt; sin res laxe labat, itidem amici -unt.

collabefacto, -āre [*cf. c.* labefactare *et c.* collabefieri. *Th.*]. *idem q. labefactare*: OV. fast. 1, 566 vastum motu -at onus *Caci Hercules.*

collabefīo, -factus sum, -fieri *a* con *et* labefieri (-facere). *idem q. labefactari, percuti*: LVCR. 3, 601 haec (*mens et anima*) ipso cum corpore -unt *animo relictis.* 4, 697 fracta ... omnia (*vasa*), ... contrita, ... igni -facta. CAES. civ. 2, 6, 5 altera *triremis* praefracto rostro tota -fieret. *transl.*: NEP. Arist. 1, 2 a Themistocle -factus testula illa *Aristides.*

collabellō, -āre [*a* con *et* labellum. *Th.*]. *labella coniungere, ut osculum fiat*: LABER. mim. 2 -a osculum (*cf.* GLOSS. V 639, 47 -o adiungere labra).

***collābor,** -psus sum, -ī *a* con *et* labi. collapsus *part. subst.*: SEN. contr. 1, 1, 14 PLIN. nat. 28, 43 SIDON. carm. 7, 559. coll- *scribitur*: CORP. II 3270. VI 31554a (*a. 161*). VIII 2671. XI 6224. 6668 (*a. 123, suppl.*). XII 5430. XIII 8001. 9061 (*a. 213*). 9068. 9072. XIV 126. colapsos: CORP. II 4858 (*a. 238*). XIII 7800 (*a. 218*) colabsum. comlapsam: CORP. III 14184[42]. conlabsus *legitur in codd. saepius, in inscr.*: CORP. III 1164. 4626. 4644 (*a. 238*). 4646. 4652. 4726. 4796 (*a. 311*). 5735 (*a. 214*). 5797. 5911. 6933. 11088. 11327. 11333. 11334 (*a. 247*). 11343. 11676. V 7228. VI 3864 (= 31883/4, *a. 377*). VII 142. 287. 732. 887. 966. 1008. VIII 2671. 4224. 8935. 10308 (*a. 220*). 10309 (*a. 222*). 22379. IX 2447. 5980 (= X 6908; *a. 201*). 5994 (= X 6922; *a. 214*). X 5349 (*a. 408*). 6891 (*a. 141*). XI 6668 (*a. 123*). XII 5430. 5432. 5534 (*a. 235/8*). XIII 3650. 5373. 7281 (*a. 236*). 7800 (*a. 218*). 8001. 8201. 8824. 9058 (*a. 235*). 9061 (*a. 213*). XIV 126. GLOSS. -psus κατολισθήσας; -psum συμπεπτωκός; -psa τὰ καταρρέοντα παλαιά καταλυθέντα, deiecta, debilia, cadentia; -untur corruunt. NOT. Tir. 47, 48 -itur. 47, 49 -psus. *legitur inde a* PLAVTO, *singulis locis*: PLAVT. PETRON. PLIN. HOMER. MART. IVV., *binis*: CELS. LVCAN., *ternis*: VAL. FL. TAC., *quaternis*: CVRT. STAT., *saepius*: VERG. (8*ies*) OV. (7*ies*) VAL. MAX. (11*ies*) SIL. (7*ies*), *saepissime in* INSCR. [*loc. dub.*: LVCAN. 2, 57 -psus *plerique codd., v. l.* conlatus *edd.* APVL. met. 5, 10 -psam *codd.*, allapsam *Hertz*, inlapsam *Blümner*, conlatam *Lipsius.*]

I *i. q. concidere, delabi, prolabi*: **A** *animantia* (*de bestiis: l. 68. 77. p. 1573, 4*): **1** *proprie* (*saepe de morientibus [aliter p. 1573, 38 sqq.]; de morbo: l. 74 et p. 1573, 7*): **a** *anim. ipsa*: VERG. Aen. 4, 664 ferro -psam *Didonem* aspiciunt comites (GLOSS. V 628, 61 ferro -psa: interfecta). 8, 584 -psum *Euandrum.* OV. met. 2, 617 *Coronida.* 5, 96 sanguine defectos cecidit -psus in artus *Idas* (7, 826). 6, 295. 7, 598 -psa sine ictibus ullis *victima.* 11, 460 -psaque corpore toto est *Alcyone.* SEN. contr. 1, 1, 14 iniquum est -psis manum non porrigere. 9, 4, 9 patrem sopitum et subita corporis gravitate -psum. contr. exc. 6, 4. VAL. MAX. 9, 11, 5 -psus ... est infelix *pater.* SEN. dial. 10, 6, 2 *Livius Drusus.* 10, 20, 2 qui vivendo lassus citius quam laborando inter ipsa officia -psus est (*aliter l. 82*). CVRT. 6, 7, 30 subinde -psus extinguitur. 7, 6, 22. PLIN. nat. 28, 43 ora comitiali morbo -psorum. SIL. 4, 341 Vfentem -psum poplite caeso. 10, 253 -o ... super *Hannibali* (STAT. Theb. 11, 643). 15, 797. 17, 555 subito occultae pestis -psa tremore cornipedis moles ruit (*cf. p. 1573, 8. 22*). STAT. Theb. 5, 234 -psa *Lycasta.* TAC. ann. 2, 31 *Libonis.* APVL. met. 6, 21 *Psychen.* EPIT. Alex. 112. PASS. Theclae C 36 p. 101, 23 Trifina ... -psa decidit in terram (*antea* prolapsa). *adduntur adverbialia*: VAL. MAX. 9, 12, 3 ante foculum -psus mortuus humi iacuit *Thalna consul* (PETRON. 94 ante pedes). CVRT. 4, 10, 19 inter socrus ... manus (8, 2, 39 VVLG. I reg. 21, 13). LVCAN. 5, 202 tot in Hesperio (*i. Romano*) -psas sanguine gentes. VAL. FL. 1, 348 suo (*Iasonis*) -psam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pectore matrem (STAT. Ach. 1,195 saxo *Chiron condormiens*). 7,152 in miserae -itur ora sororis *Medea* (7,251 in Veneris sinus. VVLG. Dan. 8,18 pronus in terram. AVG. civ. 22,20 in pulverem cineremve *corpus*. *adde* 22,8 -psa similiter velut in somnum). ISID. sent. 3,23,18 aquila ex alto ad escas -itur (*syn.* demergitur). *nota*: VAL. MAX. 5,1 ext. 6 pro patria -psae *umbrae*. **b** *de corpore eiusque partibus*: VERG. georg. 3,485 ossa minutatim morbo (*sc. tabe*) -psa (*cf. p. 1572,74*). Aen. 4,391 -psa membra *Didonis* (9,705 -psa ruunt immania membra *Bitiae*. SIL. 5,549 subita cecidere ruina. *adde*: APVL. met. 8,7 iam lurore et illuvie paene -psa membra *puellae* [*i. languida, consumpta*]). VERG. Aen. 9,432 inque umeros *morientis* cervix -psa recumbit. 9,750 -psos (-us *MP*) artus ... sternit humi moriens *Pandarus* (OV. met. 10,186). VAL. MAX. 4,5,6 togam manu demisit *Caesar*, ut inferior pars corporis tecta -retur. *nota*: CELS. 2,6 *signa morientium* nares acutae, -psa tempora, oculi concavi. 7,26,1 quia senectute iter eius (*urinae*) -psum est (*i. coartatum est*).

2 *translate*: **a** *i. q. incidere in, decrrare* (*cf.* APVL. apol. 52 neque... gravius est corpore quam corde -i, pede potius quam mente corruere): PLAVT. Truc. 671 clanculum -psus est hīc in corruptelam suam. AVELL. p. 33,23 Theodorum in impiam praevaricationem fuisse -psum. *locus ubi*: HIER. in Ezech. 8,26 p. 300 *aliquem* in ... mortali peccato esse -psum; nonne ad sonitum ruinae eius *eqs.* (*cf. l. 9. 29. 45*). PS. RVFIN. in Os. 14,10 in quibus *viis* sectatores criminum -untur (*syn.* corruent). *locus unde, i. q. deficere*: AVG. civ. 17,11 omnis... humana natura per peccatum primi hominis in vanitatem de veritate -psa est. POMER. 2,19,1 a creatore suo in creaturam. *absol.*: BACHIAR. repar. laps. 6 per peccatum -psi. AVELL. p. 96,2 qui eius (*Pelagii*) sermonibus fuerunt . . . -psi. DRAC. laud. dei 3,236 ficta dei proles (*Simon magus*) nimia est -psa ruina. **b** *i. q. animo cadere, se demittere, perturbari*: SEN. contr. 2,6,9 subito furore -psam patri *luxurianti esse* mentem. VAL. MAX. 5,5,3 vigore spiritus et corporis viribus -psus *Drusus*. SEN. dial. 11,2,3 *delicati* ad levissimarum iniuriarum motus -antur. 12,5,4 ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, et ipsi -antur (SVET. Nero 42 -psus animoque male fracto). epist. 99,17 videt aliquem -entem *in luctu* et corpori affusum. AVG. civ. 10,25. SIDON. carm. 7,559 erige -psos. *nota*: GREG. M. moral. praef. 8 quasi -psum inter verba et vulnera ad spem animum reformat *Iob*. **c** *i. q. mori*: COD. Iust. 5,14,9,1 (*a. 468*) *si* prior mulier in fata -psa fuerit (LEX Burg. lib. const. 51,2. 74,2 CONC. Paris. a. 556/73 p. 143, 10). *similiter i. q. consumi*: AMBR. Ioseph 4,20 tota Aegyptus -psa esset fame (*cf.* RVFIN. hist. mon. 16 reficiens animam eius [*mulieris*] fame -psam).

B *res*: **1** *proprie*: **a** *absolute*: *aedificia sim.*: LIV. 22,18,7 -psa ruinis pars moenium erat (29,18,17. *cf. l. 48. 53. 58.* SVET. Cal. 21 -psa vetustate moenia [CORP. II 3270. IX 5980 = X 6908 *a. 201. cf. l. 49. 51. 67 sqq. et sescenties*]. MARCELL. chron. II p. 82,447,3). LIV. 35,9,3 -psa quaedam ruinis sunt. 44,5,6 succisis asseribus -psus pons (CORP. X 3344 [*a. 159*] vetustate -psus adque destitutus fuerat *pons ligneus*. XIV 126 [*Ostiae*]. X 6891 [*a. 141*] opus pontis. *cf. l. 70 sqq.*). CORP. XI 6224 (*saec. I in.*) bassim vetustate -psam. VAL. MAX. 1,8 ext. 7 triclinium. SEN. nat. 6,22,2 aedificia vicina tremore -psa sunt (CORP. VIII 587. XIV 2919 publica aedificia in ruinam -psa [*cf. l. 58. 82. p. 1574,4*]). CORP. X 1406 (*a. 76*) templum matris deum terrae motu -psum (SVET. Claud. 25 CORP. III 1069. 1164. 4796 [*a. 311*]. 4800 [*a. 239*] *al.* VII 887. 966. VIII 2671. XIII 5373. 8019 [*a. 295*]. 8201 [*a. 211*]). CORP. X 1481 (*a. 81*) ⟨terrae mo⟩tibus -psa. SIL. 7,727 -psa ... ruina (ITIN. [Silv.] 8,1). MART. 1,12,7 subito -psa ruit *porticus Reguli* (CORP. VIII 23968/9). QVINT. decl. 369 p. 405, 24 *sepulcra*. PS. QVINT. decl. 2,24 -entium culminum *in incendio* fragor. TAC. ann. 2,47 urbes -psae nocturno motu terrae (MARCELL. chron. II p. 82,447,1 civitatibus. *al.* SOL. 10,10 Abderam ... senio -psam. AMM. 22,13,5 Nicomedia). TAC. ann. 15,34 theatrum (CORP. X 6565 [*a. 364/75*] amphiteatrum). PLIN. epist. 10,70,2 cum peristylio domus tota (TRAIAN. Plin. epist. 10,71 area... cum domo -psa. CORP. XIII 8001). SVET. Iul. 81 fastigium domus. Aug. 30 aedes sacras vetustate -psas (CORP. V suppl. ital. 1095. X 846 [*Pompeis*]. *al.*). CORP. XI 6668 (*a. 123*) viam Cassiam vetustate -psam (III 11333. 14184[42]. VIII 10308 [*a. 220*] imbribus et vetustate. 10309 [*a. 222*]. 22371/3. 22379. II 4853 [*a. 238*] vias et pontes. 4858. 4886. III 4626. 4644 [*a. 238*] *al. multa.* XII 5430 [*a. 213/7*]. 5432. 5534 [*a. 235/8*]. XIII 8874. 8940 [*a. 237*]. 9058 *al.* III 11327 vias cum pont(ibus). 12519 pontes derutos et vias -psas. *adde*: III 11341 ⟨pontes⟩ et stratas. 11342. V 7228 compitum). CORP. IX 5681 (*Hadr.*) aquae ductum (VII 142 arcus aquaeductium). X 1640 (*a. 139*) opus pilarum vi maris -psum. VI 31554a (*a. 161*) terminos (31554[b] delapsos). III 5715 (*a. 201*) miliaria (5717. 5735. 5746). VLP. dig. 24,3,7,16 villam. CORP. IX 5994 (= X 6922; *a. 214*) munitione⟨s alvei⟩ (*cf.* VI 31556 ripam. 31564 formam aqu⟨ae⟩ virginis). XIII 7800 (*a. 218*) horologium. 7281 (*a. 236*) montem Vaticanum. III 12736 (*a. 274*) balneum (COD. Iust. 8,10,5 [*a. 290*]. CORP. V 8807. VIII 2706. *adde*: IX 2447 thermas Silvani. X 5349 [*a. 408*] termas extivas [*i.* aestivas] in sordentibus ac ruina [*pro* 'in sordentes ruinas'] -psas). FIRM. err. 24,2 ferreae fores Christo iubente -psae sunt. CORP. II 3570 macellum. III 2809 praetorium. VI 3864 (= 31883/4; *a. 377*) statuam (VIII 8935 MARCELL. chron. II p. 82,447,1. *cf.* AVG. civ. 10,17 simulacrum). 34697 munimentum. VII 287 basilicam. 446 armamentaria (XIII 8824). 732 horreum. VIII 2722 forum (24095. IX 1596 -psi in ruin(as)). XIII 3650 culinam. 8262. COD. Theod. 15,1,20 (*a. 380*). MARCELL. chron. II p. 92, 480,1 ecclesiae. *ibid.* fornicibus *statuae*. p. 97,507,2 gradus circi. p. 100,518,1 castella. *alia*: VERG. Aen. 6,226 postquam -psi cineres (*sc. sunt; in funere Miseni*). SIL. 10,169 -ens *aesculus*. HOMER. 1061 -psae ceciderunt robora flammae (STAT. Theb. 8,471). AVSON. 361,34 -psis... foliis *rosae*. VEG. mil. 4,46 -psis velis *liburnae* (*sc. falce resectis*). **b** *additur quo* (in ruinam *v. p. 1573,53 al.*): LIV. 7,6,1 forum ... specu vasto -psum in immensam altitudinem dicitur. VAL. MAX. 5,3,2[b] cineres ei (*patriae*) suos negavit *Scipio*, quam in cinerem -i passus non fuerat (ARNOB. nat. 3,23 ad cinerem [ac cinerum *cod.*]).

2 *in imagine*: SEN. suas. 2,3 ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanae -psa sunt. SEN. Herc. O. 1229 nec ossa *Herculis* durant ipsa, sed compagibus discussa ruptis mole -psa fluunt. IVV. 8,77 miserum est aliorum incumbere famae, ne -psa ruant subductis tecta columnis. ANTH. 408,6 fugere *amici* fragorem necdum -psam deseruere domum.

3 *translate*: VAL. MAX. 2,2,8 eorum dignitatem domi -i. 4,4 praef. dominium rerum -i solet. 9,11 ext. 4 *ne* merita sua (*Tiberii*) totius orbis ruina -rentur. APVL. met. 11,2 fortunam -psam affirma. PANEG. 12,11 excipere -psam *rempublicam* (AVG. civ. 3,21 quasi morbida vetustate -psam). FIRM. err. 29,3 Persica vota -psa sunt. VEG. mulom. 2 praef. 1 mulomedicinae ars ... nullo studiosius discente -psa est (*i. iacet*). RVFIN. hist. 11,19 idolorum cultus ... *Theodosio* imperante -psus est. ZACCH. 2,19 inter ... aestus saeculi -entis (MAX. epist. p. 2 praecipites ruinas). FAVST. REI. epist. 9 p. 211,26 -entium rerum fuga. MARCELL. chron. II p. 91,479,1 curiam fragilem -psumque iustum rei publicae censum. *add. praep.*: VAL. MAX. 6,2,10 *Carbonis ira* in se ipsa -psa est (RVFIN. Adamant. 3,13 in deterius -psi status *hominum* [*i. mutati*]). CLAVD. MAM. anim. p. 103, 11 cum -itur (labitur *codd. plerique*) *iudicans* ad illud de quo iudicat.

II *i. q. una (cum aliis) corruere* (*cf. l. 22 sq.*): *alicui*: SEN. Herc. O. 174 templa suis -psa deis sparsosve focos. *inde i. q. in unum locum concurrere*: DECL. in Catil. 15 dato signo -rentur omnes ... ad diripiendam ... urbem.

syn.: corruere, delabi, demergi, prolabi.

iuncturae: *abl.*, *dat.*, ab, ad, ante, de, in *c. abl.*, in *c. acc.*, inter, pro. *deriv.*: collapsio, collapsus.

collabōro, -āre *a* con *et* laborare. GRAMM. suppl. 174,37 quando 'con' loquellaris praepositio per compositionem praeponitur l vel r sequentibus, si verbum ipsum talem habet sensum, ut indifferenter nunc unius hominis, nunc plurium significet actum, dubio procul in supradictas litteras n ipsum convertitur, ut 'collocat', 'colligit' . . . nam et unus homo de re ait *eqs.* . . . at e regione, quando verbum ipsum talem habet sensum, ut non ad unum solum, sed ad duos vel ad plures actio vel passio transferatur ... *praepositio* integra regulariter manere dinoscitur ... ut 'conlaetatur', 'conlacrimat', 'conlaborat', 'conlaudat', 'conlucet', 'conlata', 'conlatio' . . . ut illud 'conlabora euangelio' (*v. l. 58*). non enim solus unus quilibet '-at', sed solus 'laborat' vel cum alio et cum aliis euangelio vel cuilibet alii negotio vel exercitio -at. sic et cetera exemplis non perpaucis facile dinoscuntur 'conlibertus' 'conlevita' . . . 'conloquium' teste Isidoro. *inde ab* ITALA *et* TERT. **1** *i. q. una labores subire, condolere*: ITALA II Tim. 1,8 (codd. d g) -a in euangelio (*cf.* RVFIN. *infra l. 71 et* PRISCILL. *infra l. 79*; VVLG. evangelio, *at Fuld.* evangelium) secundum virtutem dei (συγκακοπάθησον). RVFIN. Orig. in Rom. 7,6 quia omnis creatura his, qui in agone huius vitae sunt positi, congemisceret et condoleret, hoc est -ret. AVG. epist. 139,4 ibi (*in Numidia*) -antibus et compericlitantibus coepiscopis. PASS. Perp. 10 hic sum tecum et -o tecum (συγκάμνων). **2** *i. q. laborare invicem, cooperari*: *absol.*: HIER. c. Ioh. 38 Isidoro praesente et multum -ante. AVG. in euang. Ioh. 19,17 si laboramus propter vos, -are non debetis propter eosdem vos? GREG. M. moral. 5,7 sublevatio laboris est visio -antis. ad: TERT. paenit. 10 non potest corpus de unius membri vexatione laetum agere; condoleat universum et ad remedium -et necesse est (PACIAN. paraen. 8 p. 115. PELAG. in I Cor. 12 p. 756[C] ad sanitatem). in (*cf. l. 58. 78. 79. 80*): RVFIN. hist. 3,4,4 -antes in euangelio et comites (συνεργοί). *c. dat.*: ITALA (Aug. epist. 122,1) *et* VVLG. Phil. 1,27 unanimes (Aug. uno animo) -antes (ITALA codd. d g *et* Mar. Victorin. *ad l.*: concertantes) fidei (VVLG. *Fuld.* fide) euangelii (συναθλοῦντες). PAVL. NOL. epist. 2,3 ut sociali invicem membro nobis -emus. 24,22 laborantibus -a spiritu et cooperare orationibus. AVG. serm. 52,3 -ate nobis. HESYCH. in lev. 12,1/5 p. 922[B] et corpus *hominis* bonum est..., quod nobis in virtutibus -at. cum: PRISCILL. can. 54 p. 132,13 qui secum -ant in euangelio. ORIG. in Matth. 18,91 ut mecum (*Christo*) -etis in vigiliis et orationibus. **3** *i. q. valde laborare, conari*: VEREC. in cant. 1,10 dum *intellegibilis Pharao* ecclesiis excitat tentamenta sanctosque subvertere -at. *Hofmann.*

col(l)ābsus *i. q.* collapsus, *v. s.* collabor.

collabus, -ī *m.*, κόλλαβος (*pars organi musici*): OPT. PORF.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

schol. carm. 20 incidunt versus, qui loco -orum positi sunt (*sc. in carmine ad formam organi figurato*). *adde nom. propr.*

collacero, -ātum, -āre *a* con *et* lacerare. *i. q. valde lacerare*: TAC. hist. 3, 74 confossum -atumque et absciso capite truncum corpus Sabini.

collacrimātio, -ōnis *f. a* collacrimare. *actus lacrimandi, fletus*: CIC. de orat. 2, 190 neque ad misericordiam adducetur *iudex*, nisi tu (*orator*) ei signa doloris tui verbis sententiis voce vultu; -e denique ostenderis.

collacrimo, -āvī, -āre *a* con *et* lacrimare. GRAMM. suppl. 174, 37 conlacrimat, *v. p. 1574, 50.* *propria vi praepositionis i. q. cum altero una lacrimare, cf.* EVGRAPH. Ter. Andr. 110 -bat: cum aliorum lacrimis suas quoque miscebat. GLOSS. II 444, 37 συνδακρύω. IV 40, 11 (41, 33) -ant: flent cum flente (*pro* cum flente: 'conflent *probabilius*' *Goetz, fort. pertinet ad* VVLG. Rom. 12, 15 flere cum flentibus); *deinde evanida vi praepos. idem q. flere, valde lacrimare, plorare, cf.* GLOSS. IV 38, 36 -ant: flent, plorant, conflent. 498, 37 flent. *prior significatio etiam dinosci potest ap.* TER. *l. 19* CARM. in Plaut. *l. 21* HIER. epist. *l. 23.* *absolute*: TER. Andr. 109 tristis interim nonnumquam -bat (*v.* EVGRAPH. *l. 12*). CARM. in Plaut. Gell. 1, 24, 3 vers. 3 *Plauto mortuo* Risus, Ludus, Iocusque et Numeri innumeri simul omnes -arunt. CIC. Sest. 130. rep. 6, 9 complexus me senex -vit. EPIT. Alex. 105. HIER. epist. 77, 4 episcopo, presbyteris et omni populo -antibus. EVG. TOLET. carm. 25, 6 promite funereum... fletum et facite luctum -ando pium. *aliquid*: CIC. Sest. 123 histrio casum meum totiens -vit (LIV. 26, 14, 4 dextris inter se datis ultimoque complexu -antes suum patriaeque casum *eqs.*).

deriv.: collacrimatio. *Mbr.*

collactāneus, -ī *m.* [*cf. c.* collacteus. *Th.*]. *de assimilatione v. infra l. 47 sqq.* *gen. sing.* conlactaní *v. l. 50.* CHAR. gramm. I 82, 12 *v. infra l. 70.* GLOSS. qui simul bibit lacte. σύντροφος, ὁμογάλακτος, συγγάλακτος. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ διλιινι (γεμινι?) κολακτενεος. ὁμογάλακτος. *differentiam significationis inter* collactaneus *et* collacteus *fingere videtur* CAPER gramm. VII 97, 19 *v. infra l. 72.*

in litteris: GAIVS inst. 1, 39 iustae... causae manumissionis ...si quis patrem aut matrem aut paedagogum aut -um manumittat. SCAEV. dig. 34, 4, 30, 1 Seiam libertam eandemque -am. VLP. dig. 40, 2, 13 *app.* educator, paedagogus, nutrix. ITALA (codd. d e g) *et* VVLG. act. 13, 1 Manahen ... Herodis tetrarchae -us (d e: conl-; σύντροφος). SERV. auct. georg. 1, 205 Amaltheam... haedorum matrem, quos quidam Iovis -os dicunt. HIER. epist. 54, 13, 2 nec formosus -us nec candidulus... assecula adhaereant lateri tuo. ITALA (Ambros.) *et* VVLG. II Macc. 9, 29 -us eius (σύντροφος). AVG. conf. 1, 7, 11 -um suum (*ibid.* matres atque nutrices). SCHOL. Stat. Theb. 5, 222 -us meus fuerat (*cf.* STAT. Theb. 5, 221 quibus ubera mecum). GREG. TVR. Andr. 24. *in inscriptionibus sepulcralibus*: *forma* collactaneus: CORP. VI 2125 (= XIV 2413) L. Manlio ... -o dulcissimo et indulgentissimo erga se. *forma* conlactaneus: CORP. VI 9901 a (*aetate imp. Tiberii*) conlactaní Celeris Galli fili (*ibid.* frater). 10760 d. m. P. Aeli Pastoris Volusia ... Salviane -o. XI 6345 Caedi Rufini -i. III 4218 (*christ.*) -i fideles et innocentes. *adde*: CORP. VI 18553 (*periit*) Moschini conlact (coniact, conlib *al.*). III 14880 ⟨...⟩nlac⟨ ...⟩. CORP. VI 36193 conlact. *pro* CONIACI *legitur ex coniectura Mommseni.*

fem. **collactānea,** -ae. *in litteris*: PS. AMBR. epist. 1, 15 -a eius (*Agnetis*), virgo sanctissima, Emerentiana. VEN. FORT. carm. 6, 5, 117 nulla puella choro neque -a ludat (6, 5, 115 nutrix aliena). *pro adi.*: EVANG. de nativ. Mar. 8, 2 Maria ... cum aliis septem virginibus coaevis et -is. *translate*: TERT. resurr. 63 p. 124, 9 *caro animam* ut -a comitabitur. *in inscriptionibus sepulcralibus*: *forma* collactanea: CORP. VI 19112 Maecilia Cn. l. Eleutheris -a Euni. V 3487 Aquilinae -ae. XII 337 (*periit*) suae -ae (*traditur* collect-). III 8976 Ceionia Ferocilla Ceionie Hilare liberte et colac⟨t⟩anaeae (*sic*). *forma* conlactanea: CORP. VI 25087 ⟨c⟩onlactanea Cau⟨...⟩ (*ibid.* alum⟨nae⟩).

collacteus (-ius), -ī *m.* [*a* con *et* lac, *cf.* collactis, collactaneus, collacticius. *Th.*]. *de assimilatione v. infra l. 78 sqq. et p. 1576, 5 sqq.* *formas per* -ius, -ia *in exemplis notavi. formam abbreviatam* conlact. *v. s.* collactaneus *supra l. 53.* CHAR. gramm. I 82, 12 conlactaneus dici debet. nam -us nemo dicit. CAPER gramm. VII 97, 19 collactaneus est eisdem mammis educatus, -us (*ed. princ.*; collactaneus *codd.*) qui ex uno eodemque lacte creatus est. [*hisp.* collazo. *M.-L.*]

HYG. fab. 224 p. 132, 7 Crotos, Panis et Euphemes filius, -ius Musarum. *in lapidibus*: conlacteus: CORP. VI 5939 Arruntius ... Dicaeus -us *nutrici.* 6324 Atticus f. Stactes -us nutricis Sisennae f. 27119 -o suo bene merenti. collacteus (-ius): CORP. VI 7393 L. Volusi patrui -io (*ibid.* nutrici). 9745 Scyri -i sui. 15323 (*periit*) -io suo benemerenti. 16057 (*periit*) -us Drusí Blandi. 29690 -io suo. XI 1067 (*periit*) Helaeno colactio.

fem. **collactea** (-ia), -ae: IVV. 6, 307 notae -a Maurae Maura. MART. CAP. 1, 6 sororis eius -a et indiscreto amica foedere. 1, 111 pedisequa eius Periergia utrum a matre virginis missa an sua utpote eius

-ia (*sic B*) ... conspicatur. *in lapidibus*: conlactia: CORP. VI 18115 -iae bene merenti. CARM. epigr. 1278, 9 (*Lugd.*) q⟩ui sibi mox-q(ue) su⟨ae⟩ nutrici Marciane, item Verinae -iae haec monumenta dedit. CORP. II 104 (*descr.*) -ia (coniatia *trad.*) M. A(ntonii) Max(imi). collactia: CORP. VI 12115 Apolausti[illegible] -ia[illegible]. 17682 -iae eius. 25845 Salvia Tertulla Laenadi libertae et -iae bene mer⟨enti⟩. 35492 Ianuariae -iae. X 1778 bonae femine -iae Arri Germani.

collacticius, -ī *m.* [*cf. c.* collacteus. *Th.*]. *i. q. collactaneus*: CORP. VIII 3523 collactitio dulcissimo.

col(l)actineus *v. p. 1575, 33.*

collactis (-is) *f. a* con *et* lac, *cf.* collacteus, collactaneus. *i. q. collactanea*: CORP. XIV 3812 Moschis mater conlactis. *Hey.*

collactius, -a *v.* collacteus. **collaedo** *v.* collido.

collaesio *v.* collisio.

collaeto, -āre *a* con *et* laetare. *idem q. laetare, laetitia, gaudio afficere*: ITALA Tob. 8, 23 (Sangerm. 15) hic eris manducans et bibens penes me et conlaetabis animam meam et filiae (εὐφρανεῖς τὴν ψυχὴν τῆς θυγατρός μου *Sinait.*, ITALA Reg. *et* Sangerm. 4: laetificabis animam filiae meae. *i. q. collaetari? v. infra l. 44.*

depon. **collaetor,** -ātus sum, -ārī. *de scriptura*: GRAMM. suppl. 174, 37 conlaetatur *v. p. 1574, 50.* *i. q. una* (*cum altero*) *laetari, gaudere. plerumque de hominibus; de rebus*: ITALA I Cor. 13, 6 *infra l. 50* BARNAB. 2, 3 *infra l. 40* VEREC. in cant. 2, 40 *infra l. 46 et 52.* **1** *absolute*: ITALA I Cor. 12, 26 (Cypr. epist. 17, 1. 55, 5. 62, 1) si laetetur membrum unum, -antur cetera membra (συγχαίρει, VVLG. congaudent omnia membra). TERT. idol. 14 licet convivere cum ethnicis, commori non licet; convivamus cum omnibus, -emur ex communione naturae, non superstitionis. AVG. conf. 8, 2, 5. 9, 3, 6. in psalm. 39, 7 turbae strepunt, turbae festinant, turbae -antur, turbae concurrunt. serm. ed. Mai 94, 1 *si homines* fratribus suis germana caritate congaudent ... quanto amplius atque sincerius -ari nos oportet, cum *eqs.* POSSID. vita Aug. 7 ineffabiliter admirantibus christianis et -antibus (collaudantibus *codd.*). PS. PETR. CHRYS. serm. 129 p. 555ᴮ. **2** *alicui*: ITALA. Luc. 15, 6 (Ps. Cypr. ad Novat. 15) -amini mihi (συγχάρητέ μοι, VVLG. congratulamini mihi), quoniam inventa est ovis mea, quae perierat. Rom. 12, 15 (Vict. Vit. 3, 64) gaudentibus -ari (χαίρειν μετὰ χαιρόντων, VVLG. gaudere cum gaudentibus) et cum lugentibus lamentare. AVG. conf. 7, 19, 25 catholicae fidei -atus et contemperatus est. 8, 3, 6 -antibus vicinis mulieri. virg. 29, 29 vobis. BARNAB. 2, 3 -antur (συνευφραίνονται) illis sapientia et intellectus. AVELL. p. 496, 13 beatae sedi Petri. HERM. Pal. sim. 9, 24, 2 nullasque habentes inter se dissensiones, sed -antes semper dei servis. PASS. Petr. 16 *ne videaris* quasi vivus viventi et gaudenti melius -ari (coll(a)etare *var. lect.*). **3** *cum praeposit.*: cum *aliquo*: TERT. idol. 14 *v. supra l. 26.* AVG. epist. 124, 2 *civitas* nobiscum de vestra praesentia. VEREC. in cant. 2, 40 caeli cum domino -antes. GREG. TVR. in psalm. p. 877, 31 quibus *praemiis* sancti cum ipso *Christo* perpetualiter -antur. ISID. Goth. 65 chron. II p. 293, 13 *Riccimerus* pari cum patre solio -atur. in *aliqua re*: ITALA I Cor. 13, 6 (Cypr. testim. 3, 3) -atur autem *caritas* in veritate (συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ, VVLG. congaudet ... veritati). VEREC. in cant. 2, 40 et caeli sunt -ati in apparitione pastorum. de *re v. l. 46.*

collamontium, -ī *n.* (*vel* collamontius, -a, -um *adi.?*) *cf. c.* collis *et c.* mons. TAB. devot. Trag. (Corp. III p. 961) 9 (*ad spiritum immundum*) te ordinavit *angelus Gabriel*, u⟨t⟩ silvestria loca -a (collam-*potius quam* collom- *in tabula*) opteneris (*i. obtineres*).

collangueo, -ēre *a* con *et* languere. *idem fere q. languere*: EPIST. pontif. 612 Thiel (Gelas.) 3, 12 salvare ... aegrotantem an -entem consumi? *Mbr.*

collāpsio, -ōnis *f. a* collabi; *scribitur* quol- *infra l. 63.* *i. q. actio collabendi, cf.* GLOSS. IV 113, 23 marcus (*i. marcor*) -o (V 221, 7 quolapsio): FIRM. err. 20, 1 lapidem tuum (*quem veneraris*) ruina sequitur et cadentium culminum funesta -o. PS. RVFIN. in Am. 6, 10/12 utramque *domum* ruituram -e et scissione signavit. *nota*: MIRAC. Steph. 2, 2, 1 quomodo posset *mulier* vivere cum mortuorum viscerum -e (*i. cum emortuo alvi onere non exuto*).

collāpsus, *abl.* -ū *m. a* collabi. GLOSS. IV 114, 34 marcur conlapsur (marcor conlapsor *a*; *cf. l. 62*). APON. 4 p. 84 *anima* tanti piaculi -u foedaverat faciem suam. *Hofmann.*

collāre *v.* collaris.

collargior, -īrī *a* con *et* largiri. *idem f. q. largiri*: VEREC. in cant. 2, 5 tribuere est primum beneficia -iri. 2, 10 non tantum non appetit aliena, verum etiam propria -itur. 2, 28 hanc nobis gratiam. 2, 31 victoriam. 4, 24 merita. *Mbr.*

collāris, -e *a* collum. *legitur inde a* PLAVTO. [*it.* collare, *francog.* collier, *hisp.* collar. *M.-L.*] *ad collum pertinens*: **1** *adiect.*: PETRON. 56 offla -is allata est. *cf.* GLOSS. III 287, 52 (*inter cibos*) -em: τραχηλίδα. **2** *subst.*: **a** collāre, -is *n.* (*dubia, utrum ad* -e *an* -is *pertineant hic attuli*). *vinculi genus, cf.* VARRO rust. 2, 9, 15 ne vulnerentur *canes* a bestiis, imponuntur his -ia (*at vide p. 1577, 14*), quae vocantur melium i. e. cingulum circum collum *eqs.* (PAVL. FEST. p. 151 millus -e canum venaticorum *eqs.*). NON. p. 36 -e est vinculi genus, quo collum astringitur. GLOSS. V 650, 6 collore a collo dictum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II 405, 22 *περιτραχήλιον*. PLAVT. Capt. 357 quod collus -i caret. LVCIL. 854 cum manicis catulo -ique, ut fugitivum deportem. GRATT. 401 -bus ergo sunt qui lucifugae cristas inducere maelis iussere. *addas*: CARM. c. pag. 44 in risum quaerens quos dederet morti, -bus (*sic Haupt*, Gallaribus *P*) subito membra circumdare suetus (*Haupt*, subitus *P*, iussit *Bähr*.). **b** collāris, -is *m*. *i. q. collare*: DIDASC. apost. 28, 15 sustulit a vobis -em constructionis et evacuavit a vobis iugum grave. *potius ornamenti genus*: CORP. X 6303, 6 Sortis signum Menphiticum cum -i argenteo. XIV 2215, 8 -em ex beryllis. *ibid.* 9 -em alterum cum gemmis n(umero) VII. *i. q. pars carnis*: *v.* GLOSS. *p. 1576, 79.*

collārium (-ī) *n. a* collum, *cf.* collaris. PRISC. gramm. II 75, 8 alia *nomina* ab aliis rebus, in quibus sunt vel de quibus vel quas habent: in quibus sunt, ut -um, quod in collo est *eqs.* (*fortasse spectat ad* VARRO rust. 2, 9, 15 *p. 1576, 81*). GLOSS. *κολλάριον, περιτραχήλιον*. *Probst.*

collateo, -uī, -ēre *a* con *et* latere, *cf.* collitescere. *idem f. q. latere*: SERV. auct. Aen. 5, 72 *Venus* ne nuda conspiceretur, -uit (*Daniel*, conlatint *F*) in myrto (sub arbore myrti latuisse *T*).

collaterānea, -ae *f. a* con *et* latus, *cf.* collaterare. *quae ad latus est, i. socia, coniunx*: VITA Vedasti (Krusch, Mon. Germ. hist. script. Merov. III) 2 p. 407, 9 Chlod(o)childis conlateranea (conl[-coll-]actanea *var. lect.*) mea (*sc. Chlodowigi*).

collatero, -ātus, -āre [*a* con *et* latus. *Th.*]. *i. q. a lateribus complecti*: MART. CAP. 3, 249 c vocales utrimque -at. *part. perf. pass.* collaterātus, -a, -um: *qui ad latus est, collateraneus*: VEREC. in cant. 4, 15 quod alii sequantur, alii praecedant dominum, alii -ati iungantur.

?**collathus** est apud Syros medium sati in liquidis, quod est sextariorum XXIIII EPIPHAN. de mensur. 42. *corrigasne* calathus? *Mbr.*

collātīcius, -a, -um [*a* collatus. *Th.*]. conl- *subinde in codd. et in titulo l. 35.* *i. quod confertur, in commune datur*: SEN. dial. 6, 10, 1 nihil horum dono datur: -is et ad dominum redituris instrumentis scaena adornatur. CORP. X 411 (*Volceis*) ex pecunia publica et conlaticia, quam municipes et incolae sua voluntate contulerunt (SERV. auct. Aen. 3, 552). PS. QVINT. decl. 6, 11 inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum -a sepultura. APVL. met. 8, 26 iuvenis ... -a stipe de mensa paratus (AMM. 14, 1, 4 stipe -a victitabant. 14, 6, 11 -a stipe humatur Valerius ille Publicola). TERT. adv. Val. 12 p. 191, 18 ex aere -o (collacio, collocatio *trad.*), quod aiunt, in honorem et gloriam patris pulcherrimum Pleromatis sidus ... compingunt. AMM. 29, 2, 7 ad largiendum paelicibus merebat aes -um grave. AMBR. hex. 5, 16, 55 -o cibo pascit *ciconia parentes*. *genus myrrhae*: PLIN. nat. 12, 69.

*****collātio,** -ōnis *f.* [*cf. c.* collatus, conferre. *Th.*]. *scribitur* conl- *saepe in codd.; in titulis*: coll-: CORP. VI 30901 (*saec. II*). X 1576. 6090. 8099 EDICT. imp. Diocl. 2, 3. conl-: CORP. IX 5438. X 7495. XI 3258. 5634. VIII 7119. 8328. 8329. 23863. II 1971. *de* GRAMM. suppl. 175, 1 (conlatio) *v. p. 1574, 51.* *de significatione*: AMBR. symb. rec. A p. 50 symbolum graece dicitur, latine autem -o (*cf.* GLOSS. *σύμβολον*), et maxime symbolum negotiatores dicere consuerunt, quando conferunt pecuniam suam et quasi ex singulorum -e in unum constipata ... conservatur, ut nemo fraudem -i facere conetur (*cf. p. 1578, 10. 1590, 37*). RVFIN. symb. 2 p. 337^{B} symbolum graece et indicium dici potest et -o, hoc est quod plures in unum conferunt (*cf.* CASSIAN. c. Nest. 6, 3, 3 ISID. eccl. off. 2, 33, 3). EVCHER. instr. 2 p. 160, 18 symbolus -o aut pactum (FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36). *legitur apud scriptores sermonis pedestris et* PLAVT. Mil. 942 MAR. VICTOR aleth. 2, 25 PAVL. PELL. 230 ARATOR ad Parth. 89.

I *i. q. congregatio, collectio, unitio*: **A** *proprie*: **1** *generatim* (GLOSS. -o et congeries *συνεισφορά, σωρός*. adunatio, conferentia, collectio. -e collectione, quando aliqui in commune confer⟨unt⟩): PLAVT. Mil. 942 ubi facta erit -o nostrarum malitiarum. CIC. or. frg. A IX 5 te concessione competitorum et -e centuriarum (*sc. suffragiis in te collatis*) ... e postremo in tertium locum esse subiectum. SEN. dial. 10, 15, 5 longam illi (*sapienti*) vitam facit omnium temporum in unum -o (locatio *A*). PLIN. nat. 37, 126 optimae sunt *chrysolithi* quae in -e aurum albicare ... cogunt. VLP. dig. 47, 10, 15, 4 convicium autem dicitur vel a concitatione vel a conventu, hoc est a -e vocum; cum enim in unum complures voces conferuntur, *eqs.* RVFIN. hist. 4, 29, 6 -em quandam (*συνάφειάν τινα καὶ συναγωγήν*) faciens euangeliorum nescio quo modo composuit euangelium unum ex quattuor. CLAVD. MAM. anim. p. 191, 13. **2** *speciatim i. q. communis datio, contributio (potissimum pecuniae), tributum, stips, collecta* (GLOSS. *συνεισφορά συνεισένεξις συντέλεια*. -em facio *συνεισφέρω*): *de convivio communi v. p. 1578, 30. cf.* SCHOL. Ter. p. 81, 1 symbolam id est -em ciborum dedit. p. 104, 16 ut de symbolis essent i. de -e ciborum. EVGRAPH. Ter. Eun. 540 Phorm. 339. GLOSS. *σύγκρισις δεῖπνον. ἔρανος* (*cf. p. 1578, 8*). LIV. 4, 60, 6 aes grave plaustris quidam ad aerarium convehentes speciosam etiam -em faciebant. 5, 23, 11. 5, 25, 5 stipis. 6, 14, 12 tributo -em factam. 23, 32, 9 gravi tributo et -e iniqua frumenti pressos. 26, 36, 8 voluntaria -o. 30, 44, 4 pecuniae (PLIN. nat. 37, 10 pecuniarum. FIRM. math. 1, 7, 26 *Sulla* cruentarum pecuniarum parricidali -e ditatur). PAVL. FEST. p. 37. FEST. p. 364 tributorum. TAC. Germ. 29 *Batavi* exempti oneribus et -bus et tantum in usum procliorum sepositi (*syn.* tributa). PLIN. epist. 4, 13, 7 necessitate -is. paneg. 41 eundem te -es remisisse, donativum reddidisse. TRAIAN. Plin. epist. 10, 93. SVET. Cal. 42 -es in alimonium ac dotem puellae recepit. Nero 38. 44 Tit. 7 TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 363, 21 patient. 5 p. 9, 20. IREN. 1, 2, 6 (*in imag.*) unumquemque ... quod habebat in se optimum ... conferentes -em fecisse (*ἐρανισαμένους*). 1, 3, 1 secundi Christi ... ex -e (*ἐράνου*) composita fabricatio. PAPIN. dig. 50, 4, 18, 25 quod genus -is munus possessionis est. VLP. dig. 17, 2, 58, 1 (*in societate coeunda. cf. p. 1577, 54*). PAVL. sent. 2, 7, 5 -o intributionis ob iactum salva nave fieri debet (CHAR. dig. 14, 2, 4, 2). CHAR. dig. 50, 4, 14, 2 viarum munitiones, praediorum -es non personae, sed locorum munera sunt (*cf.* HERMOG. dig. 50, 5, 11 ut sit praediorum -o viae sternendae. *al.* VLP. dig. 7, 1, 27, 3 si quod ad -em viae *pertinebit*. 19, 1, 13, 6 siqua ... ad viae -em praestare oportet. COD. Iust. 8, 13, 6 ad -em viarum muniendarum). CHAR. dig. 50, 5, 8, 3 qui muneris publici vacationem habet, per magistratus ex improviso -es indictas recte recusat. DIG. 37, 6 rubr. de -e bonorum. 37, 7 de dotis -e (*cf. Leonhard, PW. III 704*). *ibid. saepius.* EDICT. imp. Diocl. 2, 3 omnem totius orbis ad sustinendos exercitus -em detestandis quaestibus diripientium cedere. LACT. inst. 5, 8, 7 habentium pia et religiosa -o. IVST. 16, 3, 9 (*syn.* tributum). HIL. in psalm. 52, 13 -bus se plebis et muneribus ditando. SYMM. rel. 20 quod sine lacuna imperialis aerarii deprompsit aliena -o (*ibid.* impendium). SERV. Aen. 1, 632 paupertas maiorum ex -e sacrificabat. georg. 3, 18 vicesimus quintus *missus* dicebatur aerarius eo, quod de -e populi exhibebatur. AMBR. c. Aux. 33 potest pauperibus -o populi redundare. *cf.* in psalm. 40, 5 est et in -e tenui paupertas abundans, si abundet fides. PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1184^{A}. AMBROSIAST. in Rom. 13, 13 comessationes sunt luxuriosa convivia, quae aut -e omnium celebrantur aut *eqs.* (PELAG. in Rom. 13 p. 706^{C} *cf.* GLOSS. V 550, 46). in I Cor. 16, 17. HIER. in Is. 23, 18 p. 328 saturari omnium -e virtutum (*cf.* ITALA Is. 23, 18 [Hier. *ad l.*] impleri in -em [*συμβολήν*, VVLG. *aliter*]). VVLG. II Macc. 12, 43 (*ποιησάμενός τε κατ' ἀνδραλογίαν κατασκευάσματα*). Rom. 15, 26 -em aliquam (*κοινωνίαν τινά*) facere in pauperes sanctorum. RVFIN. hist. mon. 23 p. 447^{B} ex -e caritatis (*ibid.* oblatio). SVLP. SEV. chron. 2, 41, 3 cum oblatam a ceteris -em respuissent. MART. CAP. 1, 7 *Ψυχὴν* ... ditem muneribus atque multa caelestium -e decoratam. COD. Theod. 11, 1, 2 (*a. 315*) possessores cum satisfecerint publicae -i. 7, 6, 3 (*a. 377*) annua vestis *militaris* -o dependatur. 1, 15, 17 (*a. 401*) vicarium Africae, quem totius -is ac transmissionis cura constringit (*de frumento*). 1, 5, 14 (*a. 405*) de lustrali auri argentive -e (13, 1, 20 *a. 410. cf. Seeck, PW. IV 370*). 13, 3, 16 (*a. 414*). 6, 23, 2 (*a. 423*) a ... equorum praestatione habeantur immunes, nudam -em, quae plerumque poscitur, solvant. OROS. hist. 4, 16, 19 quo *tempore* aerarium populi R. egenam stipem privata -e poscebat. 5, 1, 2 libera -o defensionis (*opp.* debita pensio servitutis. *syn.* tributum). 5, 8, 2 moritur apud Romanos utilis de provisione -o et oritur infamis de ambitione -o. CASSIAN. inst. 7, 17, 3. COD. Iust. 1, 29, 3 in tributariis -bus. 8, 11 (12), 7 omnes certatim facta operarum -e instare debent. 11, 65 tit. de -e fundorum patrimonialium et emphyteuticorum. EVGIPP. Sev. 12, 7 -e fidelium ditatus. 17, 4. 29, 1 vestes, quas Noricorum religiosa -o profligaverat. *in titulis* (*cf. p. 1577, 46*): CORP. VI 30901 (*saec. II*) ex -e horriariorum chortis II maioris. IX 5438 ex -e manipretii possessorum circa forum et negotiantium. X 1576 remissa -e (XI 5634. VIII 7119). 6090 ex -e legativi epuli. 7495 ⟨ex ae⟩ris -e. 8099 fec(it) ex col(latione) collegi[um] (*v. p. 1585, 84sq.*). XI 3258 honore contentus ex suo *statuam* posuit et -em reddidit (II 1971). VIII 8328 -e spo⟨rtu⟩larum facta. 8329. 23863 ex voluntaria civium con⟨latione⟩.

B *translate*: **1** *i. q. comparatio*, GLOSS. *σύγκρισις*. -e comparatione. V 282, 5 coll[oc]atio comparatio (*additur genet. obi. saepe; praep.* ad *v. l. 84*, cum *v. l. 80*, inter se *v. l. 70*): **a** *generatim*: CIC. nat. deor. 3, 70 quae est in -e ista similitudo? div. 2, 38 quamquam tu non hostiarum causam confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes -e hostiarum. fin. 4, 75 Tusc. 4, 27. 5, 85 reliqua ex -e *virtutis* facile est conterere et contemnere. HIRT. Gall. 8, 8, 2 *legio XI* in -e reliquarum nondum eandem vetustatis ac virtutis ceperat opinionem. SEN. nat. 4, 11, 2. 3 *montium* altitudo totius mundi -e consumitur. 4, 11, 5. epist. 85, 4. 120, 4 rerum saepe factarum inter se -o. QVINT. inst. 7, 7, 2 meritorum, temporis, praemii -o. PLIN. epist. 2, 19, 8 leges ... aliarum -e convincere. 4, 5, 2 quamvis intentionem eorum nulla hinc et inde -o, nullum quasi certamen accenderet. 5, 8, 12 onerosa -o. 6, 16, 16 periculorum -o. 9, 19, 7 paneg. 61 GELL. 10, 3 tit. PANEG. 12, 33. IVST. 2, 2, 14 cultos ... mores incultae barbariae -e superari. PROC. dig. 33, 6, 16, 2. HIL. trin. 5, 17 quia nondum nobis -is euangelicae ac prophetiae locus est. 6, 4 responsionis ad singula subiecta -o. AVSON. 419, 36 HIER. epist. 49, 14, 5. 124, 1, 2. 124, 4, 11 (*ibid.* comparatio). AVG. gen. ad litt. 2, 13 p. 52, 12 quae illis cum caelo potest esse -o? MART. CAP. 8, 859. 9, 926 CASSIAN. conl. 23, 3, 2 (*syn.* comparatio). MAR. VICTOR aleth. 2, 25 te magis extollit -o deteriorum. SIDON. epist. 1, 8, 3. ARATOR ad Parth. 89 susceptos celebret -o libros. COD. Iust. 9, 22, 22 pr. fiat indago argumentis, testibus, scripturarum -e. IVNIL. 1, 12 -em eius (*dei*) ad

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

C *sensu latiore*: **1** *evanida notione frangendi vel feriendi fere i. q. componere, coniungere, in unum conferre sim.*: *i. q. coniungere*: AVIAN. fab. 18, 12 protinus aggreditur *leo* pravis insistere verbis -sum cupiens dissociare pecus (*i. iuvencos amicitia coniunctos*). *i. q. contrahere*: DIOM. gramm. I 352, 40 annotandum est in hac coniugatione quod tertia eius persona finitiva temporis perfecti numeri pluralis persaepe -dit unam syllabam brevitatis causa ... quasi amarunt appellarunt pro eo quod est amaverunt appellaverunt (POMP. gramm. V 120, 9). POMP. gramm. V 119, 14 'hoc erat alma parens': hoc, -e c, ut sit pro duabus consonantibus (*cf.* FRG. Bob. gramm. VII 539, 4 ex his *consonantibus* c, si -atur, etiam sola longam syllabam facit). *i. q. comparare*: VICTRIC. 17 quod divinis corruptibilia, quod magnis parva -dimus. **2** *attenuata vi praepositionis fere i. q. iacere, conferre, pellere sim.*: *i. q. appellere, deferre, adigere*: AVIEN. Arat. 1673 cum litora curva resultant sponte procul neque caeruleus -itur aestus (*sc. litori vel ad litus*). RVRIC. epist. 2, 13 p. 391, 7 ne te aut in altum vehementior flatus excutiat aut in vicina litoribus saxa -at. DRAC. Romul. 8, 431 puppis in Ionium rabidis -sa procellis. *i. q. elidere, sibilando expromere*: MART. CAP. 3, 261 *sonum* n linguā dentibus appulsā -dit. ISID. orig. 9, 1, 8 orientis gentes in gutture linguam et verba -unt (*oppos.*: in palato sermonem feriunt ... verba in dentibus frangunt). 11, 1, 58 ut possit *lingua* verba -ere. *i. q. conicere* (*tela*): LVCIF. moriend. 4 p. 291 non retines, Constanti, dixisse me ... quod, licet totum militem tuum in nos decrevisses iacere regni tui tela, in nos execratores blasphemiae tuae ut in sacrilegi tui decreti contemptores omnia sua -rent arma, nec sic tamen quod possemus a proposito recedere?

II *intransitive* et *reflexive*: **1** *i. q. concurrere, complodi*: MIN. FEL. 5, 9 nimbis -entibus tonitrua mugire. VITA Cypr. 8 qui inter resultantes -entium schismatum fluctus ecclesiae iter medium librato limite gubernaret. LACT. inst. 2, 8, 31 -ant enim necesse est ea, quorum vis ac ratio diversa est. ira 10, 18 quid quod durissimi rigoris materiae si ictu vehementiore -ant, ignis excutitur? (*sic B*, -antur *codd. rec. et edd.*). FORTVN. rhet. 2, 23 p. 115 qui sunt alii circa rem loci? ... ab inter se -entibus per habitionem et amissionem, id est ἕξιν καὶ στέρησιν, *eqs.* POMP. gramm. V 293, 18 -unt ipsae partes et obscaenum aliquid sonant (*de cacemphato*). **2** *i. q. congredi, manus conserere, confligere*: LVCIF. non parc. 20 p. 253 non facimus rem deo odibilem, si tibi isto modo, quo tecum -o, agentes quod te esse intellegimus dicamus. FAVSTIN. trin. praef. p. 38ᴮ incipiamus ergo ... -ere cum adversario. CYPR. GALL. Ios. 483 quae tribubus ubi facta novem monumenta patescunt, ceu domini immemores cupiunt -ere bello. **3** *i. q. peccare*: CYPR. epist. 36, 2 -entes contra euangelium martyres utrubique periclitabuntur.

syn. et iuxta posita: abstergere (CVRT. 9, 9, 16), applaudere, caedere, circumcursare (CYPR. epist. 59, 14), cogere (APVL. mund. 12), complicare (PHYSIOGN. 99), confringere, conterere, contorquere, cruciare (*cf. p. 1603, 37*), delere, desquamare (PLIN. nat. 29, 33), destruere (VVLG. psalm. 88, 45), diducere, discindere, disperdere (VVLG. Ier. 51, 20), dissociare (AVIAN. fab. 18, 12), disturbare (APVL. met. 9, 1), ferire, findere, forare, frangere, fricare, iacere, iactare, imminuere, incutere, obtundere (PANEG. 9, 12), occidere, opprimere (MART. CAP. 1, 16), percutere, perimere (GAIVS inst. 3, 217), praesecare (AMM. 17,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 7), premere, rumpere, sternere, terere, trudere, vitiare, volutare. *ad* -i: cadere (VVLG. psalm. 36, 24), contrarium esse, diversum esse, labi, rixari; periclitari (CYPR. epist. 36, 2).
oppos.: exaltare (AVG. civ. 18, 32 p. 302), tutari. *ad* -i: cohaerere (CYPR. epist. 59, 14), se copula tenere.
deriv.: collisio, collisus.

collifana, -ae *f.* [*pecus quod pascitur in* *collifis *i. in* 'pascuis collinis' *designare censet W. Schulze, Eigennamen p. 556. Th.*]. GLOSS. II 103, 25 -a πρόβατα ἱερά. V 180, 33 colifama: boves opus facientes. *cf.* colla (*v. s. v. p. 1572, 23*) *et adde*: GLOSS. Scal. V 596, 16 (Osb. p. 95) col⟨l⟩ifārius bos operarius (colifa cibus operarius *Reinesius*). *explicat Bücheler, Rhein. Mus. 43, 479 sq. cf. Comm. Woelffl. p. 128. de* calliphana (*ita f*) *dea* (*cf.* VAL. MAX. 1, 1, 1) *minus commode cogitabitur.* *Leissner.*

collifārius *v. supra l. 11.*

colligae *v.* colliciae *p. 1601, 39.*

colligāmentum, -ī *n. a* colligare. *i. q. instrumentum colligandi, vinculum*: MAX. TAVR. serm. 113 omnia diabolici iugi -a dissolvit. BOETH. syll. catheg. 64 p. 796^D coniunctiones et praepositiones et alia huiusmodi non partes orationis sunt, sed quaedam -a.

colligātē, -ius *v. sub* 2. colligo.

colligātio, -ōnis *f. a* colligare. *legitur numerus pluralis*: CIC. Tim. 23 VITR. 10, 1, 2 AMBR. fid. 5, 16, 196 (*v. infra l. 42*) VVLG. Is. 58, 6 CAEL. AVR. acut. 3, 7, 72. 81 chron. 5, 2, 34 PALLAD. hist. mon. II 15. GLOSS. σύνδεσμος. IV 562, 37 reunitio: -o. *legitur inde a* CIC.

I *i. q. status, actio colligandi*: **A** *i. q. nexus, conexio*: **1** *proprie*: VAL. MAX. 8, 14, 6 qua *effigie Phidiae* convulsa tota operis -o solveretur. ARNOB. nat. 2, 16 ex ossibus illis fundata sunt corpora et nervorum -e devincta. HIER. interpr. Iob 41, 7 (*codd.* βμ) -o eius *draconis* sicut zmiritis lapis. ISID. orig. 19, 34, 13 *p. 1606, 8.* **2** *translate*: CIC. div. 1, 27 -em causarum omnium perspiciat animo. fat. 31 omnia naturali -e conserte contexteque fiunt (32). off. 1, 53 artior ... -o est societatis propinquorum (ISID. orig. 10, 49 collega a -e societatis et amicitiae complexu dictus). AMBR. hex. 3, 8, 34 ordines spicae ... nexu quodam inter se naturalis -is astricti. Abr. 2, 4, 13 propter -em animae et corporis (AVG. civ. 13, 16 deos ... corporis animaeque -e mortales). DIDASC. apost. 69, 17 solvere ... omnem -em. MACR. somn. 1, 19, 22 sine his numeris nulla -o, nulla potest esse concordia. BOETH. arithm. 1, 2 p. 12, 20 omnium status numerorum -e fungatur (*cf. ibid.* compositus numerus; coniunctus). *adde*: AMBR. fid. 5, 16, 196 non ... -es (*var. lect.* collegiationes) ... stellarum aut numerum novit (*v. p. 1590, 60*). **B** *i. q. catenatio*: ARNOB. nat. 5, 43 cupiditatis et temeritatis compressio -o dicta sit adulterorum Veneris atque Martis. **C** *i. q. obligatio, confirmatio*: ORIG. in Matth. 18, 18 omne iuramentum -o est et confirmatio verbi de quo iuratur. *ibid.* testimonium scripturarum quod profertur ad confirmationem et -em nostri verbi. **D** *i. q. contractio* (*nervorum sim.*): CHIRON 27 laxatio passionis ustione constringitur vel quorundam -o solvitur. 29 solet -o vel contractio nervorum fieri. 35 *haec vitia* impediunt ... gressum ambulationis per -em commissurarum. 311 rectum ambulare non potest *iumentum* -is beneficio. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 67 -o supradictorum musculorum. 3, 8, 89 nervi ob -em tumoris indigent laxamento atque indulgentia. CASS. FEL. 39 ulceratione facta aut -e gutturis violenter ingesta. *metonymice*: CHIRON 37 omnis ... compago -is corrupta solvitur (*ibid.* ossilaginem).

II *i. quod colligat, instrumentum colligandi*: **A** *proprie*: CIC. Tim. 23 ex his -bus (δεσμῶν). VITR. 10, 1, 2 catenationibus et transversariis et plexis -bus ... continetur. HIER. in Ezech. 28, 11 *sqq.* p. 332 omnis lapis pretiosus operimentum tuum sive -o tua et circumdatio. VVLG. Ier. 48, 37 *erit* in cunctis manibus -o (*i. ligamentum*). *de membris corporis sim.*: CAEL. AVR. acut. 3, 7, 72 spasmum ... in -bus membrorum fieri sensit. 3, 7, 80 buccarum -o laxatur. 3, 7, 81 naturales -es buccarum, quas Graeci χαλίνους vocant. chron. 5, 2, 34 *pedes* plurimas -es nodorum naturaliter habent. CASS. FEL. 54 *nervorum* naturali -e singula membra reguntur. **B** *translate*: ITALA Is. 58, 6 (Ambr. Nab. 10 Hel. 10 *al.*) solve omnem -em (σύνδεσμον, VVLG. -es) iniustitiae, dissolve obligationes violentarum commutationum (ITALA Barnab. 3, 3 nodum. *cf. p. 1606, 2 et* HIER. in Is. 58, 10 p. 694 pro catena LXX σύνδεσμον, id est -em sive vinculum transtulerunt). ITALA Eph. 4, 3 (Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 21) cupientes custodire unitatem spiritus in -e (συνδέσμῳ, VVLG. vinculo) pacis. HIER. in Ier. 11, 9 p. 919 pro 'coniuratione' (*sic* VVLG.), quam nos ... interpretati sumus, Aquila et LXX et Theodotio σύνδεσμον transtulerunt, quam nos -em possumus dicere (in Os. 5, 13 p. 58 vinculum, pro quo in Hebraeo scriptum est mezur, et Aquila interpretatus est ἐπίδεσιν sive σύνδεσμον, id est -em sive coniurationem). GREG. M. moral. 4, 56 a carnis -e exeunt *pii.* PALLAD. hist. mon. II 15 ipse quidem volebat recedere, sed non valebat -bus (δεσμοῖς) obsequiorum eius detentus. *t. t. grammaticorum i. q. coniunctio*: PAVL. FEST. p. 369 'vel' -o ... est disiunctiva.
syn.: confirmatio, contractio, nodus, vinculum. *opp.*: laxatio.

colligātūra, -ae *f. a* colligare. ITALA Is. 58, 6 (Hier. in Is. 58, 6—7 p. 689) solve omnem -am iniquitatis (*cf. p. 1605, 68 sq.*).

colligentia, -ae *f. a* colligens, colligere. *i. q. syllogismus*: BOETH. syll. hyp. 1 p. 856^A si ratio -ae talis est, ut constituat et confirmet assumptio quod enuntiatio prima pronuntiat. CASSIOD. art. 3 p. 1173^C primo libro de regula, ut ipse dicit, -arum artis dialecticae disputaret *Tullius Marcellus Carthaginiensis.* *Wulff.*
corrigiae ... a colligatione *vocantur*, quasi (**colligiae**) ISID. orig. 19, 34, 13. *Mbr.*

collīg(n)ium *v.* collegium *p. 1591, 55 sqq.*

***1. colligo,** -ēgī, -ēctum, -ere *a* con *et* legere. PAVL. FEST. p. 115 legimus ... addita praepositione dicimus -imus, deligimus.
legitur conl-: CORP. X 1935 conlecta. 6428 conlegit. *et passim in codd. velut* PLAVT. Mil. 250 *A* (con(l)ici *vel* concili *P*) Trin. 791 *P al. cf.* QVINT. inst. 11, 3, 35 vitatur ... duriorum inter se congressus, unde pellexit et collegit. GRAMM. suppl. p. 174, 30 *p. 1574, 47.*
formae: *perf. act.* collexi: ITALA Matth. 25, 35. 43 (codd. b d *al.*). 25, 38 (cod. d) act. 5, 6 (cod. e) HIER. psalt. sec. Hebr. 27, 10. -lexissent: SCHOL. Iuv. 3, 175. -lexeris, -rit, -rint: ITALA Iob 27, 16 (Lucif. reg. apost. 11 p. 63, 9 Gild. Brit. 59 chron. III p. 59, 4) FVLG. aet. mund. p. 132, 18. *praes. ind.* -et, -ent: CHIRON 71 ITIN. [Silv.] 24, 4. 8. 25, 8. 12. 32, 1. *praes. inf.* -ire: LEX Sal. 39 add. 2.
part. perf. pass. medialiter: VERG. Aen. 1, 320 *p. 1616, 1.* LVCAN. 10, 309 omnes unum vires -ctus in amnem. *de notione*: SERV. Aen. 9, 27 coercent: cogunt, -unt. NON. p. 28 coagulum a coagendo, quod est -endo (GLOSS. IV 319, 29. V 649, 44). p. 273 in unum redigere. reficere. celare, subpremere. auferre. erigere. GLOSS. συλλέγω. συνάγω (*cf.* PRISC. gramm. III 375, 11 *p. 1614, 39*). συναθροίζω. συνστρέφω. -ere: congregare. II 67, 6 extricat patendo: -it et parat. 83, 46 inlexerit: -erat, συνήθροισεν. IV 36, 29 coniecta: -cta. 41, 4 coegi: -egi (*cf.* 46, 18 coge in unum: -e. V 653, 52 cogo: -o). 322, 44 -egit: simul legit. 500, 21 coaucta: -cta (V 278, 24 coaucta: -cta vel coadunata). V 278, 60 -erunt: recte intellexerunt. 448, 10 coagminati: conglobati, constipati, -cti. NOT. Tir. 25, 63 -it. 25, 67 -egit. *legitur inde a* PLAVTO. [*val.* couleage, *it.* cogliere, *francog.* cueillir, *hisp.* coger. *M.-L.*] [*loc. dub. et corrupt.*: LVCIL. 1256 LVCR. 3, 198 CAES. Gall. 2, 28, 1. 3, 24, 1 CORP. I 1178, 5 OV. rem. 190 PAVL. FEST. p. 246 VAL. MAX. 4, 4 praef. EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050) 33. *sens. dub.*: LVCIL. 916.] *cf. nom. propr.* Collecta.

I *i. q.* ***in unum locum conferre,*** *comportare, redigere, in unum cogere*: **A** ***res corporeas***: **1** *res solidas, bestias*: **a** *proprie*: **α** *generatim varias res*: PLAVT. Aul. 313 -egit, omnia abstulit praesegmina *unguium.* TITIN. com. 182 qui fugere pulsi hinc spolia -unt (TERT. scorp. 2 -rentur omnia spolia eius. VVLG. Iudith 15, 13 vix -cta sunt spolia Assyriorum a populo Israel). TER. Ad. 848 stipulam. LVCIL. 901 -is omnia furtim. CIC. Verr. 5, 54 multitudinem -erat emblematum. 6, 87 radices palmarum agrestium -bant (CELS. 4, 24 mali punici tenues radiculas -at). Att. 4, 1, 3 ad -endas et constituendas reliquias nostras (epist. 13, 66, 2 reliquiis veteris negotiationis -endis. LENT. Cic. epist. 12, 14, 1 reliquias mei laboris -rem. LIV. 22, 56, 2 reliquias tantae cladis velut ex naufragio -entēm. 28, 39, 3 -endas reliquias naufragii. 33, 41, 9. SEN. epist. 47, 5 reliquias temulentorum subditus -it. SVET. Tib. 54 amborum sic reliquias dispersas, ut vix ... -i possent. Cal. 3 caesorum ... dispersas reliquias ... -ere sua manu et comportare. RVFIN. hist. 5, 1, 59 -ctas reliquias ... traderet sepulturae). CIC. Att. 15, 12, 1 navigia -bat (*cf.* LENT. Cic. epist. 12, 15, 5 in quibus *onerariis navibus* -endis. VERG. Aen. 1, 170 huc ... -ctis navibus. LIV. 28, 23, 7 navibus ... in Oceano -ctis. 30, 24, 11 dispersas Romanas naves -ret. 31, 45, 15 -ctis in unum navibus. 35, 43, 4. AMM. 17, 13, 16 navigia iussa sunt -i). VARRO Men. 525 post messem -bant stramenta (COLVM. 5, 6, 7). rust. 2, 3, 2 grex ... non est ex -ctis comparatus. 3, 16, 37 -endum eas (*apes*) in vas aliquod (OV. fast. 3, 743 apes -it errantes. *cf.* LIV. 35, 9, 5 vespas -ctas cum cura. 42, 10, 8 *locustas.* COLVM. 11, 3, 63 erucae ... manu -i debent. PLIN. nat. 30, 100 scarabaeos. LAMPR. Heliog. 26, 2 decem milia pondo araneorum). CATVLL. 14, 19 omnia -am venena. CAES. Gall. 3, 18, 7 sarmentis virgultisque -ctis. BELL. Afr. 24, 4 alga e litore -cta. SALL. Iug. 75, 4 vasa ... -cta ex tuguriis. NEP. Hann. 10, 4 venenatas serpentes vivas -i (LAMPR. Heliog. 23, 2). VERG. Aen. 5, 15 -ere arma iubet validisque incumbere remis (AETNA 616 -it ille arma. LVCAN. 10, 442 minima -erat arma parte domus). AETNA 211 in densum -cta rotant *saxa et harena.* OV. epist. 6, 90 de tepidis -it ossa rogis (LYGD. 2, 19 ossa ... legent et ... spargent -cta Lyaeo. VLP. dig. 48, 24, 1 ossa et cineres -cta sepulturae tradi. VVLG. II reg. 21, 13 -entes ossa eorum qui affixi fuerant. CORP. X 1935. CARM. epigr. 1144, 3 ego de cineris ⟨p⟩a⟨rv⟩o -ctus acervo ossa sub instanti sum positus lapide. 1234, 1 ossa ... -cta Philonis. *fortasse huc pertinet*: CORP. VIII 21617 cuius morte -ere non potui). HOR. sat. 1, 4, 31 pulvis -ctus turbine (carm. 1, 1, 4 curriculo pulverem Olympicum -isse. COLVM. 11, 3, 60. PLIN. nat. 10, 17 multum pulverem volutatu -ctum). TIB. 3, 8, 20 de litore gemmas ... -it Indus (*cf.* PLIN. nat. 36, 141 Gagates lapis. 37, 38 electrum. 37, 65 in commissuris saxorum -ere *smaragdos*). OV. epist. 11, 122 sparsa ... nati -e membra tui (SEN. clem. 1, 7, 1 cuius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non membra haruspices -ent. HYG. astr. 2, 4 pueri membra -cta et composita in unum. 2, 7). OV. met. 8, 646 -erat horto ... holus. Pont. 3, 9, 53 *epistulas* -ctas utcumque sine ordine iunxi (PLIN. epist. 1,1,1 epistulas ... -rem publicaremque. *cf.* QVINT. inst. 5,10,120 *argumenta* scriptores observata et -cta ediderunt. SVET. rhet. 25 *veteres controversiae* -ctae editaeque). NVX 125 repurgat humum -ctaque saxa remittit (COLVM. 2, 17, 2 lapides ... -i debent. PLIN. nat. 36, 174 utilior ... effosso lapide quam ex ripis fluminum -cto. PALLAD. hist. mon. I 1). LIV. 10, 29, 6 -cta humi pila (*cf.* 38, 22, 6 -endis per tumulos telis. PLIN. nat. 8, 159 tela humi -cta. VVLG. I reg. 20, 38 sagittas). LIV. 22, 16, 7 faces undique ex agris -ctae (LVCAN. 1, 607 dispersos fulminis ignes -it. SIL. 9, 602 -ctis flammis). VITR. 4, 1, 9 quibus ea ... delectabatur ... -cta et composita in calatho. 7, 3, 2 harundines ... de paludibus. PAVL. FEST. p. 115 lectus dictus ... a -ctis foliis ad cubitandum. VAL. MAX. 9, 14 ext. 2 strigmenta gymnasii. PHAEDR. 4, 22, 11 res pretiosas. app. 20, 6 esca ... fruitur passim -cta (PERS. 1, 22 auriculis alienis -is escas. AMM. 16, 11, 12 viginti dierum alimenta. VVLG. exod. 16, 22 cibos duplices. *cf. in imag.*: AVG. c. Adim. 24 in rerum tranquillitate ... -at verbum dei, ut in adversitate habeat unde ... vivat). SEN. Herc. O. 115 puppis lacerae fragmina -it (LVCAN. 8, 755 -cta procul lacerae fragmenta carinae. MART. 8, 57, 3 -egitque sinu fragmenta ... laxi oris. *cf.* VLP. dig. 47, 19, 12 pr. naufragium suum impune -ere. CALL. dig. 47, 9, 7 intervenire naufragiis -endis). SEN. Oed. 905 sparsos metu -it fetus avis. epist. 33, 6 (*in imag.*) ingens eorum turba est passim iacentium, sumenda erunt, non -enda. 65, 19. COLVM. 2, 14, 6 e vepribus et e viis ... congesta -ere. 8, 11, 9 iacentia ova -enda (8, 15, 7). 8, 15, 7 *festucas* -ere possint aves. 9, 5, 1 -ctis utensilibus. LVCAN. 9, 175 vestes. 9, 1093 cineres ... in litore fusos (VVLG. num. 19, 9 cineres vaccae. *adde p. 1606,75*). PETRON. 59 frusta. 136 per totum effusam pavimentum -erant fabam. *ibid.* -cto ... cultu meo. PLIN. nat. 10, 105 salsiorem terram -ctam gutture. 15, 21 *olivam* e terra -endam. 16, 15 glandem ... procidentem. 18, 314 aridam *frondem*. 24, 108 araneosa lanugine ... -cta. 26, 66 -untur comae *myrtites*. 28, 237 fimo apruno ... vere -cto. 29, 35 quod supernatet -cto in fictile vas. 30, 148 pulvere e vestigio anguium -cto. 35, 46 e scopulis *Indicum*. HOMER. 647 -ctaque passim ... sociorum corpora (PASS. coron. 9). STAT. silv. 3, 3, 134 -ctae ... pyram struxere pharetrae. EPIST. imp. Dom. (Corp. IX 5420) 25 omnia subsiciva sua -rent. PS. QVINT. decl. 5, 4 cunctas facultates in pretia -i. APVL. met. 8, 30. VLP. dig. 29, 2, 25, 7 hereditatem (36, 4, 5, 22 universas res hereditarias. *ibid.* in quo *horreo* res -ctae custodiantur). PAVL. dig. 12, 1, 40 quantitatem. PORPH. Hor. sat. 1, 7, 7 semina in terra missa -ant aves. CAPITOL. Max. Balb. 10, 2 omnia ex agris in civitates. EPIT. Alex. 44 impedimentis in medium -ctis (VEG. mil. 3, 6 *ad vexilla* impedimenta -ere). AMM. 15,13,4 oboedientium exuvias. 26,10,17 pisces manibus -rent. VVLG. exod. 5,12 dispersusque est populus ... ad -endas paleas. num. 15,22 ligna. Matth. 13, 29 -entes (συλλέγοντες) zizania eradicetis ... triticum. Luc. 11,23 qui non -it mecum (συνάγων) dispergit. COMM. instr. 2,14,4. RVFIN. hist. mon. 21 in quo *vico* nitrum -itur. AVG. civ. 18,49 utrique tamquam in sagenam euangelicam -untur. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 3 *fasciculum herbarum* -ctum. ANON. med. ed. Piechotta 183 pulices ad unum locum -entur. SIDON. epist. 1, 2, 7 tesseras. COD. Iust. 1, 17, 2, 11 libris ... separatim -ctis. CARM. epigr. 1808, 9 -ctamque suam gaudent florere coronam. *β speciatim: ex sermone castrensi*: CIC. Verr. 5, 40 (*ambigue*) ille ex Sicilia iam castra commoverat et vasa -erat (LIV. 21, 47, 2 iussis militibus vasa silentio -ere. 22, 30, 1 -antur vasa. 24, 16, 13 signum ... -endi vasa dedit. 27, 27, 2 vasa -rent ac sequerentur. 27, 47, 8 taciti vasa -rent. SEN. epist. 19, 1 [*in imag.*] incipiamus vasa in senectute -ere. CVRT. 6, 2, 16 vasa -rent totis castris). SALL. Iug. 97, 4 priusquam exercitus aut instrui aut sarcinas -ere ... quivit (IVV. 6, 146 -e sarcinulas. *proverbialiter*: VARRO rust. 1, 1, 1 annus ... octogesimus admonet me, ut sarcinas -am). VEG. mil. 3, 25 de caesis hostibus spolia capiat, quod ipsi dicunt -at campum. *fructus sim.*: COM. pall. inc. 68 messor ... spicum -it (ITALA deut. 23, 24 [Lugd.] -es in manibus tuis [συλλέξῃς, VVLG. manu conteres] spicas. VVLG. lev. 19, 9 nec remanentes spicas -es). CATO agr. 73 de olea -enda (78. PLIN. nat. 15, 12 ante favonium -ctae. 15, 14). 127 malum punicum ubi florebit -ito. VARRO rust. 1, 40, 2 semina (COLVM. 6, 17, 3 PLIN. nat. 22, 36. 58). 2, 1, 4 decarpendo ... poma -rent ad usum (PLIN. nat. 18, 318). HOR. epist. 1, 12, 1 fructibus ... quos -is (ITALA exod. 23, 10 [Aug. quaest. hept. 2, 89] -es fructum *terrae tuae* [συνάξεις, VVLG. congregabis]. RVFIN. hist. mon. 9 tantum fructum -erunt quantum nulla usquam potuit Aegypti terra -ere. VVLG. lev. 25, 3). OV. met. 8, 676 de purpureis -ctae vitibus uvae (VVLG. lev. 25, 5 uvas primitiarum tuarum non -es). fast. 4, 532 -it agresti lene papaver humo. COLVM. 2, 18, 1 faenum. CALP. ecl. 4, 24 glandes rubicundaque -e corna. 4, 32 fraga rubosque. PLIN. nat. 11, 159 pabula (FRONTIN. strat. 2, 5, 31). 12, 103 *myrobalanum*. 14, 132 -cto iam vino. 15, 59 mala (PROB. Verg. ecl. 6, 61). 16, 115 bacae *cypressi*. 17, 76 samara -enda est circa Martias kalendas. 18, 38 aliquas messes. 18, 80 hordeum. 18, 303 parum tostum atque robustum -ctum sit frumentum (AVG. civ. 4, 8 frumentis ... -ctis atque reconditis. 22, 22). 19, 113. 20, 254 feniculum. PLIN. epist. 9, 20, 2 vindemias ... -o si -ere est non numquam decerpere uvam (9, 28, 2 modicas te vindemias -isse). IVLIAN. dig. 22, 1, 25, 1 segetes et quod ex messibus -ctum fuerit. TERT. adv. Val. 31 massam seminis ... -ere in horreum. HIL. in Matth. 27, 10 -i quae sparsa non fuerint (27, 11). ITALA lev. 25, 20 (Lugd.) non -amus nascentia[e] nostra[e] (συναγάγωμεν, VVLG. -erimus fruges nostras). CASSIOD. in psalm. 36, 2 olera ... ab olla dicta sunt, ubi -cta decoquuntur. CARM. epigr. 37 sparge miliu(m) et -e. *nota absolute*: TERT. adv. Marc. 1, 29 is -et qui sparsit. ITALA Matth. 6, 26 (Cypr. testim. 3, 11) non seminant neque metunt neque -unt (συνάγουσιν, VVLG. congregant) in horrea. *in imaginibus*: PLIN. epist. 1, 20, 16 in actione plura quasi semina latius spargo, ut quae provenerint -am. HIL. in Matth. 27, 10 iustitiae fructus ... -endos ex gentibus. RVFIN. Orig. in gen. 10, 3 fructum iustitiae. AVG. civ. 6, 6 illa (*i. fabulosa theologia*) mendacia spargit, haec (*i. civilis*) -it (*ibid.* metit). GREG. M. moral. 10, 36 retributionis gaudium ... -itur (*opp.* seminatur). *flores, herbas sim. carpere*: OV. met. 5, 399 -cti flores tunicis cecidere remissis (13, 928 tulit -ctos sedula flores). fast. 4, 697 malvas aut fungos. MORET. 90. VITR. 1, 4, 10 herbam (SEN. epist. 90, 21 sparsa semina et -ctas manu herbas. COLVM. 9, 8, 13. PLIN. nat. 24, 170 herba ... e rivis ... -cta. RVFIN. hist. 3, 6, 10 -endis herbis [λαχάνων συλλογήν]). COLVM. 5, 6, 9 -ctae cum stirpibus plantae. 11, 3, 37 de novalibus silvestre mentastrum -ere. SCRIB. LARG. 128 tamaricum longe a mari -ctum. PLIN. nat. 21, 154 thymum. PREC. herb. 9. 17. ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 arborem piperis vidi et ex ipso -egi. GREG. TVR. glor. mart. 73 lilium dudum -ctum. ANTH. 464, 2 hic spinas -at, ille rosas. *saepius*. *pecuniam sim.* (GLOSS. II 478, 30 pecuniam -o: χρηματίζω): LENT. Cic. epist. 12, 15, 1 quam deposui pecuniam -rem (HOR. epist. 1, 10, 47 -cta pecunia. PAVL. FEST. p. 24 aeruscare aera undique, id est pecunias -ere. VVLG. IV reg. 22, 4 confletur pecunia ... quam -erunt ianitores templi a populo). HOR. epist. 2, 2, 26 -cta viatica. VLP. dig. 26, 7, 5 pr. si ea summa corradi, id est -i, possit. PAVL. dig. 35, 2, 3, 2 ad usuras trientes eius summae ... -endas (COD. Iust. 3, 31, 1, 1 usuras ... pecuniarum ... -ctas. 5, 37, 27 *usurae* non summatim neque ex multis annis -ctae debentur). CAPITOL. Max. Balb. 7, 4 multa hereditatibus per se ipse -erat. CHAR. dig. 50, 4, 18, 9 curatores ... ad -endos civitatium publicos reditus. VVLG. Sirach 47, 20 -isti (συνήγαγες) quasi aurichalcum aurum (INSCR. christ. Leblant 645 -egit nimium sed sparsit egentibus aurum). GREG. M. epist. 5, 38. *i. q. pecuniam facere ex aliqua re*: ALF. dig. 19, 2, 30 pr. quadraginta ex omnibus -rentur cenaculis. PLIN. epist. 3, 19, 8 an hoc ipsum (*i. sestertium*) tricies facile -ere possimus. VLP. dig. 23, 4, 4 quae *pecunia* ex usuris redituum -itur. 40, 7, 3, 8 pecunia ex operis -cta. PAVL. dig. 9, 4, 31 pr. ex pretiis noxae (*i. furti*) deditorum duplum -atur. COD. Iust. 5, 37, 28, 5 quae ex venditione eorundem fructuum -untur pecuniae. 6, 61, 6, 2[b] si quid ex usu earum *rerum* ... -erit. 7, 72, 10, 3 sive tantum ex pretio, quantum debetur, sive plus sive minus -itur. NOVELL. Iust. 65, 1, 1 certus reditus est ex relictis rebus -endus. *nota*: PALLAD. hist. mon. I 42 auro de praediorum annumeratione -cto. LEX Sal. 44, 10 in fisco reipus ipse vel causa quae exinde orta fuerit -atur (62, 2 illa portio *compositionis* in fisco -atur). *i. q. accipere*: LIV. 38, 45, 9 stipem ab tyrannis ... -ens (VLP. dig. 26, 7, 5 pr. stipendium ... per stipes ... -atur). LEX Sal. 62, 1 medietate⟨m⟩ compositionis filii -ant.

b *strictiore sensu i. q. tollere*: CELS. 8, 3 si quid scobis membranae insedit, -endum. 8, 4 si qua ... ex facili removeri possunt, forcipe ... -enda sunt. SEN. epist. 86, 20 *vitis* capillamenta ... -enda sunt. PLIN. nat. 28, 263 vestigium equi excussum ungula ... -ctum reponat. QVINT. decl. 273 p. 113, 17 ad -endum filii corpus (PASS. Andr. brev. 7 -ens corpusculum ... sepelivit. *cf.* SEN. Phaedr. 1113 ad supremos ille -itur rogos. ITALA act. 5, 6 [cod. e] -exerunt [συνέστειλαν, VVLG. amoverunt] eum et traducentes sepelierunt. NEPOTIAN. 9, 14 in acie cecidisse et post decem dies -ctum. VVLG. Ier. 8, 2 non -entur et non sepelientur. AVG. epist. 121, 17 cum eum ... sepeliendum -ret). PORPH. Hor. sat. 1, 3, 117 'nocturnus divum sacra legerit': -erit ac per hoc subduxerit ac furatus sit. HIER. epist. 1, 7, 3 ex umero aurum ruit; -e ..., ne pereat. VVLG. Matth. 13, 41 -ent (συλλέξουσιν) de regno eius omnia scandala *eqs.* Ioh. 15, 6 mittetur foras sicut palmes et arescet et -ent eum (συνάγουσιν). *adde in imag.*: PORPH. Hor. epist. 1, 18, 12 omnia verba -it, ne sine laude sint dicta.

2 *res liquidas, aërias sim.*: CIC. top. 38 aquam pluviam eam modo intellegeremus, quam imbri -ctam videremus (PALLAD. 1, 2 aqua ... imbre -cta. *cf.* VITR. 8, 2, 1 quae ex imbribus aqua -itur. SEN. nat. 3, 3 *aqua* -itur ex imbribus. EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 905[C] eas aquas quae -untur ex imbribus). CIC. nat. deor. 2, 59 *di* aut nimis acres aut nimis concretos umores -ant (2, 101 umorem ... -ens *aer* terram auget imbribus. LVCR. 4, 1065 iacere umorem -ctum in corpora quaeque. VERG. georg. 1, 114 -ctum umorem bibula deducit harena. VITR. 8, 2, 2 umores conglobati ex fontibus et fluminibus ... -untur. SEN. nat. 4, 3, 3 quae *specula* umorem halitu -unt. PLIN. nat. 2, 82 -ctus umor abundantiam stimulat. 17, 57 concavo loco et qui umorem -at. PLIN. epist. 10, 41, 4 ad -endum umorem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circum iacentium agrorum. VLP. dig. 21, 1, 14, 4 vitio vesicae -ctum umorem [*i. urinam*] continere non potest). VERG. ecl. 9, 63 nox pluviam ne -at. HOR. epist. 1, 15, 15 -ctosne bibant imbres puteosne. OV. am. 2, 10, 14 in freta -ctas alta quid addis aquas. rem. 98 *flumina* -ctis multiplicantur aquis. VITR. 7, 8, 2 hae glebae *argenti vivi* cum -ctae sunt. *ibid.* guttae ... non possunt -i. 8, 1, 1 quaerenda sub terra sunt capita *fontium* et -enda (QVINT. inst. 5, 14, 31 ieiuni fontes angustis fistulis -untur. PLIN. epist. 10, 61, 3 *rivi* diligenter -antur. CORP. VIII 2653 -ctis fontibus et ⟨scatu⟩riginibus). VITR. 8, 1, 2 sudores et stillae ... ex hibernis tempestatibus -ctae. PAVL. FEST. p. 13 -cta ex omni tecto pluvia (p. 108 aqua impluit -cta de tecto). p. 76 per quos *sulcos* aqua -cta educitur e liris. CELS. 6, 6, 8 sudor ... in capite -ctus est (*cf.* MART. 12, 82, 12 frontis ... umorem -et). SEN. benef. 5, 12, 6 stomachus ... -ens bilem. nat. 2, 26, 1 *aquam in nubibus* prius -i, tum effundi. 3, 2, 1 aut -untur *aquae* aut varias habent venas. 3, 3 eodem loco aquam -i et nasci. 3, 15, 7 -itur roris modo tenuis et dispersus liquor. 3, 25, 11 aquam e rore -ctam. 5, 8, 1 quicquid ex se paludes ... remittunt ... in unam regionem -itur. 6, 7, 2 -ctos torrentium impetus (PLIN. nat. 5, 119 *Hermus amnis* multos ... -it fluvios. FRONTIN. aq. 9 alterius aquae proprias vires -egit). COLVM. 2, 16, 4 ne -ctam diutius contineat aquam *campus.* PLIN. nat. 19, 85 ad -enda acria viscerum (*cf.* THEOD. PRISC. log. 56 *paralysis oculorum* fomentis et inunctionibus stypticis et constringentibus -atur. ORIBAS. syn. 1, 26 *cataplasma* spargit quae congregata sunt et resolvit quae -cta sunt. HIPPOCR. progn. 11 ventrem ... -ctum [διαχώρημα ... συνεστηκός]. *cf. etiam p. 1624, 36*). PLIN. nat. 31, 70 *vasa* dulcem intra se -unt umorem. QVINT. inst. 10, 1, 109 PLIN. epist. 4, 30, 9. APVL. mund. 9 nives ... -i iactatione densarum nubium. TERT. scorp. 5 fellis excessus ... -it (*ibid.* revocat). VLP. dig. 43, 8, 2, 27 aqua -cta in viam decurrat. 43, 8, 2, 28 aqua -cta in via restagnet. SOL. 32, 11 molem -i quae excessus *Nili* facit. LACT. inst. 2, 5, 27 flumina ... de fontibus -untur. ARNOB. nat. 2, 7 *oleum* in suam naturam impenetrabile semper ... -atur. PROSP. in psalm. 109, 7 torrens pluvialibus aquis -ctus. BOETH. mus. 1, 14 p. 200, 10 *aquis iactum saxum* in parvissimum orbem undam -it (*opp.* spargit). CORP. X 6428 aqua(m) quae fluebat ex lacu -egit et salientem in lacu redegit. 6426, 4 aquam caelestem ... -ctam. *adde:* HOR. epist. 1, 2, 53 auriculas ... -cta sorde dolentes (SEN. benef. 3, 2, 3 sordes ipsa -unt vetustate. epist. 86, 12 sordes opere -erant. FIRM. err. 28, 1 laventur ... sordes istae quas -is). SEN. nat. 1, 17, 7 squalorem opere -ctum. *inde i. q. colligendo comparare, parere:* VERG. georg. 4, 40 gluten. OV. am. 1, 12, 9 de longae -ctam flore cicutae *ceram.* SEN. Herc. O. 793 tus (PLIN. nat. 12, 63). epist. 84, 4 non faciendi mellis scientiam ... sed -endi (PLIN. nat. 12, 33 mel in harundinibus -ctum. COLVM. 9, 14, 11. IVST. 44, 4, 1 mellis -endi usum. PROB. Verg. georg. 4, 1 quidam dicunt mel in aere nasci, quidam apes -ere). PLIN. nat. 12, 71 *murra* de quadam spina -itur. 12, 76 *laudanum* -i ... inciso cortice. 12, 116 *sucus balsami* lanis parva -itur in cornua (19, 162 sucum. 20, 64 e sativis *lactucis* -unt sucum. 20, 184. 22, 27. 23, 24. 25, 78. 26, 64). 12, 131 melligo. 28, 261 *equi* a coitu spuma -cta. 30, 143 vespertilionis sanguinem. 35, 179 *bitumen* harundinum panniculis -unt. IVLIAN. dig. 18, 1, 39, 1 quinque *pondo olei* -ctis. ITIN. Anton. Plac. rec. 9 -ent eum (*i. rorem*) medici. PALLAD. hist. mon. I 15 spongia ex petris -ens (συνάγων) rorem. *nubes:* VERG. georg. 1, 324 -ctae ex alto nubes. Aen. 1, 143 -ctas ... fugat nubes (SERV. *ad l.* -ctas: aut nunc -egit et fugavit aut ante a ventis -ctas fugavit. *ibid.* -ere ... nubes dicitur caelum). SEN. dial. 6, 18, 3 miraberis -cta nubila. *adde:* SEN. nat. 1, 2, 6 *in vicinia solis* numquam coronam -i nisi stabili aere et pigro vento. *auram sim.:* LVCR. 6, 124 validi venti -cta procella. 6, 558 ventus ... per loca subcava terrae -ctus (6, 571 *venti* quasi -cti redeunt ceduntque. SEN. nat. 5, 13, 2 ventus in canalem -ctus). [*dubiae interpretationis:* AETNA 294 pellit opus -ctus aquae victusque movere spiritus; *v. p. 1585, 49.*] SEN. nat. 5, 8, 3 valentioribus minoribusve -cta causis *aura* (LVCAN. 5, 429 suppara velorum perituras -it auras). 6, 14, 1 receptacula animae ... in quibus -itur. PLIN. nat. 19, 78 vis mira -endi spiritum laxandique ructus (QVINT. inst. 11, 3, 53 longiorem dicturis periodum -endus est spiritus. PS. QVINT. decl. 19, 15 brevissime -cti spiritus. *v. etiam p. 1614, 65sqq.*). SIL. 14, 390 velo ... hauriret Borean et cornibus omnes -ret flatus. BASS. Gell. 5, 7, 2 in unum tantum modo exitum -ctam coactamque vocem (*ibid.* diffusa). *ignem (-es):* VERG. georg. 1, 427 luna revertentes cum primum -it ignes. 3, 85 (*in imag.*) *equus* -ctum ... premens volvit sub naribus ignem. AETNA 454. 455. SEN. nat. 2, 12, 4 ante ignem -i non putat, sed eodem momento exilire quo fiat (*cf.* 2, 12, 3 alius ... illum aliunde -it). PETRON. 136 ignem cassis harundinibus -ctum. SIL. 17, 92 -cti rapidam diffundere pestem coeperunt ignes. IVV. 13, 146 primos cum ianua -it ignes. DRAC. Romul. 10, 502 (*de Sole*) contra rapis axe rotas et -is ignes. *adde:* SIL. 4, 305 tacitas vires et flammam -it ignis. *reflexive:* LVCR. 1, 1091 calor ... s⟨e⟩ ibi -at. MELA 2, 62 *Padus* parvis se primum e fontibus -it. CHIRON 71 -et se *suffusio* et spissat (*cf.* VEN. FORT. vita Albin. 17, 47 *daemon* supra eius oculum in similitudinem vesicae sanguineae se -egit). FAVST. REI. epist. 3 p. 179, 8 ubi sese haec ... -ere potuit crassitudo. *deest pronomen reflexivum:* CHIRON 72 videris eam *suffusionem* moveri quasi de latere leviter et -ere.

B *homines:* 1 *sensu proprio* (*passive etiam i. q. convenire, coire*): a *generatim:* SISENNA hist. 64 conglobati et -cti concrepant armis. CIC. Verr. 6, 133 Pachyno e terrestri praesidio milites (*v. infra l. 10. 24. 46. 65*) -ret (Att. 8, 11, 4 mancipiis ex omni genere -ctis. CAES. civ. 3, 110, 3 -cti ex praedonibus latronibusque. LIV. 33, 18, 2 *cum* mille et octingentis fere armatis, ex vario genere auxiliorum -ctis. 35, 3, 4 ex multis generibus hominum -cto milite. TAC. ann. 14, 27 quasi ex alio genere mortalium ... in unum -cti. LAMPR. Comm. 5, 4 *exoletos* aeque ex plebe ac nobilitate -erat. PALLAD. hist. mon. I 34 -ctos ex diversis fratribus ... viros). CIC. Catil. 1, 30 eodem ceteros undique -ctos naufragos aggregarit (HIRT. Gall. 8, 30, 1 -ctis undique perditis hominibus. VERG. Aen. 2, 414. 7, 582 undique -cti coeunt). 2, 8 ex agris ingentem numerum perditorum hominum -erat (har. resp. 22 vis ... ex omnibus vicis -cta. VLP. dig. 2, 14, 1, 3 qui ex diversis locis in unum locum -untur). de orat. 2, 86 stultitiae suae quam plurimos testes ... -entis (VLP. dig. 28, 1, 21, 2 sint rogati vel -cti *testes.* LEX Sal. 39, 2 tres ibidem testis debit -ire. *ibid.* tres testis debit -i). VARRO Men. 335 (*nota lusum verborum*) si belli homunculi -cti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. HIRT. Gall. 8, 30, 1 hominum duobus milibus ex fuga -ctis (NEP. Hann. 6, 4 reliquos e fuga -egit. LIV. 2, 59, 9 -ctis ex dissipato cursu militibus. 5, 18, 8 in editum tumulum ex multa trepidatione militibus -ctis. *cf.* 21, 5, 16 ex varia trepidatione cum in unum -rentur. 25, 37, 4 ex fuga. 33, 11, 1. 42, 8, 1 *adde l. 29*). BELL. Afr. 22, 2 exercitus reliquiis -ctis (BELL. Alex. 40, 5 reliquias exercitus dissipati -egit. 42, 4 reliquiis ex fuga -ctis. LIV. 25, 22, 3. 36, 19, 9 reliquiis pugnaeque et fugae -ctis. SEN. suas. 5, 5 reliquias victoriae nostrae -et). VERG. Aen. 2, 743 -ctis omnibus una defuit. 2, 798 -ctam exilio pubem (*cf.* SERV. *ad l.* ad exilium ⟨alii⟩. Donatus contra metrum sensit, dicens 'ex Ilio' quasi 'de Ilio'). 9, 11 -ctos armat agrestes. 9, 686 -cti Troes glomerantur eodem. LIV. 25, 36, 2. 29, 32, 12 plus quadraginta equitibus -ctis. 32, 12, 8 palatos in unum -rent (VVLG. act. 15, 25 placuit nobis -ctis in unum eligere viros. SVLP. SEV. chron. 2, 41, 1. 5 CASSIOD. in psalm. 132 PALLAD. hist. mon. I 37. EPIST. pontif. 309 [Innoc. I] Migne 20 p. 546^A clericos vel laicos in unum -ret atque congregaret). LIV. 41, 17, 9. 43, 10, 8 suos dissipatos fuga. SEN. contr. 4, 3 VELL. 2, 110, 3 VAL. MAX. 5, 2, 6. 7, 6, 1 a pastoralibus casis -cta mancipia (ITALA Matth. 24, 31 [Cypr. Fort. 11] -ent electos a quattuor ventis [ἐπισυνάξουσιν, VVLG. congregabunt]). SEN. amic. p. 30 sparsa pluribus locis membra familiaritatis nostrae -amus. CVRT. 8, 14, 22. LVCAN. 7, 365 superfusis -ctum cornibus hostem in medium dabimus. 7, 548 -cta iuventus. 8, 259 pars magna senatus ad profugum -cta ducem. SIL. 7, 309 vallet clausos -ctus miles in orbe (TAC. ann. 2, 11 -ctos in orbem ... proturbant). 14, 278. TAC. dial. 29 *praeceptores* -unt discipulos ... ambitione. PLIN. paneg. 39 sparsas atque ... laceras gentilitates -ere atque conectere. TERT. adv. Marc. 4, 31 de viis et saepibus -i (LAMPR. Heliog. 26, 3 omnes de circo ... meretrices -egit in aedes publicas. PASS. Paul. frg. 3). ITALA iud. 11, 20 (Lugd.) -egit ... omnem populum suum (CASSIOD. in psalm. 13, 15 populus per gratiae munera -ctus sive -endus. GREG. M. moral. 2, 48). psalm. 49, 5 (Cypr. patient. 22). Is. 66, 18 (Cypr. testim. 1, 21) omnes gentes et linguas (Matth. 25, 32 [Cypr. testim. 2, 30]). Ioel 2, 16 (Cypr. testim. 2, 19 Firm. err. 19, 3) parvulos lactantes. Ios. 2, 18 (Cypr. unit. eccl. 8) -es ad te ipsam *domum patris tui* in domum tuam (Matth. 22, 34 [cod. e] -cti sunt [VVLG. convenerunt] ad eum. RVFIN. hist. 1, 8, 12 ex omni Iudaea *viros* ad se -i). ITALA Matth. 18, 20 (Cypr. testim. 3, 3) ubicumque ... fuerint duo aut tres -cti. 23, 37 (Cypr. testim. 1, 6) -ere (ἐπισυναγαγεῖν) filios tuos sicut gallina pullos sub alas (*locis l. 51 sq. allatis LXX et Test. nov.* [*praeter l. 61*] συνάγειν, VVLG. [*praeter l. 58*] congregare). COMM. inst. 2, 1, 38 PANEG. 12, 34. AMM. 14, 10, 3 miles omnis apud Cabillona -ctus. 25, 7, 2 diffusum militem per provincias -i. 27, 3, 8 -cta plebs infima. VEG. mil. 3, 3 famem -cti patiuntur hostes (*opp.* dispersi). 3, 24. HYG. fab. 108 p. 98, 1 eo (*i. in equum ligneum*) ... sunt -cti Menelaos, Vlysses *eqs.* COD. Theod. 16, 5, 20 (*a. 391*) ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum -atur. RVFIN. hist. 3, 7, 2 -ens (συναγαγών) ... omnem numerum peremptorum. CLAVD. 3, 40 -ctis stipatur curia monstris. 15, 432 barbariem. 24, 261 *nymphas* -ctas vidit. 28, 74 -cti ... delubra senatus (PASS. Petr. Paul. brev. 6 iussit -i senatum). AVG. civ. 3, 19 reos facinorum. in psalm. 147, 14 filii sancti ... inclusi sunt -ente caritate. epist. 93, 18 nos a divisione -egit. serm. ed. Mai 116, 3. BACHIAR. fid. 1 -ctorum fratrum. NOVELL. Iust. 62, 1, 3 senatores -i. PALLAD. hist. mon. I 17 intra unius habitaculi claustra -ctae feminae. I 30 fratres ad oratorium -untur (συνήγετο). PASS. coron. 6. *nota:* OPTAT. 4, 6 p. 111, 18 quid mihi -itis non necessarias *ecclesias.*

b *copias sim.* (*saepe i. q. colligendo efficere, congregare*): CIC. Catil. 2, 5 exercitum ... -ctum ex senibus desperatis (prov. 5 exercitus ... superbissimo dilectu et durissima conquisitione -ctus. LIV. 30, 28, 3 exercitibus ex agrestium semermi turba subito -ctis. 37, 57, 5. VEG. mil. 3, 4 ex diversis locis -ctus exercitus. AVG. civ. 4, 5 *saepius*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIC. Phil. 6, 7 omnes undique copiae -endae *sunt* (LIV. 9, 43, 17 -bantque in unum copias. 33, 15, 9. 35, 50, 7 quae *copia* Lamiae repente -i potuit. AMM. 23, 2, 1 -ctis copiis validis). CIC. epist. 11, 18, 3 sin aliquid virium forte -erit (LIV. 1, 54, 5 satis virium -ctum). BELL. Afr. 2, 1 legionibus -ctis sex. 92, 1 rex manum -ret (NEP. Alc. 7, 4. LIV. 1, 5, 4 -cta iuvenum manu). LIV. 10, 29, 10 -ctis omnibus subsidiis. 23, 14, 3 servorum dilectum cohortesque ex agro Piceno ... -ctas. 35, 28, 9 eo impedimenta ... et calonum turbam -ctam. LVCAN. 1, 466 immensae -cto robore vires ... fidem fecere (AMM. 16, 12, 1 in unum robore virium suarum omni -cto). *adde*: LIV. 37, 24, 4 quo dispersam classem in unum -i mos erat (*saepius*). PAVL. FEST. p. 41 aliquem in locum frequentia hominum ... -itur (*cf.* PLIN. epist. 2, 14, 6 ingens corona -itur. APVL. flor. 18 p. 83 frequentia -cta. VLP. dig. 47, 8, 4, 13 turba fuerit -cta. IVST. 2, 6, 4 passim -cta populi colluvies. TREB. trig. tyr. 22, 3 -cta multitudo ad domum ... venit. AMM. 28, 4, 29 circulos multos -ctos. VEG. mil. 3, 1 exercitus dicitur ... ad gerendum bellum multitudo -cta. VVLG. I Esdr. 10, 1 -ctus est ad eum de Israel coetus grandis nimis. AVG. civ. 19, 17 peregrinam -it societatem. APRING. in apoc. 2, 9 congregatio ... -itur. COD. Iust. 1, 5, 8, 5 conventicula interdicta -erint. PASS. Petr. Paul. brev. 5 turbam magnam -ctam ante palatium. PASS. Paul. 1 -ere multitudinem maximam). VVLG. Ioh. 11, 47 -erunt ... Pharisaei concilium (συνήγαγον). IORD. Get. 53, 273 expeditionem quam contra Sadagis -erant.

c *reflexive*: CAES. Gall. 3, 6, 1 neque sui -endi hostibus facultatem reliquerunt. 3, 19, 1 minimum spatii ad se -endos armandosque. 5, 17, 4. 7, 80, 8 BELL. Afr. 70, 4. 85, 3. LIV. 28, 3, 9 in unum locum se -ret *praesidium*. SIL. 10, 389 sese Canusia in moenia miles -ere ... coeperat. VOPISC. Aurelian. 43, 3 -unt se quattuor vel quinque. ITIN. [Silv.] 24, 4 se omnis multitudo -et (24, 8. 25, 12 turbae se undique -ent in Ierusolima. 29, 5. 43, 3 ubi ... -cta erat multitudo. 49, 1 incipiunt se undique -ere turbae). 25, 8 -ent se omnes in ecclesia. 32, 1. VVLG. act. 23, 12 -erunt se (ποιήσαντες συστροφήν) quidam ex Iudaeis. CONC. Aurel. a. 538 p. 8, 14 qui clericorum ... se in unum coniuratione intercedente -erint. *nota*: ITALA Ioh. 18, 2 (cod. e) saepe -it se Iesus cum discentibus (συνήχθη, VVLG. convenerat). GREG. M. moral. 9, 63 seque super mortuum sternens atque ad eius membra se -ens. *ibid.* ad exaequanda sibi mortui membra se -egit. *deest pronomen reflexivum*: TERT. fug. 14 quomodo -emus. IREN. 4, 26, 2 quocumque loco -unt. OPTAT. 2, 4 p. 39, 5 locum ubi -rent non habebant.

2 *debilitata vi praepositionis*: a *i. q. recipere*: OV. met. 11, 380 Nereida -it orbam. QVINT. decl. 372 p. 411, 26 expositum ... -eram (376 p. 418, 5. LACT. epit. 8, 1 Aesculapium ... expositum atque a venatoribus -ctum. AVG. civ. 18, 21 c. Pelag. 2, 7, 14 COD. Theod. 5, 7, 2 [*a. 412*] COD. Iust. 8, 51, 2, 1. ISID. alleg. 58 filia Pharaonis ... Moysen expositum ... -egit). FRONTIN. aq. 10 virginem ... in agro Lucculiano -ctam. ITALA iud. 19, 15 (Lugd.) non erat vir qui -ret (συνάγων) eos in domum refrigerare eos (VVLG. recipere voluit hospitio). VIR. ill. 1, 3 Faustulus -ctos eos (*i. Remum et Romulum*) coniugi ... dedit. DICT. 5, 9 -ctum eum refectumque animi ad se deducit. AMBR. hex. 1, 2, 6 de flumine -ctum *Moysen* filia Pharao ... dilexit. off. 3, 19, 113 non esset qui -ret eum. HIER. psalt. sec. Hebr. 27, 10 pater ... et mater dereliquerunt me, dominus autem -exit me (προσελάβετο, VVLG. psalm. 26, 10 assumpsit). HEGES. 1, 44, 7 proiectum -eram (καταγαγών). VVLG. num. 20, 26 Aaron -etur et morietur ibi. 31, 2 -eris ad populum tuum (IV reg. 22, 20 -am te ad patres tuos et -eris ad sepulchrum tuum in pace. II par. 34, 28. *cf.* AVG. civ. 5, 17 remissio peccatorum ... cives ad aeternam -it patriam). VVLG. Matth. 25, 35 hospes eram et -istis me (συνηγάγετε. 25, 38. 43). RVFIN. Clement. 1, 71 sublatum eum -erunt. BACHIAR. laps. 9 -e fratrem quem diabolus ... percussit. SEDVL. carm. pasch. 5, 221 quem dominus ceu pastor ovem ... -it errantem. GREG. TVR. Franc. 2, 32 quem ille promptissime -ens secum retinuit. 4, 34 -ctus est ab abbate. 5, 14 ab Austrasiis non est -ctus. LEX Sal. 56 quicumque eum ... hospitalem -erit (capit. 2, 8, 1). EXPOS. fid. Caspari Anecd. p. 288, 13 hospites in domibus vestris -ite. *adde*: SIL. 10, 3 *fera* assilit in ferrum et per vulnera -it hostem. ALC. AVIT. carm. 4, 551 *columbam* exceptam senior (*i. Noe*) manibus tum -it intus. *nota i. q. mori, e vita decedere* (*v. supra l. 56 sqq.*): VVLG. Is. 57, 1 iustus perit ... et viri misericordiae -untur. *ibid.* a facie ... malitiae -ctus est iustus. *i. q. excipere, eligere*: AVG. civ. 5, 18 qua *praedicatione* cives supernae patriae de diversis liberantur et -untur erroribus. 14, 23 sanctorum numerus ... de multitudine -itur peccatorum. 22, 1 qui de mortali progenie ... tantum populum gratia sua -it. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 3. *adde*: GREG. M. moral. 1, 25 ad cognitionem fidei prius stulta mundi -cta sunt.

b *i. q. se dirigere, conferre*: PROP. 3, 9, 29 in tenues humilem te -is umbras. NOVELL. Valent. 30, 5 ad praedium se ... -erit. GREG. M. moral. 8, 39 sequaces *diaboli* in quorum se mentibus -it. *cf.* LVCAN. 9, 9 aeternos animam -egit in orbes. AVSON. 419, 64 quis saltus in tam sublime -egit?

C *res incorporeas*: 1 *generatim*: CIC. Att. 9, 13, 3 συναγωγὴ consiliorum tuorum non est a me -cta ad querelam. SALL. or. Phil. 21 quae socordia vestra -cta sunt (*sc. mala sim.*) dilabentur. VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 tanta ... vis, tanta copia litterarum undique -enda erat. SEN. dial. 5, 43, 1 quin ... vitam brevem -is (*cf.* epist. 1, 1 tempus, quod adhuc ... excidebat, -e). 7, 16, 3 omnia sua in se -egit (*cf.* PLIN. epist. 8, 5, 1 quot ... virtutes ex diversis aetatibus sumptas -egit et miscuit). nat. 3, 27, 10 caelum ... malum ex malo -it. PLIN. nat. 36, 55 maculas diverso modo -unt marmora. HIL. psalm. instr. 15 Romana ... lingua media inter Hebraeos Graecosque -cta. GREG. M. moral. 15, 20 p. 1091[C] *inundatio spiritus sancti* in contemplantis animum exuberanti infusione -itur. *adde* (*in imag.*): CIC. Tusc. 4, 3 vestigia Pythagoreorum ... multa -i possunt (LVCAN. 4, 443 *canis* presso vestigia rostro -it. SIL. 12, 462 *tigris* partus vestigia cursu -at. AMM. 30, 4, 8 vestigia sagacius -endo. AVG. civ. 11, 28 alibi minus impressa vestigia -amus).

2 *speciatim*: a *i. q. animo, verbis, scriptis in unum redigere, enumerare*: PLAVT. Mil. 250 trecentae possunt causae -i (Trin. 791. CIC. Verr. 3, 68 quid ego unam quamque rem -am et causam? off. 2, 16 -ctis ceteris causis eluvionis. HIRT. Gall. 8 praef. 9 excusationis causas -o, ne cum Caesare conferar. SEN. epist. 44, 7 sollicitudinis -unt causas). RHET. Her. 2, 21, 33 (*bis*) cum omnes res ostendemus nos -isse et aliquam ... praeterimus. 4, 40, 53 nolite ... ea quae dixi separatim spectare, sed omnia -ite et conferte animo (CIC. inv. 1, 1 civitatum veteres animo calamitates -o. epist. 5, 2, 4 quae cum omnia -eris, tu ipse velim iudices *eqs.* SVLP. VICT. rhet. 35 p. 333, 36 debebimus ... caedis approbationem atque affectatae tyrannidis -ere, ut dicamus *eqs.*). 4, 56, 69 rationes honestandae studiose -egimus elocutionis (CIC. epist. 5, 13, 3 rationes in ea disputatione a te -ctae). CIC. Verr. 3, 157 argumenta -ere videor (de orat. 2, 309 div. 1, 5. SEN. contr. 10, 3, 7 sanitatis meae ... argumenta -am). Verr. 5, 38 quid ego istius ... iniurias -o ...? 6, 131 multorum naufragia fortunae -as (Sest. 15. Phil. 11, 36 an cetera ex eodem latrocinio naufragia -am). Cluent. 164 quae in totam causam de moribus A. Cluentii ... accusatores -erunt. Sull. 37 auctoritates principum coniurationis. de orat. 1, 191. 243 multa -res et ex legibus et ex senatus consultis. 1, 262 cetera quae -isti ex variis et diversis studiis. 2, 163. 199 omnia seditionum genera, vitia, pericula -egi. 2, 288 -untur a Graecis alia nonnulla *genera ridiculorum* (Tusc. 3, 76 omnia genera consolandi). de orat. 2, 335 maiorum exempla (SEN. dial. 6, 12, 5 mortalitatis exempla. epist. 24, 3 PLIN. nat. 33, 152). 3, 92 opus est et rebus exquisitis, undique -ctis, accersitis, comportatis. 3, 228. Planc. 52 aedilicias repulsas. leg. 3, 23 consulum, quos enumerare nolo, peccata -eris. part. 111. fin. 4, 13 quam multa ab eis conquisita et -cta sunt de ... animantium genere. Tusc. 4, 80 multa in conventu vitia -isset in eum (Att. 12, 40, 1 in quo *libro* -it vitia Catonis. 14, 14, 2 rerum ego vitia -egi). Cato 38 antiquitatis monumenta -o. nat. deor. 3, 60. div. 1, 39 somniis -endis. 1, 123. 2, 22 clarissimorum hominum ... exitus in Consolatione -egimus. 2, 145. top. 90 aequitatis loci. off. 1, 104 facete dicta. Att. 1, 18, 2 ea quae post tuum discessum acta sunt, -am. 3, 7, 3 de re publica ... omnia. 3, 20, 1. 10, 8, 7. 10, 14, 12 quicquid habes ad consolandum -e et illa scribe. 13, 19, 3. 14, 14, 5 ut historias scribam, ut -am tanta eorum scelera. epist. 4, 3, 1 -ctis omnibus bellis civilibus. 13, 35, 1 Q. CIC. pet. 58. OV. Pont. 3, 3, 45 nomina neu referam longum -cta per aevum. GRATT. 318 luxuriae fictas dum -is artes. VITR. 5 praef. 5. 7 praef. 14 ex commentariis quae utilia esse ... animadverti -cta in unum coegi corpus. SEN. contr. 1 praef. 1 ab illis dicta. SEN. nat. 3 praef. 1 tam sparsa -am. 7, 3, 1 veteres ortus cometarum habere -ctos (*cf.* 7, 3, 3 defectiones ... solis. PLIN. epist. 5, 6, 43 ut Aratus minutissima etiam sidera consectetur et -at). SEN. epist. 26, 6 ex praeceptis sapientium verba -cta. 84, 2 quicquid lectione -ctum est stilus redigat in corpus. 88, 26 quasdam observationes ... -it mathematicus. 108, 29 ex eadem materia suis quemque studiis apta -ere. 108, 33 Ennianos -it versus. COLVM. 9, 2, 1 veterum auctorum placita. SCRIB. LARG. praef. p. 6, 8 ad singula quaeque vitia plures compositiones -emus. PLIN. nat. 15, 111 naturas *pomorum* artius -i par est. 19, 94 volumen condidit ... -ens medicas vires. QVINT. inst. 4, 1, 77 res diversissimas in speciem unius corporis -entem *Ovidium*. 5, 14, 32. 12, 10, 52 probationes. PLIN. paneg. 75 quid singula consector et -o? epist. 3, 5, 4 quibus *scriptis* omnia quae ... gessimus bella -egit. SVET. gramm. 10 antiqua eum verba et figuras ... -ere. AVR. Fronto p. 39, 5 N. in hoc tempus -egi sedulo ea quae nos moverant. FRONTO p. 151, 4 N. synonymis -endis, verbis ... requirendis. APVL. Socr. 19 p. 165 consilia ex alienis vocibus. TERT. adv. Hermog. 42 -am singula et conferam (*opp.* dispersisti). adv. Val. 28 -am ... ex disperso ad concludendum quae ... disserant. PANEG. 2, 2 virtutis tuae vestigiis -endis. VOPISC. Prob. 2, 2 ad -enda talis viri gesta. LAMPR. Heliog. 35, 1 cuius vitam me ... ex graecis latinisque -ctam scribere. CAPITOL. Max. Balb. 15, 3 quae de Maximo ex Herodiano ... -egimus. MAR. VICTORIN. rhet. 19 p. 201, 19 in definitione ... omnia quae ad rem definiendam pertinent -i atque includi. VVLG. II Macc. 2, 31 intellectum -ere (ἐμβατεύειν) ... historiae congruit auctori. AVG. civ. 4, 2. 14, 2 multis modis quos perscrutari et -ere longum est. 18, 54. 19, 23 non perquirere ... sed aperta et crebra -ere. 20, 2 quae quis -it, quis enumerat. 20, 30 scripturarum testimonia. 22, 8 plurimi conficiendi sunt libri, nec tamen omnia -i

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8 duos . . . populos in duobus filiis -ant (*fere i. comparare, cf. p. 1648, 16*). TER. MAVR. 1695 exemplum . . . eius (*trochaei*) vix et ipsi -ant. PRAEF. bibl. monarch. in Ioh. ut sciendi desiderio -ato et quaerentibus fructus laboris et deo magisterii doctrina servetur. PORPH. Hor. carm. 3,24,27 si vult gratiam apud cives suos -are, per quam mereatur, ut publicae statuae ponantur. PANEG. 11,32 honores . . . non . . . delati sed . . . recte positi et ratione -ati. ARNOB. nat. 1,29 humani in generis audientia -ari *orationem*. 2,72 ubinam conveniret spem salutis affigere et salutaria subsidia -are. 4,32 *fabulae* in notionibus hominum superessent atque in auribus -atae. LACT. inst. 1,20,18 *virtutes* intra pectus -andae sunt et interius comprehendendae, ne sint falsae, si extra hominem fuerint -atae. 2,13,3 *deus* in centum et viginti annis metam -vit *aetatis*. CAPITOL. Max. Balb. 7,2 ingentem sibi amorem -verat (CASSIOD. hist. 6,1 apud milites. INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 217 amore, quem non solum circa patriam sed per omnem provinciam conlocavit). CHALC. transl. 21[A] penes te gratia -etur (ἀποδοῦναι χάριν). HIL. in Matth. 5,12 expectationem . . . in fide repromissionum et virtutis . . . potestate exigit -ari. 7,10 in quos -ata dei cognitione requiescat. ATHAN. Lucif. epist. 6 tantus est amor affectionis tuae in animis omnium -atus. FILASTR. 3,2 in quem -vit magnae virtutis spiritum. PRISCILL. tract. 11,144 disciplinati operis terminos -asti. SYMM. epist. 7,85 meritum, quod apud nos honestis officiis -vit (7,87. AMBROSIAST. in Rom. 12,15. I Cor. 7,21 sibi. 7,28 sibi. 7,38 illi. *cf. p. 1648, 24*. AVG. c. Fort. 20 meritum sibi reconciliationis apud deum -are auctore deo. PS. AVG. quaest. test. I 105,82 p. 348,22 meritum ei apud deum. II mixt. 6 p. 467,25. II nov. 63 p. 477,6 meritum sibi per laborem). HIER. epist. 21,20 iugum . . . leve . . . ex gratia magis quam ex merito super iuniorem filium -vit. VVLG. deut. 11,18 verba mea . . . inter oculos vestros -ate. PELAG. in Phil. 3 p. 850[A] qui . . . in lege caerimonias -bant. RVFIN. hist. 3,24,3 non in suasoriis humanae sapientiae verbis summam praedicationis . . . -bant. 3,37,3 prima . . . apud eos fundamenta euangelii -antes (καταβαλλόμενοι). 3,39,5 alium . . . extra apostolorum numerum -at (κατατάσσει). AVG. serm. ed. Mai 4,4 dabo quod postulas; in eius . . . -vit arbitrio (PETR. CHRYS. serm. 37 p. 304[D] mors in intereuntis arbitrio -atur). civ. 14,19 quam partem animi . . . velut in arce quadam ad istas *partes* regendas perhibent -atam. PETR. CHRYS. serm. 117 p. 520[B] hic est Adam, qui suam tunc in illo cum fingeret imaginem -vit. 163 p. 630[A] qui sufficiebat in sola fide promissionis suae terminum -are. MART. CAP. 9,944 post hoc tetrachordum excellentium -atur. 9,963 acquisitum in omnibus . . . aliis -ari. NICET. vigil. 8 beatitudinem . . . in hoc versiculo -vit. NOVELL. Theod. 4,2 (*a. 438*) ne conditionem militum . . . in quandam arcem videamur quodammodo -asse. FAVST. REI. epist. 5 p. 190,1 in eam (*animam*) dominus imaginem suam . . . -vit. ZACCH. 2,10 totius spei fiduciam . . . in talibus -assent. EVGRAPH. Ter. Andr. 186 defensionem, quam supra -arat. 289 impetrabilius enim fit, si, quod volumus, in allocutione cum precibus -emus. Eun. 19 a narratione incipit, quia supra exordium -atum est. BOETH. in Porph. comm. pr. 1,3 p. 9,9 intellegibilium substantia merito medio -ata est. 1,24 p. 71,19 id est, ut super individua -atur. comm. sec. 2,4 p. 181,2 tamquam species sub alio *genere* -ata. 3,4 p. 210,20 species, quae supra sola individua -antur. arithm. 1,17 p. 33 cunctis imparibus *numeris* in medio -atis. p. 36 secundum ordinem -atorum. EVGIPP. epist. 5 *opus* quod per manus linguae tuae nunc offero -andum. *apud* ICTOS: GAIVS dig. 41,1,9,7 voluntas domini in incertam personam -ata (collata *codd.*). *in imagine*: MANIL. 2,923 asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem et velut in facie (faciem *codd.*) mundi sua -at ora.

2 *speciatim de verbis, locis sim. afferendis*: RHET. Her. 4,3,5 non . . . testimonium -amus, sed exemplum. 4,20,28 ea -ent in isdem partibus orationis. 4,27,38 adiunctio . . . cum verbum . . . non interponimus, sed aut primum aut postremum -amus (CIC. inv. 2,121. de orat. 3,93 verborum eligendorum et -andorum et concludendorum . . . ratio [Brut. 140 QVINT. inst. 10,1,4 FRONTO p. 62,9 N.]. 3,149 orat. 81. part. 3 et res et verba invenienda sunt et -anda. FRONTO p. 139,7 N. ne in oratione praepostere, ut in temulento . . . convivio, -entur). RHET. Her. 4,31,42 cognomen, quod pro certo nomine -emus. VARRO Men. 354 qui fabularum -ant exordia. CIC. inv. 1,8 in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res -asse et nonnihil . . . novi protulisse. 1,30 non loco dicitur, cum non in ea parte orationis -atur, in qua res postulat. de orat. 2,80 conclusionem orationis. 2,313 qui, quae minime firma sunt, ea prima -ant. Brut. 139 ea . . . suo quaeque loco . . . ab illo in maxime opportunis orationis partibus -bantur. orat. 50 ea, quae invenerit, qua diligentia -bit. 52 in inveniendo et -ando (part. 12 QVINT. inst. 8 pr. 28. 9,4,1 id -andi genus). orat. 140 haec nisi -ata et quasi structa et nexa verbis ad eam laudem . . . aspirare non possunt. part. 14 accusator . . . singula argumenta quasi hastas in manu -at (SEN. nat. 2,1,4 *argumenta* in imo -buntur). VAL. MAX. 5,2,10 reges . . . secundum hunc . . . gregem referri se patientur, qui aut non attingendus aut in ultima parte domesticorum exemplorum -andus fuit. QVINT. inst. 4,5,1 partitio est . . . propositionum . . . ordine -ata enumeratio. *et saepe. cf.* 8 pr. 31. 8,1,1. 8,3,59 quod male -atum, id κακοσύνθετον vocant. 9,3,86 nominibus ex diverso -atis. 9,4,6 vinctum et bene -atum. TAC. ann. 6,27 de cuius moderatione . . . in prioribus libris satis -vi. FRONTO p. 121,11 N. *sententias* versa modulatione -asti. 150,12 nulla narratio breviter et dilucide et callide -ata. TERT. nat. 1,18 reliquum obstinationis in illo capitulo -atis. MAR. VICTORIN. defin. p. 35,20 numerum -antes (*syn.* sociantes). p. 36,2 nomen numeri -vimus hoc loco. p. 43,3 non adhibita oratione definitionis, res simpliciter -vit. gramm. VI 79 *clausulae* solent in canticis . . . -ari (*syn.* poni) et praecipue apud Plautum. HIL. psalm. instr. 10 ut remissio peccatorum in numero quinquagesimo -retur. in psalm. 134,1 virtutem verborum -atorum expendere. AMM. 29,2,8 quid in primis orationis partibus -ret. EVGRAPH. Ter. Andr. 607 conquestio in principio -ata. Haut. 16 propositio -ata est. Ad. 176 virtutes hic vitia (pro vitiis α) -vit. CASSIOD. inst. div. 23 quaestiones . . . collegit et in . . . capitulis -vit. *in argumentatione philosophica*: CIC. fin. 4,17 ita re simpliciter primo -ata reliqua subtilius persequentes *eqs*. *i. q. comparare*: VAL. MAX. 4,8 ext. 2 -a e contraria parte arcas . . . obseratas. *nota rem pro subi.*: CIC. inv. 2,163 fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe -vit. TERT. anim. 20 apparet, quanta sint, quae unam animae naturam varie -verint. resurr. 25 scripturae . . . totam christianae spei frugem in exordio saeculi -ent. HIL. in Matth. 12,23 *gratiarum munera* in eo multiformis illa dei sapientia septiformi gloria -vit. AMBROSIAST. in I Cor. 12,31 viam . . . quae meritum -at apud deum.

structurae ad III B 1 et 2: *ablat. loci*: RHET. Her. 1,2,3 locis (3,16,29 CIC. inv. 2,121 Brut. 139 MAR. VICTORIN. defin. p. 36,2). CIC. off. 1,142 TERT. adv. Val. 23 BOETH. in Porph. comm. pr. 1,3 p. 9,9. in *c. abl.*: PLAVT. Persa 8. TER. Haut. 689 in tuto (695 RHET. Her. 3,5,8 SEN. dial. 7,4,5 QVINT. inst. 12,11,7). RHET. Her. 3,10,18. 3,17,30 in locis (3,18,30. 3,19,31 CIC. dom. 112 de orat. 1,162. 2,354. 3,149 TERT. adv. Marc. 4,25). RHET. Her. 4,17,24. 4,19,27. 4,20,28 CIC. inv. 1,8. 30. 2,163 Quinct. 83 Verr. 1,9 Catil. 3,26 Cael. 22. 39 Phil. 3,3 de orat. 1,25. 192. 2,116 Brut. 139 part. 14 rep. 3,12 leg. 2,28 fin. 3,21 ac. 1,39 Tusc. 2,64. 5,70 ad Q. fr. 1,1,29. 31 BELL. Alex. 29,5 MANIL. 2,923 VAL. MAX. 5,2,10 SEN. dial. 11,2,2. 12,8,2 benef. 2,27,3 nat. 2,1,4 QVINT. inst. 7,1,4 TAC. ann. 6,27 PLIN. epist. 9,6,4 FRONTO p. 139,7 N. TERT. nat. 1,18. 2,1 anim. 54 adv. Hermog. 34 idol. 10 patient. 3 resurr. 16. 25 adv. Val. 7 adv. Marc. 4,9. 5,8. 20 pudic. 5. 8 ARNOB. nat. 1,29. 4,32 LACT. inst. 2,13,3 MAR. VICTORIN. gramm. VI 79 HIL. in Matth. 5,12. 12,23 psalm. instr. 10 ATHAN. Lucif. epist. 6 PELAG. in I Thess. 2 p. 865[C] in Phil. 3 p. 850[A] AMM. 29,2,8 RVFIN. hist. 3,24,3 AVG. serm. ed. Mai 4,4 civ. 14,19 PETR. CHRYS. serm. 37 p. 304[D]. 117 p. 520[B]. 163 p. 630[A] MART. CAP. 9,963 NICET. vigil. 8 ZACCH. 2,10 EVGRAPH. Ter. Andr. 289. 607 BOETH. arithm. 1,17 p. 33 CASSIOD. inst. div. 23 CORP. XIII 2036. in *c. acc.*: GAIVS dig. 41,1,9,7 PAVL. dig. 35,1,60 pr. FILASTR. 3,2 NOVELL. Theod. 4,2 FAVST. REI. epist. 5 p. 190,1. ex: RHET. Her. 3,18,30 ex ordine. CIC. inv. 1,8 VAL. MAX. 4,8 ext. 2 QVINT. inst. 9,3,86. pro: RHET. Her. 4,31,42 EVGRAPH. Ter. Ad. 176. ante: CIC. Mil. 27. inter: CIC. ac. 1,42 SEN. dial. 5,3,6. apud: CIC. off. 2,71 VLP. dig. 32,11,8 TERT. apol. 1 adv. Marc. 4,9 PORPH. Hor. carm. 3,24,27 MAR. VICTORIN. gramm. VI 79 SYMM. epist. 7,85. 87 AMBROSIAST. in Rom. 12,15 in I Cor. 7,21. 28. 38. 12,31 RVFIN. hist. 3,37,3 AVG. c. Fort. 20 PS. AVG. quaest. test. I 105,82 p. 348,22 CASSIOD. hist. 6,1. ab: SEN. benef. 2,29,6. cum: TERT. adv. Marc. 5,19 EVGRAPH. Ter. Andr. 289. intra: LACT. inst. 1,20,18. extra: LACT. inst. 1,20,18 RVFIN. hist. 3,39,5. penes: CHALC. transl. 21[A]. super: HIER. epist. 21,20 BOETH. in Porph. comm. pr. 1,24 p. 71,19. ad: AVG. civ. 14,19. post: MART. CAP. 9,944. supra *adv.*: EVGRAPH. Ter. Andr. 186 BOETH. in Porph. comm. sec. 3,4 p. 210,20. sub: BOETH. in Porph. comm. sec. 2,4 p. 181,2. secundum: BOETH. arithm. 1,17 p. 36. circa *et* per: INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 217. ubi: PLAVT. Epid. 551 SEN. benef. 5,19,4 TERT. nat. 2,1 ARNOB. nat 2,72. hic: VARRO ling. 5,69 EVGRAPH. Ter. Ad. 176. illic: TERT. scorp. 10.

nota praeterea hasce structuras verbi: *accedit dat., qui dicitur commodi*: RHET. Her. 4,19,27 CIC. Mil. 27 CATVLL. 10,23 PROP. 4,4,38 VITR. 4,9,1. 5,1,6 LIV. 3,22,6 OV. met. 1,722 QVINT. decl. 282 p. 147,7 TERT. anim. 56 VLP. dig. 25,3,1,2 LACT. mort. pers. 2,5 LAMPR. Alex. 28,6 TREB. Claud. 3,3. 4 CAPITOL. Aur. 13,5. 22,7 Max. Balb. 7,2 AMBR. off. 3,22,131 I Cor. 7,21. 28. 38 AVG. c. Fort. 20 PS. AVG. quaest. test. I 105,82 p. 348,22. 477,6 AVELL. p. 40,11 SVLP. SEV. Mart. 7,1 LEX Sal. 40,7 capit. 2,8,1 CORP. V 2056. VI 2145. VIII 4279. 21014. collocatum habere: CIC. Manil. 18 VITR. 4,2,2 CELS. 8,10,7 HYG. astr. 2,12.

synonyma et iuxta posita: *ad I*: committere, condere, consistere, constituere, construere, deducere, deportare, destruere, disponere, distribuere, exstruere, facere, figere, fulcire, immiscere, immittere, inferre, inserere, instruere, intericere, iacere, locare, mittere, obsepire, opponere, ponere, praeparare, proferre, proponere, serere, statuere, struere, substituere, supponere, suscipere, tollere, torquere, traducere, vocare. *ad II*: alere, constituere, deponere, despondere, exigere, finire, levare. *ad III*: coartare, colligere, comprehendere, deferre, eligere, ponere, redigere, sociare.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opposita: ad I: abducere, divertere, excidere, expellere, reducere, removere.
derivatum: collocatio. *compos.*: recollocare. *Mertel.*

collocuplēto, -āvī, -ātus, -āre [*a* con *et* locuples, locupletare. *Th.*]. *idem q. locupletare, ditare, cf.* GLOSS. -atus ditatus: *proprie*: TER. Haut. 258 dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci -asti te (EVGRAPH. *ad l.* divitem fecisti. SCHOL. Ter. p. 116, 26 divitem fecisti aliorum bonis). *in arte oratoria*: RHET. Her. 2, 18, 28 *exornatione* utimur rei honestandae et -andae causa. 2, 29, 46 quae *res* pertinent ad exaugendam et -andam argumentationem. *Mbr.*

collocūtio, -ōnis *f. a* colloqui. *i. q. colloquium*: GLOSS. II 110, 24 conloquium et -o ὁμιλία. 441, 38 σύλλογος -o, hoc colloquium. V 412, 50 conlationes: -es, conferentes (conferentiae *Götz*). RHET. Her. 1, 15, 25 Popilius, cum ... obsideretur ..., venit cum hostium ducibus in -em (collocationem, conluctationem *codd.*). CIC. Phil. 11, 5 secutae -es familiarissimae cum Trebonio (ARNOB. nat. 1, 46 p. 31, 3 se ... familiari -e monstravit *Christus post resurrectionem.* GREG. M. moral. 4 praef. 1 p. 633ᴰ ex -is familiaritate [*supra*: familiari ... locutione *et*: usu colloquii]). CIC. epist. 1, 9, 4 *id* in nostris sermonibus -busque ... vidisti. 7, 11, 2 una ... -o nostra pluris erit quam omnes Samarobrivae. Att. 12, 1, 2 λέσχη ... habet, etiam si nihil subest, -e ipsa suavitatem. *nota*: Tusc. 1, 30 omnes ... esse vim et naturam divinam arbitrantur, nec vero id -o hominum aut consensus effecit (*cf. infra*: consensio omnium gentium). RVFIN. hist. mon. 7 p. 420ᴬ *monachi*, qui ... in -bus suis aedificare nos possent. AVG. civ. 21, 18 p. 522 sunt ..., quales in -bus nostris ipse sum expertus. in psalm. 85, 7 p. 1086 cum quo si coeperit amicus eius colloqui et voluerit ille respondere -i eius. 140, 2 p. 1816 nolle discedere ab invicem, suis -bus conciliari, desiderare se absentes. retract. 2, 33, 1 *contra Pelagii haeresim* non scriptis, sed sermonibus et -bus agebamus. SIDON. epist. 4, 24, 4 secretae -is peto copiam. 5, 7, 4 hi sunt ... in convivio scurrae ... in -bus statuae *eqs.* FAVST. REI. serm. 18 p. 293, 11 in -e privata ita loqui consuevimus. RVRIC. epist. 2, 33 p. 417, 11 sicut -o habuit nostra. POMER. 3, 19, 2 temperantiae est ... quod non attollimus immoderatum in -bus sonum. ALC. AVIT. c. Arr. 14 p. 6, 23 habita -e. epist. 23 p. 55, 11 de -e regali (*i. cum rege*) ad notitiam vestram ... detulisse. p. 55, 32 tempore -is (*supra*: seriem ... altercationis). BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 37, 6 tria sunt, ex quibus omnis -o disputatioque perficitur: res, intellectus, voces (sec. 1, 1 p. 20, 21 oratio -oque). c. Eut. praef. 51 res a -e transfertur ad stilum. CASSIOD. inst. div. 10 p. 1123ᴬ -o peritissimorum seniorum .. appetatur, quorum confabulatione ..., quod non opinabamur, advertimus. var. 12, 17, 2 conscientia recta ... obviorum -e gratulatur. CONC. Matisc. a. 583, 2 p. 156, 14 ut nullus episcopus, presbyter ... in monasteriis puellarum ... secretas -es habere praesumant. GREG. M. moral. 3, 60 p. 629ᴮ *Iob* usque ad honorem divinae -is ascendit (*supra*: dum cum deo loqueretur). ACT. Petr. 22 p. 70, 1 certari habent duo Iudaei de -e dei (*i. super deo*). MART. BRAC. trin. mers. 1 incohandae -is ... initium. *de bestiis*: PLIN. nat. 11, 110 *formicarum* concursatio, ... cum obviis quaedam -o atque percontatio. *de epistulari commercio*: AVG. epist. 40, 1 aggredere ... istam nobiscum litterariam -em (*supra*: epistula). PS. MAR. MERC. Nest. epist. 1, 7 p. 178ᴮ dixi ..., cum has litteras inciperem, 'quia fraternas invicem debemus -es' (*sic* 1, 1). RVRIC. epist. 2, 64 p. 441, 9 partem ... pectoris mei ... paginae (*i. epistulae*) -e transmitto (*supra*: per litteras). ENNOD. epist. 6, 12, 1 p. 156, 5 sufficit parca -o (*i. brevis epistula*). CASSIOD. var. 6, 9, 1 te ... usu serenissimae -is erudimus (*ibid.* confabulationes ... nostrae). 6, 17, 4 eruditionem ... mirabilem -o tibi nostra concedit. 10, 20, 1 in tam benigna -e. 10, 33, 1 cum nostrae deportarent -is affectum (*ibid.* epistularem gratiam; *supra*: salutiferos apices). 10, 35 ut vobiscum -is gratia perfruamur. *de admissione ad regem*: CASSIOD. var. 6, 6, 2 *magister*, aspectus regii haud irritus promissor, -is nostrae gloriosus donator (*cf. supra*: per eum senator veniens nostris praesentatur obtutibus). *nota*: AMBR. in psalm. 118 serm. 22, 36 (*ad cant. 8, 8* 'quid faciemus sorori nostrae in die qua loquetur in ea') sponsalium celebritate solet fieri -o et confirmatio nuptiarum.

collocūtor, -ōris *m. a* colloqui. *is qui colloquitur*: TERT. adv. Prax. 5 p. 234, 8 quodcumque cogitaveris, sermo est; ... loquaris illud necesse est in animo, et dum loqueris, -em pateris sermonem. AVG. conf. 9, 6, 14 p. 207, 20 ex persona -is mei (*sc. in dialogo 'de magistro'*). PS. AVG. serm. 195, 2 Mariam ... verecundia virginitatis vultum avertentem a -e (*angelo*). BOETH. diff. top. 2 p. 1193ᴰ si quaeratur, utrum ..., atque hanc divisionem faciat -r *eqs.* *Hey.*

glutinosum flegma, quod Graeci **collōdes** vocant (coliode(m) *codd.*) CASS. FEL. 34 p. 73, 1. κολλώδης.

collomontium *v.* collamontium.

? **collongus,** **-a,** -um *a* con *et* longus*?* *idem q. longus*: VITA Vedasti (script. rer. Merov. III p. 411, 17) 8 per colonga (*Schubert,* longa *sine var. lect. ed. Krusch*) noctis spatia. *Mbr.*

*****colloquium,** -ī [*a* colloqui. *Th.*]. *inde a* TVRPILIO. *de forma non assimilata* conloquium *v.* GRAMM. suppl. 175, 6 *p. 1574, 56.* *inter appellativa generis neutrius* GRAMM. suppl. 41, 27. *apud poetas*: TVRPIL. com. 212 LVCR. 4, 598 VERG. Aen. 7, 91 PROP. 4, 10, 32 OV. ars 1, 607 rem. 587 epist. 16, 262. 20, 18 met. 13, 552 Pont. 1, 4, 54. 2, 4, 1 fast. 3, 344 SEN. Med. 530 (*plur.*) VAL. FL. 3, 290 (*plur.*) SIL. 12, 476. 13, 735 HOMER. 564 STAT. (*semper plur.*) Theb. 3, 571. 5, 84. 10, 39 silv. 1, 2, 50. 2, 1, 56. 3, 2, 135 DAMAS. epigr. 2, 15 CLAVD. 5, 88 rapt. Pros. 3, 213 PAVL. PELL. 77 DRAC. Romul. 8, 365 VEN. FORT. carm. 3, 3, 13. 6, 3, 14. 7, 7, 36 CARM. epigr. 712, 9. 1368, 6.

VARRO ling. 6, 57 a 'loqui' -um, quom veniunt in unum locum loquendi causa. GLOSS. ὁμιλία (*cf.* BEDA gramm. VII 282, 14), σύλλογος, συλλαλιά, συντυχία. *cf. s. v.* collocutio *p. 1649, 13.* *de significatione notandum, quod nil interest, utrum alter, quocum quis loquitur, interloquatur necne; ita fit, ut interdum prorsus idem sit quod alloquium.* [CIC. or. frg. Hier. epist. 52, 8, 3 *lege*: convivia (colloquia ς).]

loci notabiliores: *de colloquiis per litteras, maxime de epistulis*: CIC. rep. 3, 3 quibus *notis* (*i. litteris*) et -a cum absentibus ... et monumenta rerum praeteritarum tenerentur. Phil. 2, 7 tollere amicorum -a absentium (*sc. epistolarum commercium*). OV. Pont. 2, 4, 1 accipe -um gelido Nasonis ab Histro. HIL. syn. 2 ut ... fidelis sermonis -a transmitterem. SYMM. epist. 1, 84 quotiens tua sumo -a (*ibid.* deferendi sermonis). 1, 92 rependenda -a (*supra*: alternis epistulis *et* vicissitudine litterarum). SCHOL. Verg. Veron. ecl. 6, 10 *Vergilius Varo* -a ⟨. . .⟩ . . . inpendit. PAVL. NOL. epist. 20, 1 p. 143, 8 accipientibus -a tua (*ibid.* litteras; *infra*: tamquam in praesentis alloquio). *cf.* p. 143, 15. AVG. bapt. 3, 2, 2 epistulari -o commoti sunt. EPIST. pontif. 306 (Innoc. I) Migne 20, 543ᴮ amantissimo litterarum -o. ZACCH. 3, 1 -a tua avidi petimus expertisque tractatibus ... inhaeremus. LEO M. epist. 128 p. 1074ᴮ -a ... mea ab illo suspendi. 135, 1 p. 1097ᴬ te a -i mei consortio separasti. SIDON. epist. 2, 11, 2 raritatem -i de prolixa terrarum interiectione venientem. SEDAT. Ruric. epist. 4 p. 447, 12 per -a litterarum. ENNOD. epist. 1, 10, 5 p. 20, 21 labora . . . circa studia, lucem in -is dilige. 1, 11, 1 p. 21, 7 amantem ... gratia ... relevare -i. 1, 11, 3 p. 21, 22 nec uber sermo potest deesse -is. 1, 12, 4 p. 22, 23 *al.* 2, 3, 2 p. 42, 8 *syn.* epistolari alloquio. 2, 13, 1 p. 53, 5 *syn.* epistularis communio. *cf.* 2, 28, 3 p. 70, 11 epistulas gravidi dotatas messe -i. 3, 19 p. 86, 4 *deus*, ne aliquando ab scriptione temperem, negotiosa facit esse -a. *et saepius, cf. Vogel in indice.* CASSIOD. var. 10, 20, 1 litteras pietatis vestrae ... accepi et -a oris vestri ... gratulatione promerui. 10, 24, 1 ut vidisse nos aestimemus, cuius -a benigna suscepimus. 10, 25, 1 tam suave principis meruisse -um (*supra*: pagina vestrae serenitatis). VEN. FORT. epist. (carm. 3, 1) 1 deferente praesentium portitore oris vestri salutare -um a me ... perceptum. FERRAND. epist. 12 PASS. Paul. 1. *similiter de carminibus*: STAT. silv. 1, 2, 50 apta movere -a (*sc. cum Musis. cf. infra l. 82*). *inter negotia bellica, praesertim in actione pacis* (*cf.* DON. Ter. Eun. 466 'conventio' '-um' militiae verba sunt): CAES. Gall. 1, 42, 1 *sqq. de Caesaris et Ariovisti colloquio* (*sic etiam* 1, 34, 1. 1, 35, 2). 5, 26, 4 conclamaverunt *Galli*, uti aliqui ex nostris ad -um prodiret. civ. 1, 9, 6. 1, 11, 3 *al.* LIV. 1, 23, 5 prius quam dimicent, opus esse -o. 30, 29, 8 *de Hannibalis et Scipionis colloquio. nota* 30, 32, 8 *Scipio in oratione ad milites*: -um Hannibalis, in secreto habitum ac liberum fingenti, qua vult, flectit. AMM. 20, 6, 3 *al. cf. sub iuncturis, imprimis p. 1651, 42 sqq. 61 sqq.* *de admissione ad regem*: CASSIOD. var. praef. 8 regum ... gloriosa -a pro magna diei parte ... te occupare. 3, 22 cui licet habere nostra (*regis*) -a, munera credit esse divina. 4, 4, 3 ad -a dignus, . . . ad exceptiones aptissimus. 6, 17, 1 (*ibid.* sermones nostros). inst. div. 23 p. 1137ᶜ. *de amantium conversatione*: OV. ars 1, 607 -ii iam tempus adest. epist. 16, 262 quod petis, ut furtim praesentes ista loquamur, scimus, quid captes -umque voces. 20, 18 ne quis nisi conscia nutrix -i nobis sentiat esse vices. *cf.* VLP. dig. 48, 5, 10 (9), 2 APVL. met. 8, 3. VVLG. Sirach 9, 11 -um (φιλία) ... illius (*mulieris alienae*) quasi ignis exardescit. VAL. CEM. hom. 1, 7 p. 696ᴬ odi -um meretricis (*supra*: te ... meretricum fabulis mixtum). 6, 5 p. 711ᴰ iocis mixta -a (*supra*: inter viros ac mulieres nimium familiaris ac secretus sermo). IVLIAN. epit. novell. 108, 14 sin ... eum deprehenderit cum uxore sua -um habentem (*ex* NOVELL. Iust. 117, 15 pr. cum sua uxore loquentem). *cf.* HIL. c. Const. 13 p. 591ᴮ si filius *patri*, necesse est, ut et femina sit et -um et sermocinatio et coniunctio coniugalis verbi. *cf.* colloquor *sub II.*

de bestiarum vocibus: PLIN. nat. 10, 137 intellecturus ... alitum -a (*supra*: avium sermonis. GELL. 10, 12, 7). *in magia*: PLIN. nat. 30, 14 divina promittit ... umbrarum inferorumque -a. SIL. 13, 735.

de sermone cum deo et de precatione: TERT. adv. Prax. 14 p. 252, 4 Moysi servat conspectum suum et -um facie ad faciem in futurum. OPTAT. 7, 1 p. 161, 9 SVLP. SEV. chron. 1, 19, 8. BACHIAR. repar. laps. 3 habito cum divina maiestate -o, hoc est orationis suae (*Abraham*) merito. DAMAS. epigr. 2, 15 -is domini fruitur *martyr in caelum receptus.* ARNOB. nat. 1, 38 p. 26, 9 cum ... deo supplicationum fecit verba atque orationum -a miscere. 6, 4 p. 217, 7 *deos* affari de proximo et cum praesentibus quodammodo venerationum -a miscere. RVFIN. hist. mon. 1 p. 391ᴮ non ... a -is dei et oratione cessabat.

de elogiis: CARM. epigr. 1368, 6 fecit famae vivere -is *propinquos.* *in formula excommunicationis*: CONC. Aspas. a. 551 p. 114, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remotus ... ab omni -o catholicorum. Autiss. post a. 573 p. 183, 3. *non explico* ALC. AVIT. epist. 74 p. 91, 3 de domno filio vestro vel absolutione -i nil agnosco.

iuncturae: 1 *verbales:* a *nom.*: -um: nascitur: CIC. Cato 40. fit: *v. sub* facere (*infra l. 10*). convenit: NEP. Hann. 6, 2. est: LIV. 23, 34, 9 *alicui* (GRAN. LIC. p. 26, 5 VAL. CEM. hom. 12, 7 p. 731^{B}). 38, 25, 9 *alicubi.* FLOR. epit. 2, 6, 58 inter aliquos. manet: PLIN. nat. 6, 2. *agit aliquid:* CIC. Phil. 12, 27 LIV. 23, 44, 2 QVINT. inst. 4, 2, 107 VVLG. I Cor. 15, 33 (ὁμιλίαι). *ellipsis verbi:* TAC. hist. 1, 53. b *acc.:* *de faciendo, instituendo colloquio:* -um: facere: PLANC. Cic. epist. 10, 23, 5 BELL. Afr. 51, 3 LIV. 23, 16, 6. 24, 47, 4 VVLG. II Macc. 14, 22 (ἐποιήσαντο κοινολογίαν). videre (*sc. fieri*): LVCR. 4, 598. habere: CAES. civ. 3, 19, 1 LIV. 5, 48, 4 *al.* AMM. 18, 5, 3 BACHIAR. repar. laps. 3 OROS. hist. 4, 20, 18 CASSIOD. var. 3, 21 CONC. Autiss. post a. 573 p. 183, 3 IVLIAN. epit. novell. 108, 14 *bis* VEN. FORT. vita Germ. 30, 86. serere: LIV. 24, 31, 3. 24, 32, 4 per propinquos. 34, 61, 7. constituere: LIV. 33, 12, 1. iungere: SIL. 13, 735. miscere: STAT. Theb. 5, 84 FERRAND. epist. 12. *al. v. p. 1650, 80 sq. cf.* PRAEDEST. 1, 4 p. 589^{B}. movere: STAT. silv. 1, 2, 50. interiungere: MART. CAP. 9, 893. tenere (*i. habere*): DRAC. Romul. 8, 365. pandere: CARM. epigr. 712, 9. *de finiendo colloquio sim.:* dirimere: CAES. Gall. 1, 46, 4 LIV. 34, 33, 3 *al.* interrumpere: CAES. civ. 1, 75, 2. amputare: SEN. Med. 530. auferre (*de ventis*): PLIN. nat. 6, 2. finire: TAC. ann. 15, 29. adimere: SVET. Tib. 61, 4. suspendere: *v. p. 1650, 29.* subducere: ENNOD. epist. 2, 2, 1 p. 41, 10. differre: LIV. 26, 17, 12 *al.* *de petendo, negando, vitando colloquio:* -um: expetere: CAES. civ. 1, 32, 6. petere: CAES. civ. 1, 84, 1 NEP. Dat. 10, 3 OV. met. 13, 552 LIV. 32, 33, 1 *al.* SIL. 12, 476 HOMER. 564 TAC. hist. 5, 26 *al.* SVET. Aug. 27, 4 AMM. 24, 2, 11 ZACCH. 3, 1. quaerere: LIV. 7, 40, 2? 25, 18, 5. temptare: LIV. 43, 22, 8. postulare: TAC. hist. 2, 41. exposcere: TAC. ann. 13, 21. permittere: SALL. hist. frg. 1, 91. dare: PROP. 4, 10, 32 LIV. 32, 37, 6. 34, 30, 5. pati: MELA 1, 47 *al.* denegare: CAES. civ. 1, 32, 6. SOL. 53, 18 -i potestas ... regi denegatur (*ex* PLIN. nat. 6, 91 *ubi:* commercia ... sermonis negantibus. *cf.* MART. CAP. 6, 698 interdicto ... -o). OPTAT. 1, 4 p. 6, 11 MART. CAP. 9, 896. vitare: CAES. civ. 3, 16, 3. *al.* fugere: OV. rem. 587 LIV. 9, 6, 9. abnuere: LIV. 30, 29, 8. arcere: TAC. hist. 4, 64 CYPR. unit. eccl. 17 p. 225, 18. horrescere: APVL. met. 5, 30. declinare: HIER. epist. 58, 6, 3. prohibere: AVG. civ. 19, 8. interdicere: *cf. supra l. 34.* violare: LIV. 38, 25, 16. *de enarratione colloquii:* flectere: LIV. 30, 32, 8 (*v. p. 1650, 52*). perferre: STAT. Theb. 3, 571. reddere: STAT. silv. 3, 2, 135. c *dat.:* *de praeparando colloquio* (*maxime in actione pacis*): -o: diem, locum, tempus, *sim.*: constituere: CAES. Gall. 1, 47, 1. dicere: CAES. Gall. 1, 42, 3. deligere: CAES. Gall. 1, 34, 1 SALL. Iug. 108, 2. dare: CAES. Gall. 1, 11, 3 LIV. 33, 13, 1. decernere: SALL. Iug. 113, 2. petere: LIV. 26, 17, 6. 32, 32, 5. statuere: LIV. 28, 35, 4. destinare: LIV. 32, 36, 3 TAC. ann. 13, 38. poscere: TAC. ann. 15, 28. *de praesentia in colloquio:* -o: se immiscere: LIV. 21, 32, 10. adesse: LIV. 29, 12, 12 VAL. FL. 3, 293. se credere: VELL. 2, 102, 2. adhaerere: RVFIN. hist. 2, 17, 1 (εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν). ascire: SVLP. SEV. dial. 2, 5, 10. d ad, in: ad -um: pervenire: CIC. Phil. 9, 2. venire: CIC. Phil. 12, 27 CAES. Gall. 1, 43, 2 *al.* HIRT. Gall. 8, 23, 5 LIV. 26, 17, 9 *al.* SVET. Cal. 14, 3. prodire: CAES. Gall. 5, 26, 4. evocare: CAES. civ. 3, 16, 3 LIV. 1, 1, 7. 4, 10, 1 *al.* OROS. hist. 4, 7, 9. admittere: CAES. civ. 3, 57, 5 SOL. 53, 9. elicere: LIV. 5, 15, 6 *al.* procedere: LIV. 7, 40, 4. mittere: LIV. 25, 23, 10 *al.* ire: LIV. 26, 31, 7 (*cf.* GRAN. LIC. p. 28, 1). contrahere: LIV. 28, 18, 2 (in -um Σ). congredi: LIV. 32, 32, 15 *al.* descendere: VAL. MAX. 2, 2, 4 TERT. adv. Prax. 16 p. 256, 24. tendere: VAL. MAX. 6, 6, 2. pellicere: SVET. Vit. 2, 4. vocare: IVST. 43, 1, 10. accire: AMM. 17, 10, 9. petere *aliquem:* AMM. 24, 1, 8. occurrere: VVLG. I Macc. 11, 22 (ἀπαντῆσαι ... συμμίσγειν). in -um: se conferre: TVRPIL. com. 212. venire: CIC. Phil. 12, 26 CAES. Gall. 1, 35, 2 SALL. Iug. 112, 3 de pace (113, 2). NEP. Dat. 11, 1 de ea re. LIV. 9, 11, 4 *al.* PETRON. 108, 13. proficisci: LIV. 9, 5, 1. adducere: LIV. 32, 10, 2. ire: LIV. 34, 19, 3. evocare: LIV. 37, 48, 2. convocare: CVRT. 9, 1, 23. sollicitare: FLOR. epit. 3, 11, 9. vocare: IVST. 6, 1, 3. pervenire: IVNIL. praef. e *abl., praepos.:* *abl. instr.* -o: frui: VERG. Aen. 7, 91 OV. Pont. 1, 4, 54 DAMAS. epigr. 2, 15 AVG. civ. 9, 16 *al.* PASS. Paul. 1. uti: AVG. in psalm. 6, 9. carere: CIC. Att. 12, 15. egere: CIC. off. 3, 1. *al.* *aliquid agere:* LIV. 5, 48, 8 inter P. Sulpicium ... et Brennum. 25, 7, 13 *al.* STAT. silv. 2, 1, 56 TAC. ann. 1, 16 *al.* FLOR. epit. 2, 2, 11 SPART. Hadr. 12, 8 AMM. 14, 11, 1 *al.* CLAVD. 5, 88 DRAC. Romul. 8, 552. per -um *aliquid agere:* CAES. civ. 1, 9, 6. 1, 85, 3. 3, 18, 5 LIV. 25, 15, 5 *al.* VELL. 2, 63, 1 CVRT. 5, 6, 16 TAC. hist. 2, 20 TERT. patient. 5 p. 7, 13 AMM. 21, 11, 2 *al.* ORIGO Const. 3, 7 CAES. AREL. suggest. p. 304. *abl. separ.:* -o: abigere: OV. fast. 3, 344. excludere: LIV. 32, 35, 6. viduare: APVL. met. 5, 5. vetare: CLAVD. rapt. Pros. 3, 213. ab -o: digredi: CAES. civ. 1, 26, 5 LIV. 23, 9, 3 *al.* se recipere: LIV. 24, 38, 1 *al.* *aliquem* mittere: LIV. 39, 51, 3 (*sim.* 42, 43, 4). se subducere: PETRON. 9, 10. se sequestrare: RVFIN. hist. mon. 1 p. 391^{B}. separare: PALLAD. hist. mon. I 15. *adde p. 1650, 29.* se temperare: PASS. Paul. 1. de -o: discedere: LIV. 32, 40, 4. ex -o: se recipere: LIV. 30, 31, 10. se proripere: LIV. 32, 10, 8. digredi: LIV. 35, 38, 11. discedere: AMM. 21, 12, 4. in -o: *aliquid dicere vel facere:* CIC. Tusc. 1, 101 CAES. Gall. 1, 46, 1. 7, 59, 1 civ. 3, 48, 2 *al.* BELL. Alex. 24, 5 SALL. Iug. 38, 9 NEP. Dat. 11, 3 LIV. 32, 33, 11. 36, 6, 4 *al.* TERT. nat. 1, 5. *al.* usui esse: LIV. 43, 19, 7. est *aliquis:* NEP. Dat. 11, 3 LIV. 23, 17, 1. 30, 4, 2. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 492, 4. diversatur: SVLP. SEV. chron. 1, 19, 8. est *aliquid:* CIC. Phil. 12, 27 aequitas. LIV. 42, 39, 6 fraus. MEROB. pros. frg. 1 B 11 mansuetudo. inter -um *fit aliquid:* LIV. 9, 36, 5. 24, 19, 10 *al.* SVLP. SEV. dial. 1, 17, 4. sine -o: MART. CAP. 6, 693.

2 *nominales:* a *additur gen. (subi. obi.):* *personae* (*cf. sub I*): *sing.:* CIC. Att. 2, 14, 1 βοώπιδος (*i. Clodiae*). off. 3, 1 alterius. Phil. 9, 2 *al.* CAES. Gall. 1, 34, 1 utriusque. civ. 1, 26, 5 Caninii. NEP. Dat. 10, 3 LIV. 30, 32, 8. 34, 62, 1 *al.* PETRON. 9, 10 TAC. hist. 2, 41 *al.* TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 541, 9 domini. SPART. Hadr. 12, 8 Hadriani. AMM. 24, 2, 11. *al.* *plur.:* TVRPIL. com. 212 horum. CIC. part. 32 personarum. ac. 2, 6 virorum. Phil. 2, 7 *v. p. 1650, 18.* Att. 12, 15 CAES. civ. 1, 75, 2 militum. VERG. Aen. 7, 91 deorum (OV. fast. 3, 344). LIV. 9, 6, 9 hominum (AMM. 26, 6, 4). 21, 32, 10 montanorum. 23, 17, 1 hostium. 36, 25, 5 *al.* VAL. MAX. 2, 2, 4 *al.* CVRT. 5, 6, 16 TAC. ann. 13, 38. SPART. Hadr. 20, 1 in -is ... humillimorum civilissimus. HIER. epist. 58, 6, 3 matronarum. AVG. civ. 9, 16 deorum vel daemonum. SIDON. epist. 1, 7, 3. PAVL. PELL. 77 -o Graiorum assuefactus famulorum. CASSIOD. var. praef. 8 regum. PALLAD. hist. mon. I 15 sanctorum virorum (συντυχία). *saepius.* *adde:* SIL. 12, 476 gentis. QVINT. inst. 4, 2, 107 Staieni Bulbique (*in Cic. Cluent. 70 sqq.*). GELL. 13, 2 tit. Pacuvii et Accii. *pro gen. personae pron. poss.:* TAC. hist. 4, 64 -a congressusque nostros. SVET. Vit. 2, 4 -um suum. PANEG. 3, 12. AVG. civ. 16, 29 in -o cum illis suo. *al.* *rerum, de quibus colloquia fiunt:* CIC. ac. 2, 6 rerum -a leviorum. PAVL. FEST. p. 7 in -o pacis (OROS. hist. 4, 7, 9). CARM. epigr. 1368, 6 *v. p. 1650, 83.* *nota abundantiam:* APVL. met. 5, 5 humanae conversationis -o. PANEG. 11, 29 p. 268, 4 primae salutationis fausta -a. ARNOB. nat. 1, 38 *et* 6, 4 *v. p. 1650, 79 sqq.* HIST. Apoll. rec. A *et* B 2 sermonis -o (HIL. syn. *v. p. 1650, 20*). b *locutiones praepositionales:* de *aliqua re* (*cf. p. 1651, 62 sqq.*): LIV. 25, 23, 10 FLOR. epit. 2, 6, 58 VEN. FORT. vita Germ. 30, 86? cum *aliquo:* CIC. rep. 3, 3 cum absentibus (*v. p. 1650, 16*). Cato 40 cum hostibus. Phil. 12, 27 Att. 14, 6, 1. SALL. Iug. 38, 9 cum Aulo in -o verba fecit. LIV. 5, 48, 4. 24, 31, 3 *al.* TAC. hist. 3, 60. *al.* GLOSS. V 661, 6 -um cum eo habuit. inter: LIV. 23, 16, 6 plebem ac Poenos. 23, 34, 9 se. PLIN. nat. 6, 2 duos orbes. TAC. ann. 6, 50 praesentes. FLOR. epit. 2, 6, 58. adversus: TERT. nat. 1, 5 in -o, si quando adversus nos, ... inquitis. c colloquii: iura: CAES. civ. 1, 85, 3. simulatio: HIRT. Gall. 8, 23, 4. *al.* dies: NEP. Dat. 11, 2 (colloquendi *dett.*). AMM. 30, 3, 4. vices: OV. epist. 20, 18. species: LIV. 35, 39, 6. fraus: LIV. 38, 25, 7. usus: SVET. Tib. 61, 4 GREG. M. moral. 4 praef. 1 p. 633^{D}. consortium: *v. p. 1650, 29.* sermo: HIL. in psalm. 118, 2 PRAEDEST. 1, 4 p. 589^{B}. imago: PAVL. NOL. epist. 20, 1 p. 143, 15. dicta: VEN. FORT. carm. 3, 3, 13. verba: VEN. FORT. carm. 6, 3, 14. flumen: VEN. FORT. carm. 7, 7, 36. interpres: LIV. 7, 40, 14. inexplebilis: SEN. dial. 11, 15, 1. d *epitheta:* abstrusum: AMM. 29, 2, 6. amatum: STAT. silv. 2, 1, 56. amicale: PASS. Paul. 1. amicum: LIV. 25, 18, 5 AVG. civ. 19, 8. aptum: LIV. 32, 32, 8 STAT. silv. 1, 2, 50. blandum: VAL. CEM. hom. 12, 7 p. 731^{B} HIST. Apoll. rec. A *et* B 2. clandestinum: CIC. Cato 40. *al.* commune: HIL. in psalm. 118, 2 DRAC. Romul. 8, 365. congruum: VVLG. II Macc. 14, 22. cotidianum: PANEG. 3, 12. crebrum: CAES. civ. 3, 19, 1 LIV. 25, 7, 13 *al.* TAC. ann. 15, 60 *al.* divinum: *v. p. 1650, 73.* dulce: AVG. epist. 67, 2, 3. epistulare: *v. p. 1650, 25.* fallax: LIV. 42, 52, 8. familiare: LIV. 25, 18, 5. *al.* faustum: PANEG. 11, 29 p. 268, 4. fidum: STAT. Theb. 3, 571. gloriosum: CASSIOD. var. praef. 8. gratum: ENNOD. epist. 2, 3, 2 p. 42, 8. humanum: TERT. adv. Prax. 16 p. 256, 24 RVFIN. hist. mon. 1 p. 391^{B}. incommodum: CIC. Att. 14, 6, 1. iuge: MART. CAP. 9, 937. litteratum: SEN. epist. 26, 6 (*syn.* disputationes). longum: SEN. Med. 530. malum: VVLG. I Cor. 15, 33 (ITALA Cypr. unit. eccl. 17 p. 225, 22 [*al.*] confabulationes pessimae, ὁμιλίαι κακαί); *cf. l. 68.* nescium iurandi: CARM. epigr. 712, 9. nocturnum: LIV. 23, 16, 6. *al.* obstrictum religionum consecratione: AMM. 15, 5, 30. obvium: STAT. Theb. 10, 39. occultum: LIV. 2, 27, 13. *al.* pacatum: AMM. 20, 6, 3. perniciosum: CYPR. unit. eccl. 17 p. 225, 18. pravum: ITALA I Cor. 15, 33 (Aug. serm. ed. Mai 94, 7); *cf. l. 62.* purum: VAL. CEM. hom. 12, 7 p. 731^{B}. salutare: LIV. 7, 40, 14? VEN. FORT. epist. (carm. 3, 1) 1. sanctum: CAES. AREL. suggest. p. 304. secretum: LIV. 26, 24, 1 *al.* TAC. ann. 3, 40. *al.* seditiosum: TAC. hist. 1, 53. solans: STAT. Theb. 5, 84. suspectum: SEN. Med. 530.

synonyma et iuxta posita: alloquium (?): PLIN. nat. 6, 84 *coll.* SOL. 53, 9. commercium linguae: LIV. 9, 36, 6. PLIN. nat. 3, 39 sermonis (6, 91 *coll.* SOL. 53, 18). 6, 2 vocis. communicatio: LIV. 23, 34, 9. concilium: LIV. 33, 12, 6. confabulatio: *v. supra l. 63.* fabulae: *v. p. 1650, 65.* lingua: GELL. 10, 12, 7. oratio: *v. p. 1650, 82.* sermo: CIC. Att. 2, 14, 1 ac. 2, 6 CAES. civ. 3, 18, 5 LIV. 35, 39, 7 (*opp.* altercatio). SEN. epist. 26, 6 PLIN. nat. 10, 137 SVET. Tib. 61, 4. *al.* PALLAD. hist. mon. I 15. sermo mutuus: TAC. ann. 15, 60. sermocinatio: *v. p. 1650, 70.* coetus: LIV. 9, 6, 9 STAT. Theb. 3, 571. congressus: *v. vol. IV p. 296, 2* (*cf.* CIC. ac. 2, 6 LIV. 7, 40, 2. *adde* TAC. ann. 4, 69). consessus: OPTAT. 1, 4 p. 6, 11. conspectus: *v. p. 1650, 75. adde* AVG. civ. 9, 16 PAVL. NOL. epist. 20, 1 p. 143, 15. convivium: SVLP. SEV. dial.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,5,10. usus: MART. CAP. 6,698. *opposita*: litterae: CIC. Phil. 12,28. nuntius: TAC. ann. 6,50.

*__colloquor,__ -locūtus sum, -quī *a* con *et* loqui. conlocutus: CORP. VIII 21826 (*saec. II*). *cf. infra l. 59.* quolloquor: NEP. Paus. 4,4 (*pars codd.*, cumloq- *rell.*). *legitur inde a* PLAVTO; *apud poetas praeter scaenicos his tantum locis*: CARM. inc. Cic. Tusc. 4,48 *v. l. 14.* COMM. apol. 185. 625. *notatur per* C: *v. l. 61 sqq.* GLOSS. συνλαλῶ, συνδιαλέγομαι, κοινολογοῦμαι, συνομιλῶ.

I ***loqui cum*** *aliquo* (*nec refert, utrum alter interloquatur necne, v. sub B, al.; sic etiam de litterarum commercio, cf. l. 17. 29. 35. 81. p. 1654, 29. 30. 60. v. etiam sub III. IV*): A *structurae*: 1 *absolute*: PLAVT. Amph. 223 imperatores in medium exeunt..., -untur simul. TER. Eun. 467 dare huic quae volumus, convenire et -i. CARM. inc. Cic. Tusc. 4,48 *gladiatores pugnaturi* -untur, congrediuntur, quaerunt aliquid, postulant. CIC. Caecin. 20 -untur. dies ... sumitur. Att. 6,9,3. 7,8,4 ab hora octava ad vesperum secreto -uti sumus. 13,18 -i videbamur; ... tanta erat crebritas litterarum. epist. 4,1,2 CAES. Gall. 1,43,3 *al.* BELL. Afr. 57,2 vetat te (*Aquinium*) rex -i (*supra*: cum adversariis -i). SALL. Iug. 61,4 NEP. Con. 3,3 (*opp.* per litteras agere). *al.* LIV. 2,3,7. 2,45,7 velut deliberabundi capita conferunt, diu -untur. 3,36,2 *decemviri* rari aditus, -entibus difficiles. 8,18,9 ad -endum. 9,14,2 (*supra*: cum collega se communicaturum). *al.* CVRT. 10,8,9. PETRON. 59,3 cum Homeristae Graecis versibus -rentur (*v. Friedländer ad h. l.*). PLIN. nat. 28,104 magorum infestari artes, non elici deos nec -i. GELL. 20,1,2 ad eum ... accessit -utusque est nobis ... praesentibus. APVL. met. 9,30 manu pistori ... iniecta quasi quippiam secreto -ura ... deducit eum. ITALA Is. 1,18 (Ps. Cypr. adv. Iud. 8) venite -amur (διελεγχθῶμεν, VVLG. arguite me). PANEG. 3,11. PACIAN. epist. 1,2 p. 5 ad ea (*supra*: discutere). AVG. gen. ad litt. 9,5 p. 273,13 congruentius ad convivendum et -endum duo amici ... quam vir et mulier habitarent. civ. 8,11 p. 337 (*opp.* scribere). 9,4 p. 372 securitas praebuit -endi vel etiam garriendi locum. SVLP. SEV. dial. 2,13,2 -entium murmur. CONSVLT. 9,5. SIDON. epist. 7,13,4 sermonem maximo temperamento cum -ente dispensat. CLAVD. MAM. anim. p. 90,4 de una tantum figura ... breviter -amur (*sequitur commentatio*). 2 cum *aliquo*: PLAVT. Persa 728 ubi cum lenone me videbis -i (= 468; *Vssing al. delent*). TER. Hec. 131 ut -i mecum una posset. TITIN. com. 58 cum ea ... blanditer ... -i (conloq. *L*[1], conloquia *rell.*). CIC. S. Rosc. 74 cum homine (*supra*: quicum locutus est?). Cluent. 47 *al.* har. resp. 62 ut deus ... coetus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus -atur. Phil. 12,27 consul ... cum ... duce Marsorum inter bina castra. rep. 1,28 quicum (*opp.* qui ... secum ipsi loquantur). Tusc. 1,98 -i cum Orpheo, Musaeo *eqs.* (PLATO apol. 41[A] συγγενέσθαι). div. 1,64 di cum dormientibus. Att. 6,1,24. 11,14,2 (*ibid.* tecum ... locuti). 14,16,4 *al.* CAES. Gall. 1,19,3 per ... Troucillum (*sc. interpretem*) ... cum eo -itur. 5,36,2. 3 cum Ambiorige una -antur. civ. 1,24,5 interesse reipublicae ... se cum Pompeio -i (*infra*: si coram ... disceptetur). BELL. Afr. 29,1 Germani ... cum Caesaris equitibus fide data inter se. NEP. Them. 9,4 *al.* Att. 8,4 se[d] neque cum quoquam de ea re -urum neque coiturum. IMP. Aug. Suet. Claud. 4,1 LIV. 21,24,3 *al.* VELL. 2,51,3 VAL. MAX. 6,4,3. SEN. epist. 27,1 (*ibid.* remedia communico). 67,2 CVRT. 6,8,16 TAC. ann. 2,9 *al.* PORPH. Hor. carm. 1,28,9 se (*Minoem*) cum Iove -i. COMM. apol. 185 complacuit illi (*deo*) -i cum uno de nobis. IVST. 16,4,7 *al.* HIL. c. Const. 2 AMM. 15,5,10. 16. 21,14,5 non deos caelestes cum viris fortibus -utos. VVLG. II Macc. 11,20 -i vobiscum (διαλεχθῆναι ὑμῖν). AVG. civ. 22,8 p. 569 SVLP. SEV. dial. 2,13,3 *al.* *nota formulam* cum consilio collocutus (*technice de imperatore, magistratibus*): CORP. VIII 21826 (*saec. II*) conlocutus cum ⟨consili⟩o princ(ipum) gentium. COD. Iust. 7,26,6 imp. Philippus A. cum consilio -utus dixit *eqs.* *notatur per* C·C·C: NOT. laterc. gramm. IV 289. CORP. VI 266 (*saec. III*), 24 R⟨est⟩it⟨utia⟩nus c(um) c(onsilio) c(ollocutus) d(ixit). X 3334,8. II 4125,11 leg(atus) c·c·c decretum ... recitavit. *reflexive*: secum: *de singulis*: ARNOB. nat. 2,24 secum (*sic*) potius an cum altero -aris, cum altero sermocineris an secum. EVGRAPH. Ter. Eun. 225 secum -itur (cumloquitur, conl-, coll- *codd.*; loquitur *F*, *Wessner*). *sim.* cum animo (*i. secum*): TERT. idol. 23 p. 57,5 (*de Zacharia muto*). *de pluribus* (*i. q. inter se*): APVL. met. 4,5 *bis.* 8,30. CAPITOL. Opil. 12,5 *Macrinus insui bovibus milites iussit* capitibus, ut secum (*inter se? cum imperatore?*) -i possent, exertis. inter nos, se *al.*: CIC. de orat. 1,26. 32. 122 omnes ... significare inter sese et -i. *al.* CAES. Gall. 4,30,1 *al.* BELL. Afr. 29,1. 56,2 LIV. 26,36,9 CVRT. 7,1,25 *al.* HIER. epist. 67,5. mutuo: VVLG. gen. 50,15. ad invicem: VVLG. Luc. 4,36 (συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους). 6,11 (διελάλουν πρ. ἀ.). Ioh. 11,56 (ἔλεγον μετ' ἀλλήλων). 3 *aliquem* (*i. fere q. alloqui*): PLAVT. Amph. 339 certum est confidenter hominem contra -i. Asin. 150 quem adeat, quem -atur quoique irato supplicet? 523 Argyrippum ... compellare aut contrectare, -ive aut contui. Capt. 833 perlubet hunc hominem -i. Men. 431 hunc (Most. 783). Mil. 1008 hanc. Pseud. 245 te (252). Trin. 1135 hos. 1150 homines. DAR. Aug. epist. 230,2 nos -i (alloqui *edd.*), ... scribere, ... salutare dignaris. *addo locos, ubi accusativum facile suppleas*: PLAVT. Aul. 474 hunc non ausim praeterire, quin consistam et -ar. Merc. 49 summo haec clamore *pater ad me*; interdum mussa⟨ns⟩ -i: abnuere, negitare ... me natum suom. Pseud. 620 ubi tu me novisti ... aut vidisti aut -utu's? Stich. 197 *parasitum* arcessitum missa sum. quae loquitur auscultabo prius quam -ar. TER. Andr. 974 salvos sum, si haec vera sunt. -ar. Eun. 367 conservam ... videbit, -etur. Phorm. 739 east ipsa. -ar. Ad. 446 opperiar hominem hic, ut salutem et -ar. CIC. Verr. 3,135 omnium inimicos diligenter cognoscere, -i, attemptare. Vatin. 26 ut ... eum ... revocares, -rere ..., interrogares. leg. 1,41 quid faciet ... nactus ... imbecillum ...? ... -etur, iuvabit, in viam deducet. ad Q. fr. 2,8,1 ut me et appelles et interpelles et obloquare et -are velim. D. BRVT. Cic. epist. 11,13,1 Caesari non credebam, priusquam convenissem et -utus essem. NEP. Eum. 11,2 qui ... -i consolarique (*Eumenem*) cuperent. 4 *alicui*: GELL. 17,17,2 omnium gentium viris haut umquam per interpretem -utus (locutus *OΠ*) est. TERT. adv. Marc. 4,22 p. 496,10 *v. infra l. 42.* ITALA Matth. 12,46 (cod. k) quaerentes -i illi (αὐτῷ λαλῆσαι, VVLG. loqui ei). COMM. apol. 625 Balaam sedenti asinam suam -i fecit. HIER. epist. 18[A],13,2 Moysi *deus.* CASSIAN. inst. 3,3,7. 4,16,2. 5,35. 8,11 conl. 7,6,1. 9,18,1 BOETH. trin. praef. p. 149,7. IVLIAN. epit. novell. 108,14 mulieri (*suspectus adulterii*). CONC. Matisc. a. 583 p. 156,16. *cf. infra l. 71 sqq.* 5 *adduntur de materia colloquendi*: de: CIC. Cluent. 53 de insidiis ... secum (*cum Varo*) Cleophantum -utum esse. de orat. 1,26 leg. 1,8 NEP. Dion 2,4 *al.* LIV. 2,3,7 *al.* SEN. epist. 27,1 *al.* AVG. civ. 18,23 p. 285 *al.* CONSVLT. 9,5. *al.* super *c. abl.*: AMM. 15,5,10. *aliquid*: CIC. de orat. 1,26 multum (APVL. met. 3,21. *cf. l. 26 sq.*). rep. 1,18 perpauca. NEP. Them. 9,4 rebus quas tecum -i volo. LIV. 26,36,9 multa (TAC. ann. 15,55 multa ... ac secreta. APVL. met. 8,30). FRONTO p. 99,4 N. haec ... vel scribemus ... vel coram -emur. APVL. met. 9,30 quippiam. FAVST. REI. epist. 6 p. 197,5 ardua sunt, quae pro interrogantis fervore -imur. 7 p. 201,10 pro studio tuae salutis haec -or. CONC. Matisc. a. 583 p. 156,16 aliquid secretius. *per acc. c. inf.*: CAES. civ. 1,22,1 Spinther ... cum vigiliis ... -itur: velle ... Caesarem convenire. CVRT. 6,11,34 illi -uti satis quaesitum videri. AVG. gen. ad litt. 6,21 *v. p. 1655, 1.* quod: APVL. met. 4,5 secum ... -entes, quod in proximo nobis esset habenda mansio.

B *notanda de usu*: *loqui cum bestia*: CIC. Tusc. 5,115 Polyphemum Homerus ... cum ariete ... -entem facit. AMM. 22,16,21 *Pythagoras* cum aquila -ens subinde visebatur. *cum re personata*: CIC. epist. 1,9,10 cum ipsa quasi republica. APVL. met. 3,21 Pamphile *maga* multum ... cum lucerna secreto -uta. *cum deo* (*saepius i. q. orare*): TERT. adv. Prax. 14 p. 252,5 cum illo (*deo*) Moysen -entem. adv. Marc. 4,22 p. 496,10 eum (*Moysen*) -entem domino (*Christo, Luc. 9, 32*). RVFIN. hist. 5,1,56 Blandina *in martyrio* ... spe ipsa et animi praesumptione cum Christo iam -ens (διὰ τὴν ... ὁμιλίαν πρὸς Χριστόν). CASSIAN. inst. 5,35 hora hac deo -untur eumque in semet ipsis amplectuntur. conl. 7,6,1 domino. 9,18,1. FAVST. REI. epist. 3 p. 172,26 cum eodem (*deo*) ... humano ore et more. cum consilio: *v. p. 1653, 58 sqq.* *loquuntur bestiae, res*: SVET. Cal. 50,3 qui ... pelagi ... speciem -entem secum videre visus sit *in somniis.* GELL. 15,22,5 *cervam* instinctam Dianae numine -i secum (*cum Sertorio*) monereque et docere. COMM. apol. 625 *v. supra l. 16. cf. III.* *adduntur adverbia*: simul: PLAVT. Amph. 224. blanditer: TITIN. com. 57. leniter et quiete: CIC. Tusc. 4,49. liberius: CAES. civ. 3,103,4. familiariter: CVRT. 6,8,16 (familiarissime: CASSIAN. conl. 9,18,1). Graecis versibus: PETRON. 59,3. pluribus: FRONTO p. 99,4 N. concorditer: PANEG. 3,11. cupidius: IVST. 31,4,8. summatim: PACIAN. epist. 1,2 p. 5. erectius: AMM. 15,5,16 (*VPba*, secretius *ed. Gel.*). affabilitate ... solita: CASSIAN. inst. 8,11. breviter: CLAVD. MAM. anim. p. 90,4. clam, secreto, palam *saepius. cf.* IVST. 16,4,7 tacitus (*i. clam*) cum Mithridate ... -itur. per litteras: CIC. Att. 6,1,24 epist. 1,7,1. per *interpretem sim.*: CAES. Gall. 1,19,3 civ. 1,20,1 NEP. Alc. 5,3 GELL. 17,17,2. a stiva ipsa: CIC. Scaur. 25. ex equis: CAES. Gall. 1,43,3. de muro: CAES. civ. 1,22,1. ex propinquo: LIV. 36,14,13. coram: FRONTO p. 99,4 N. HIER. epist. 67,5. facie ad faciem: HIER. epist. 18[A],13,2 SVLP. SEV. dial. 3,11,1.

II *latiore sensu i. q.* ***conversari*** *cum aliquo*: VVLG. Sirach 11,21 sta in testamento tuo et in illo -ere (ὁμίλει ἐν αὐτῇ). RVFIN. hist. 5,1,56 *v. l. 43.* *huc possis trahere* CASSIOD. inst. div. 17 p. 1134[C] in illo choro *auctorum christianorum* eum eligere poteris (*lector*), cum quo suavissime -aris. *speciatim i. q. concumbere*: ITALA (Aug. quaest. hept. 2,78 p. 145,9) *et* VVLG. Dan. 13,54 sub qua arbore vidisti (VVLG. videris) eos -entes sibi? (THEODOTIO, *ex quo Vulg.*, ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις. LXX: ὄντας σὺν ἑαυτοῖς). ITALA Dan. 13,58 (Aug. *l. l.* p. 145,18) comprehendisti eos -entes invicem (LXX *et* THEODOTIO ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις. VVLG. conprehenderis eos loquentes sibi). *cf.* AVG. quaest. hept. 2,78 p. 145,2 *sqq.*, *imprimis* 145,18 significatur concubitus. *cf. supra l. 19.*

III *obscurata vi praepositionis (sim. sub I) i. q.* ***loqui***: BOETH. in Porph. comm. sec. 1,7 p. 154,8 ut ad intellegentiam simplicem huius libri editio prima sufficiat, ad interiorem vero speculationem confirmatis paene iam scientia nec in singulis vocabulis rerum haerentibus haec posterior -atur. *cf.* trin. praef. 150,11 ut haec ... mihi tantum vobisque ... -antur.

IV *in commune (congruenter) loqui, in aliquid* ***consentire***:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. gen. ad litt. 6, 21 p. 195, 9 mors hominis, quam eum peccato commeruisse multa divina testimonia -untur.
deriv.: collocutio, collocutor, colloquium. *Hey.*

[**collotadum**] πλαστόν GLOSS. II 103, 45 (coloratum *dg*, collatum *c*). *de* coloratum *cogitasse videtur Götz, cf.* GLOSS. colorator ἰνδικοπλάστης.

?**col⟨l⟩otaurium** luta de collo tauri GLOSS. III 558, 59 (*inter nomina herbarum vel medicamentorum*).

(**colluāca**, -ae *f.*) *a* colluere *finxit* MAR. VICTORIN. gramm. VI 25, 9 non est cloaca ... sed cluaca, quasi -a.

collubrium (conl- *codd.*) NOT. Tir. 42, 17. *orig. et notionis incertae.*

collubum, -us *v.* collyb-.

?**collūcātio** (-ōnis *f. a* collucare) *latet fort. in* GLOSS. II 110, 22 conlucatis (conlocatio *fh*) εἶδος (ἔδος *f*) νεκροῦ (δένδρον *Heraeus*). *Mbr.*

collūceo, -xī, -ēre *a* con *et* lucere. GRAMM. suppl. 175, 1 conlucet *v. p. 1574, 51.* conlucis: PRVD. perist. 5, 10. GLOSS. -et περιλάμπει. NOT. Tir. 72, 53 conluxit. 72, 54 conlucet. *legitur inde a* CIC. (*11^ies*); *perfectum inde ab* EPICED. Drusi; *singulis locis*: CATVLL. LVCR. CVLEX VAL. FL. MART.; *binis*: COLVM. SIL. STAT.; *ternis*: OV. LIV. CVRT. PLIN. nat.; *saepius*: VERG. (*5^ies*) SEN. (*quater*) TAC. (*quater*).

I *intransitive*: **A** *proprie*: **1** *collucent res*: **a** *absolute i. q. una vel undique vel plena luce lucere, lucem diffundere, fulgere, splendere*: *res lucidae*: CIC. Arat. 208 clare -ens Scorpius. 263 claro lumine. 286. 322 rutilo ... corpore. 327. nat. deor. 2, 40 sol ⟨in⟩ immenso mundo tam longe lateque -eat. VERG. Aen. 4, 567 faces (CVRT. 3, 8, 22). 9, 164 ignes *excubiarum* (CVRT. 3, 8, 18). OV. epist. 14, 25 lampades. SIL. 9, 608 Vulcanius ardor. PLIN. nat. 2, 10 tot stellarum illos -entium oculos (PS. QVINT. decl. 4, 13 *sidera* [FIRM. err. 17, 4]). SIL. 5, 511 contermina caedis -et rapidoque involvitur aesculus igni. *alia*: CATVLL. 64, 45 -ent pocula mensae. PLIN. nat. 10, 132 quarum *alitum* plumae ignium modo -eant noctibus. 37, 119 in his *sappiris* aurum punctis -et. GELL. 1, 2, 2 lavacris nitidis et abundis et -entibus. IVVENC. 4, 405 pulchra Caiphaeae -ent atria sedis. **b** *additur*: *ablat.*: CIC. Verr. 1, 58 vidi -ere omnia furtis tuis (*i. signis raptis*). 5, 71 cuius *candelabri* fulgore -ere atque illustrari Iovis Optimi Maximi templum oportebat. nat. deor. 2, 99 quorum *hominum* operibus agri, insulae litoraque -ent distincta tectis et urbibus (*cf.* APVL. mund. 4 *terra* villulis urbibusque -ens). Tim. 31 ut quam maxime caelum *sole* omnibus -ret. VERG. Aen. 5, 4 quae *moenia* iam infelicis Elissae -ent flammis (VAL. FL. 3, 351 aequora). 11, 209 -ent ignibus agri (OV. met. 4, 403 aedes. STAT. silv. 1, 6, 89 polus ignibus *lucernae*. TAC. hist. 5, 13 templum. SVET. Tib. 14 arae. *cf.* CVRT. 3, 3, 3 castra ... magno ignis fulgore. AMM. 20, 3, 6 nubes aeternorum ignium propinquitate. 25, 10, 3). CVLEX 217 taedis limina. LIV. 24, 21, 9 luminibus (TAC. hist. 3, 38 per noctem. ISID. orig. 14, 8, 30 lucus potest et a -endo crebris luminibus dici, quae ibi propter gentilium religionem fiebant). SEN. Thy. 908 tecta -ent face. OV. fast. 5, 363 purpureis -ent floribus agri (*cf.* COLVM. 10, 293 fetibus horti). MART. 2, 46, 3 suppositis -ent prela lacernis. PANEG. 10, 29 auro arma *Caesaris* -ent. SEDVL. carm. pasch. 1, 14 (*in imag.*) -entque (conlutent *T*, collucant *A*) suis aurea vasa favis *in cena doctorum velut divitum*. CASSIOD. var. 8, 33, 3 -ere pulcherrimis stationibus latissimos campos. *nota*: COLVM. 3, 21, 3 versicoloribus pomis gravidus -et (conlocet *A*, conlòc& *S*) autumnus. *praepositiones*: ab: CIC. ac. 2, 105 qua *mare* a sole -et, albescit et vibrat. LVCR. 6, 882 taeda ... per undas -et (TAC. ann. 3, 4 -entes per campum Martis faces). EPICED. Drusi 257 qualis in Herculeae -xit *flamma* collibus Oetae (SEN. nat. 7, 5, 2 *trabes* in eadem caeli parte -ent). STAT. Theb. 2, 553 totum sub armis -ere iter. **2** *homines*: SEN. Ag. 543 caeco mari -et Aiax. VERG. Aen. 10, 538 totus -ens veste atque insignibus armis *sacerdos* (DECL. in Catil. 39 calamistratos ac vestibus -entes. PRVD. perist. 5, 10 -is insigni stola). LIV. 4, 33, 2 facibus ardentibus tota -ens *multitudo*. 38, 6, 2 tota -ente flammis acie. TAC. hist. 3, 23 Vitelliani adverso lumine *lunae* -entes. *adde*: PAVL. NOL. carm. 23, 264 sanus *oculus* cernitur aeterni -ens munere (*i. gratia*) Christi.
B *translate*: *de rebus i. q. apparere, evideri*: SEN. benef. 4, 21, 6 placebit illi ignis, per quem bona fides -bit. PS. RVFIN. in Am. 8, 11 *Iudaeorum* ipsa calamitas in ipsa rerum attestatione -et. CASSIOD. inst. div. 15 in ecclesia domini quasi quibusdam lampadibus competenter accensis (*sc. scriptis patrum*) ... totum splendidum ... -eat. *nota impers., seq. infinit.*: PS. RVFIN. in Os. 6, 5 rerum exitu pendente -eat me (*deum*) bonas affectiones ... expetisse. *de hominibus i. q. praeclarum esse, splendere*: CASSIOD. in psalm. 118, 25 quamvis sancti *in vita* . . . multa virtutum varietate -eant.
II *transitive fere i. q. collucare*: MARTYR. gramm. VII 165, 4 artem ... grammaticam nostris auctoribus ... visum fuit insistere et illustrissimis suis nos -ere sudoribus *eqs.*
deriv.: collucescere.

collucernātio *v.* collurcinatio.

collūcēsco, -lūxī, -ere *cf. c.* collucere *et c.* lucescere, illucescere *sim.* NOT. Tir. 72, 55 conlucescit. *proprie*: OROS. hist. 3, 23, 3 (*in imag.*) horrendi subito bellorum globi -xerunt *ut foci*. 5, 3, 1 *duarum urbium* miserabile -xit incendium. *translate*: AMM. 16, 1, 4 incrementis velocibus ita domi forisque -xit *Iulianus*, ut. PS. RVFIN. in Os. 2, 21—24 tunc primum (*aetate apostolorum*) exaequatio *bonorum* ... -xit. *impers.* collucescit *i. q. apparet*: BOETH. in top. Cic. 1 p. 271, 8 quod praeceptis ostenditur, exemplis multipliciter -at.

collūco, -āre [*a* con *et* lux *ductum esse videtur, cf.* interlucare. *Th.*]. cōlūco *fort. infra l. 12.* PAVL. FEST. p. 37 -are dicebant, cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini. FEST. p. 348 -are *est* succisis arboribus locum implere luce. GLOSS. -o διακαθαίρω δένδρον. *cf.* Plac. V 14, 30 (55, 40) conlocare deputare. *cf.* ANTH. 19, 15 pedam ... -are (colucari *cod.*). *v. Loewe, Glossae nominum p. 210.* CATO agr. capit. 148 quem ad modum lucum -are debeas. agr. 139 lucum -are Romano more sic oportet. COLVM. 2, 21, 3 *feriis non permittitur* arborem -are. *intrans.* (*i. q. collucere*)?: *v.* SEDVL. carm. pasch. 1, 14 *p. 1655, 53.*
deriv.: *fort.* collucatio?

***colluctātio**, -ōnis *f. a* colluctari. *legitur inde a* SEN. phil. *duobus locis* (RHET. Her. 1, 15, 25 *pars codd., emendatur* collocutio); *increbuit apud* ECCL.

1 *i. q. collisio, nisus, pugna, lis, rixa*: **a** *proprie de luctatoribus*: VLP. dig. 9, 2, 7, 4 si quis in -e vel in pancratio vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit. LACT. inst. 1, 17, 13 in illa -e *Vulcani cum Minerva*. AMM. 15, 3, 4 ut in -bus callere nimis quidam solent palaestritae (*in explicando calumniatoris cuiusdam nomine* Catena). NOVATIAN. trin. 19 figura ipsa -is *Iacob cum homine* (*cf. Vulg. gen. 32, 24*). *al. cf.* PS. PHOEBAD. fid. 8 PAVL. NOL. epist. 5, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 9, 7. *de amplexu venereo*: APVL. met. 2, 17 his ... -bus ... pervigiles egimus. 9, 5 dum Veneris -bus securius operantur. *de bestiis*: COLVM. 6, 2, 4 distent *buculi* inter se aliquanto spatio, ne in -e alter alteri noceat. *nota*: TERT. virg. 11 non sustinuit *Rebecca* dexterae -em (*i. coniunctionem firmam*) nec osculi congressionem nec salutationis communicationem. **b** *i. q. pugna sim.*: PS. QVINT. decl. 11, 2 in furorem se magnae -is exercuit. *ibid.* in cuius feritatis -e duravi. 19, 11 ex maximi facinoris (*i. parricidii*) -e (coniunctione *vel* coniunctatione *codd.*) veniens. AMM. 28, 5, 3 *Severus* barbaros ante -em adeo terruit, ut. CASSIOD. in psalm. 70, 5 (*in imag.*) *iuventus* ad certamen dirigitur et ad -es arduas ... praeparatur. *de luctatione in morte*: SEN. nat. 3, 18, 1 (*de bestia*) ipsa -e *mulli* ... rubor primum, deinde pallor suffunditur. PS. QVINT. decl. 2, 20 *strepitum* factum -e morientis. TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 16 non exaggera⟨re⟩t *apostolus* atrocitatem extollendo virtutem -is (collectionis *codd.*) *Christi*. *cf.* PS. QVINT. decl. 5, 15 *vulnera* repugnantis roboris -e vincuntur. *i. q. lis, rixa*: SEN. dial. 2, 19, 1 non est in rixam -emque veniendum. PS. QVINT. decl. 17, 8 victi *patris* et redeuntis in damnatam -em *ad iudices*. DON. Ter. Phorm. praef. 3, 3 tum lenonis et Phaedriae -o *sequitur*. *nota*: QVINT. inst. 11, 3, 56 est aliis concursus oris et cum verbis suis -o.

2 *i. q. conflictatio, vexatio*: ITALA (Priscill. tract. 1, 13) *et* VVLG. Eph. 6, 12 non est vobis (VVLG. nobis) -o contra (VVLG. adversus) carnem et sanguinem (πάλη; *cf.* NOVAT. p. 67^A RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 2 PAVL. NOL. epist. 40, 10 AVG. c. Secundin. 10 [*bis*] c. Fort. 23 agon. 5, 5 in Iob p. 622, 20 in psalm. 29, 2, 1. 55, 4. 143, 18 FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 5. *cf.* AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 72 est ... inter carnem et spiritum -o. LEO M. serm. 42, 2). FIRM. err. 14, 2 cum ... Christus cum diabolo divina maiestatis suae -e certaret. ZENO 2, 18, 3 in -e martyrii (*cf.* HIER. in Gal. 1, 6 p. 381 absque -e et tormentis. PASS. Rogat. 2 persecutionis). PASS. Mar. Iac. 3 quaererent in terrena -e ... victoriam (*cf.* PASS. Max. 2 in hac -e. CASSIOD. in psalm. 62 concl. mundi istius. 113, 25 multiplici [*syn.* agone]. 114, 8 istius vitae). OP. imperf. in Matth. 12 p. 698 quod cum maiore -e facimus, pro illo dignius coronamur. CASSIOD. in psalm. praef. unde se possint *haeretici* aliqua -e defendere. 118, 69 qui subiturus erat -is incertum (*syn.* certamen).

colluctātor, -ōris *m. a* colluctari. LACT. opif. 1, 7 ille -r et adversarius noster (*sc. diabolus*) scis quam sit astutus. PS. RVFIN. in Os. 12, 3—6 quod eo protectore sublimandus esset *Iacob*, quo -e (*i. deo*) bene extitisset superior. *ibid.* a -is sui simulatione.

colluctor, -ātus sum, -ārī *a* con *et* luctari. *inde a* SEN. contr. GLOSS. συμπαλαίω. NOT. Tir. 95, 55 conluctatur. **1** *collidi, confligere, rixari, pugnare* (*de bestiis: l. 76. 78. 81*): **a** *absolute*: SEN. contr. 1, 2 them. militem ... -antem et vim inferentem *meretrici* (*ante coitum, cf. l. 76 et p. 1657, 5. 10sq.*). SEN. nat. 5, 2 nascitur ventus, cum illa *corpora*, quae -bantur (*i. collidebantur*), incubuere. COLVM. 6, 37, 10 ne femina (*i. equa*) -ari ... possit. SVET. Dom. 17 *Domitianum* -atum *esse* diu *cum Stephano*. APVL. met. 2, 32 ut quemque *latronum* -antem offenderam. TERT. apol. 9 aper ille, quem cruentavit, -ando detersit. AMM. 20, 7, 6 ambobus (*Persis et Romanis*) obstinatissime -atis. 30, 6, 6 animam diu -atam efflavit *Valentinianus* (*cf. p. 1657, 24*). PELAGON. 213 ne se -ando (*i. torquendo*) vexet *equus*. VVLG. Sirach 51, 25 (*in imag.*) -ata est (διαμεμάχηται) anima mea in illa *sapientia*. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 133 *convenit* alienis laboribus exercitio, hoc est -antium vel co⟨ex⟩ercentium, quam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graeci haterocopian vel *τραχελισμόν* vocant. PS. AVG. serm. 51,1 (*in imag.*) fortiter -atus est diabolus. *nota*: HIER. epist. 96,3 -antibus (*i. furentibus*) ventis et ex omni parte fluctibus excitatis. SVLP. SEV. epist. 1,13 crepitante et -ante incendii sono. **b** *seq.* cum (*adde l. 41. 48 sq.*): SEN. contr. 1, 2, 6 negas -atam te *meretricem* tamen cum viro. NOVATIAN. trin. 19 qui -batur (*cf.* VVLG. gen. 32, 24 luctabatur. LXX *ἐπάλαιεν*) tunc cum Iacob (*cf.* HIL. syn. 38. 49 in psalm. 68, 19 MAXIMIN. c. Ambr. 134 SVLP. SEV. chron. 1, 9, 6 AVG. serm. ed. Mai 80, 2 *cf.* HIER. epist. 22,11. *seq. dativ.*: ZENO 1, 2, 3 deo. HEGES. 5, 16, 28 domino. PAVL. NOL. epist. 24, 8 [*syn.* congrediendum]). ARNOB. nat. 5, 9 -atus ... cum invita *matre* est *Iuppiter* (*antea*: certamen). IVST. 13, 8, 8 Neoptolemus cum Eumene. AMM. 31, 7, 16 Romanos cum ... multitudine. AMBR. parad. 12, 55 quae *potestates* veluti -antur nobiscum (*cf. Vulg. Eph. 6,12*). HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 801 non est opus sapientiam dei descendere et cum ea *sapientia mundi* -ari. *nota cum re* (*translate*): SEN. dial. 1, 2, 7 magnos viros -antes cum aliqua calamitate (*praecedit* rixa). 5, 43, 3 cum minoribus malis. nat. 1 praef. 5 cum affectibus (epist. 85, 6). epist. 28, 7 cum difficultatibus rerum (*postea* pugna). 52, 1 cum animo nostro. 66, 1 cum corpusculo suo. COLVM. 1, 3, 9 cum sit -andum cum eo *agro*, si fundus praevaleat, allidi dominum. PLIN. nat. 27, 5 cum eo solo *veneno* -atur *aconitum haustum* veluti praesentius invento. GELL. 12, 5, 9 philosophum ... cum petulantia morbi. TERT. scorp. 9 (*in loco corr.*). IVL. VAL. 3, 56 rex ... cum illa pernicie (*i. veneno*). AMM. 21, 15, 3 cum anima ... iam discessura. 31, 6, 4 cum tot cladibus. INSCR. christ. Rossi II p. 244, 2 cum ⟨m⟩u⟨n⟩do -ans (cum lutans *cod.*) nudus hanc nudam sequere crucem. **c** *seq.* contra: NOVATIAN. trin. 19. PS. AVG. quaest. test. I 126, 6 contra hostes christiani nominis. adversus: AVG. c. Secundin. 10. **d** *seq. dativ.* (*cf. supra l. 9*): TERT. carn. 3 homini angelus. pudic. 22 tormentis. HEGES. 4, 2 casibus. PRVD. ham. 521 bis -amur praedonibus (*syn.* congredimur, *coniunguntur* luctamen, bellum). PAVL. MED. adv. Cael. 3 sibi. CASSIAN. inst. 5, 11, 1 robustioribus aemulis (*seq.* conflictu). conl. 2, 13, 9 quibus *hominibus* ille *diabolus* cotidie confligere et -ari ... instigatur. **2** *latiore sensu i. q. repugnare, discrepare*: PRISCILL. tract. 10, 134 -antia inter se mundi et dei in nobis opera. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 7, 8 gemini inter se -antur errores. CASSIOD. in psalm. 32, 20 quae *patientia* omnia vincit adversa non -ando, sed sustinendo, non murmurando, sed gratias agendo. *i. q. contendere, disputare*: IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 386 potius ... est, si litis condicio patitur, adversarium ab actione depellere quam cum intentionibus eius -ari. AMM. 30, 4, 19 quasi cum Antaeo vetere -ati perseveranter flagitant ... mercedes *advocati*.
3 *attenuata fere vi praepositionis i. q. coniti, versari*: SIDON. carm. 7, 193 ludus erat -anti ... lacerto vasta per adversas venabula cogere praedas. MART. CAP. 5, 441 in superiore (*sc. quaestione finita*) crebro assidueque -or (*postea* versor). *seq. infin.*: MART. CAP. 4, 336 his praeceptis parere -ans *dialectice*. **4** *i. q. una (cum altero) niti, collaborare*: MAR. VICTORIN. in Phil. 1, 27 -amini (*cf. gr. συναθλοῦντες*; ITALA Mar. Victorin. *in l.* concertantes, VVLG. collaborantes) una anima cum fide euangelii.

synonyma: collaborare, confligere, congredi, versari.

?**collūdio**, -ōnis (*f.?*). GLOSS. IV 41, 6 conlutiones (colludiones *Götz*) studiis intentas, studentes fabulas (famulas *Cassin.*, feminas *Heraeus*). *cf. l. 58.*

collūdium, -ī *n.* [*a* colludere. *Th.*]. *masc.* conludius: LEX Sal. capit. 4, 10. *at* GRAMM. suppl. 41, 25 sic declinandum est per omnes hos casus: ... -um vinculum. GLOSS. -um *συνδοιασμός*; turpis ludus; est dolus. *cf.* II 442, 31 *συμπαιγνία* conlusio conludio (*i.* conludium?).

1 *i. q. lusus, iocus*: *de amore*: SOL. 12, 10 post assueta -a recedentem *puerum* impatientius sequitur *delphinus*. SYMM. epist. 3, 5, 2 quia pares sumus, dulce -um est, ut cum altero neuter expostulet. **2** *i. q. consilium dolosum, conspiratio clandestina, dolus, fraus* (*frequenter in iudicio; saepius vi praepositionis evanida de fraude unius*): SOL. 9, 17 cum nuptias ageret *Philippus luscus*, acciti tibicines carmen cyclopium quasi de -o concinuisse traduntur. SYMM. epist. 4, 20, 1 -o quodam moratus *frater* indicium. 4, 50 agnosco religiosa -a. 5, 54, 4 cuius scrinii -o publica damna latuerunt. AMM. 18, 5, 1 debitum per -a in nomen fisci translatum. 30, 4, 19 ex praemeditato -o. COD. Theod. 9, 42, 7 (*a. 369*; COD. Iust. 9, 49, 7) per gratiam atque -um. 9, 42, 20 (*a. 408*) si iussa nostra aut dissimulatione neglexerint aut -o praetermiserint. 16, 2, 39 (*a. 408*) ut -o ... locus non sit. *ibid.* illicitam coniventiam et -a foeda (COD. Iust. 11, 32, 3, 1 [*a. 469*] sine ulla fraude seu nundinatione vel -o seu coniventia ... venditiones procedant). 11, 30, 64 (*a. 412*) ne ... -um differat litigantem. *ibid.* eorum culpa atque -o. CYPR. GALL. Ios. 290 callida versuto celerant -a (conlodia *B*) facto. CASSIAN. conl. 15, 1, 5 -o daemonum ac factione. LEO M. epist. 19, 1 novo ambitu foedoque -o (*cf. supra l. 73*). SIDON. epist. 1, 2, 7 sine motu evaditur, sine -o evadit *in ludendo tesseris*. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 134, 12 velut assentante -o. MAX. TAVR. serm. 43. ENNOD. dict. 1, 13 p. 426, 29 adhibito ... -o. NOVELL. Iust. 54, 2 pr. si ... quoddam -um (*συμπαιγνία*) fiat (LEX Sal. capit. 4, 10). GREG. TVR. Franc. 6, 31. 10, 11. GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 24 *feminae* -o ac suggestione. p. 50, 17 *regis* -o et uxoris dolo. LEX Burg. lib. const. 6, 3 suorum -o aut conscientia. 6, 6. extr. 21, 9 fraudem aut -um. LEX Sal. capit. 4, 9, 1 intercedente -o. 4, 12, 1. LEX Visig. 2, 3, 3 si ... aliquod -um fecerit. 5, 4, 17. 7, 1, 5. *cum genet. rei*: SYMM. epist. 1, 92 ne videatur inertiae quoddam esse -um semper aequa lance censeri *in litteris dandis*. 10, 23, 4 nescio quis ... de officii mei -o vel iniquitate conquestus est. COD. Theod. 15, 1, 41 (*a. 401*) absque ullius gratiae -o. *nota*: AMBR. in psalm. 1, 13 noli putare, quod -um tibi praestet silentii *diabolus* (*i. factum tuum celet*), qui vult tecum supplicii habere consortium.

synonyma et iuxta pos.: ambitus, coniventia, conscientia, culpa, dissimulatio, dolus, fraus, gratia, nundinatio, suggestio.

collūdo, -sī, -sum, -ere *a* con *et* ludere. *in codd.* (*cf.* GLOSS. III 159, 16. 17) *hic illic scribitur* conclud-. GLOSS. *συμπαίζω*. -it *συνδοιάζει, συμπαίζεται. συμπαίζει*. NOT. Tir. 50, 15 -it. 50, 20 -sit. *legitur inde a* CIC. (*et* VARRONE? *v. infra l. 17*); *singulis locis*: CIC. VERG. HOR. PETRON. PLIN. nat. QVINT. decl.; *quater*: SEN. contr.; *saepius apud* ICTOS *et posteriores*. [*dub. et corr.*: VARRO ling. 7, 21. LAMPR. Comm. 2, 9 coniusit *codd.*, conlusit *Petschenig*. ITALA (cod. k) Marc. 9, 18 *v. sub* collido *p. 1603, 18.*]

I *de animantibus*: **A** *proprie i. q. ludere cum aliquo*: *absolute*: VLP. dig. 47, 10, 15, 23 si quis -endi, si quis officii honeste faciendi gratia *assectatur* (*συμπαῖξαι BS*). *adde de bestiis*: PLIN. nat. 8, 5 vulgare erat *elephantis in harena* ... gladiatorios congressus edere aut lasciviente pyrriche -ere. CASSIOD. var. 8, 33, 6 -unt illic gregatim laetissimi pisces. *de sortiendo digitis*: CORP. VI 1770, 8 ratio docuit ... consuetudine micandi summota sub exagio potius pecora vendere quam digitis -entibus (concludentibus *Cyriacus*) tradere. *c. dativo*: HOR. ars 159 gestit paribus -ere *puer*. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 165 habet ... quidquam *calculorum ludus*, quod animum exerceat et magis si peritior aegrotanti -at. **B** *translate i. q. lusorie agere, praevaricari, fraudi una interesse, ex composito fallere, tam in iudicio quam extra id*: *absolute*: SEN. contr. exc. 5, 3 omnes aiebant fratres -uros (*i. non serio dimicaturos esse*). contr. 9, 4, 5 fili, fortius ... feri, ne nos -ere tyrannus intellegat. PS. QVINT. decl. 6, 20 nemo non vos (*matrem et filium*) putasset -ere. VLP. dig. 4, 3, 5 tutore auctore -ente. 19, 1, 13, 27 procuratore (47, 10, 17, 15). 4, 3, 7, 9 transferre iudicium sub exceptione hac 'si -sum est.' 43, 29, 3, 10 quam *personam* verisimile est -ere vel calumniari. PRVD. perist. 10, 970 nundinatum hunc *medicum* arguit mercede certa pactus ut -ret. *cum aliquo*: CIC. Verr. 3, 58 nisi tecum tum -isset *Volcatius* (*cf.* ARVS. gramm. VII 462, 12). SEN. contr. 1, 5, 8 *puella* cum raptore (2, 3, 17). 7, 4, 2 cum matre (PS. QVINT. decl. 16, 1). PETRON. 44 *aediles* cum pistoribus. QVINT. decl. 388 p. 439, 5 cum avia. IVLIAN. dig. 41, 4, 7, 6 emptor cum procuratore. VLP. dig. 19, 2, 19 pr. cum tutore (44, 4, 4, 23). 29, 4, 6, 8 coheres ... cum patrono. 48, 5, 3 maritum ... cum uxore (*opp.* ex animo accusare). MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 6 praevaricatorem eum esse ostendimus, qui -it cum reo. OP. imperf. in Matth. 54 p. 945 cum *hoste*. *c. dativo*: AVELL. p. 42, 12 sibi invicem sub impia dissimulatione -unt *haeretici* (OP. imperf. in Matth. 19 p. 742). SIDON. epist. 2, 1, 3 illudens praefectis -ensque numerariis.

II *de rebus*: *per ludum agitari*: VERG. georg. 1, 369 *videbis* summa nantes in aqua -ere plumas *ante tempestatem*. *vario colorum lusu splendere*: ALC. AVIT. carm. 6, 588 sanctis *pueris in fornacem missis* dum mollior ignis serviit et tepido -sit (conclusit *pars codd.*) pruna rubore. CASSIOD. var. 1, 6, 2 venis -entibus *marmorum*. 5, 1, 1 tanta varietatis umbra -it, ut intextum magis credas variis coloribus lucidum metallum. or. frg. p. 481 prasini tremula viriditate -unt. *seq. dat.*: AVSON. 361, 9 caulibus *vidi* ... patulis teretes -ere guttas.

syn.: calumniari, praevaricari. *oppos.*: ex animo accusare.

deriv.: colludium (colludio?), collusio, collusus, collusor, collusorie.

collūgeo, -ēre *a* con *et* lugere. *absolute*: CAEL. AVR. chron. 2, 5, 88 lacessiti *cataleptici* -ent, ingemunt attestante vultus rubore. *seq. dativ.*: PS. AMBR. laps. virg. 1, 2 audite me nunc, qui ... ecclesiae eius (*domini*) gaudio congaudetis et tristitiae -etis. *acc.*: VISIO Pauli 10 nos quidem angeli eorum (*hominum*) -emus eos. [*Hofmann.*

colluitio *v.* collutio *p. 1665, 50.*

×collum, -ī *n.* (**collus**, -ī *m.*) [*i. q. got.* hals 'collum'. *Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 60 -um dictum, quod sit rigidum et rotundum, ut columna, baiulans caput et sustentans, quasi capitolium. cuius anterior pars gula vocatur, posterior cervix. GLOSS. *τράχηλος. αὐχήν*. *de genere*: NON. p. 200 -um neutri est generis. masculino Accius (*trag. 302*). DVB. NOM. gramm. V 573, 24 (*citatur* PRVD. cath. 9, 180). *masc. vetustiores omnes, legitur*: NAEV. com. 115 PLAVT. Amph. 445 (*Nonius*, -um *codd.*) Capt. 357. 902 Persa 691 Rud. 888 (*Priscianus*, -um *codd.*) CAECIL. com. 56. 215 CATO or. frg. 77 ACC. trag. 302 LVCIL. 268. 703 VARRO Men. 500 CALV. or. frg. Quint. inst. 1, 6, 42 FRONTO p. 38, 5 N. TAB. devot. Audollent 135 A 5 INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 207 GLOSS. III 175, 37. 310, 59. 403, 18. *neutr. sing.* -um *inde a* CIC. Brut. 313, *plur.* -a *inde a* CATVLLO CIC. nat. deor. VARRONE rust. *de formis*: *frequentant poetae pluralem prae singulari, imprimis nom. acc. pl.* colla; *singulares formae notantur*: -is: OV. Pont. 2, 1, 43 (*ad l. cf. Maas, Archiv 12 [1902] 532*) AMM. 14, 6, 9. -orum: CIC. S. Rosc. 80 CAEL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVR. chron. 5, 10, 94. *vox inde a* NAEVIO PLAVTO CATONE *a poetis frequentata* (*praeter* TER., *cui deest, et* LVCR. *ter*) *raro legitur apud scriptores usque ad saec. II* (*ex. gr. non habent*: CAES. SALL. NEP. TAC., *singulis locis*: VELL. VAL. MAX., *binis*: LIV. CVRT., *saepius*: CIC. SEN. COLVM. PLIN. nat.), *inde saepius, imprimis in* VVLG.
[*it.* collo, *francog.* cou, *hisp.* cuello. *M.-L.*]

I *proprie corporis pars*: **A** *hominum*: **1** *generatim*: PLAVT. Amph. 445 sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum vel labra, malae, mentum, barba, -us (*Non.*, -um *codd.*): totus. Persa 312 quid hoc hic in -o tibi tumet. :: vomicast. LVCIL. 948 -o caput ⟨su⟩stentatur, truncus sustinetur [a] coxendicibus (NIGID. frg. Isid. orig. 11, 1, 72. SEN. Phaedr. 368 vix labante sustinet -o caput. *v. etiam l. 26 sq. cf.* LVCR. 5, 541 nec caput est oneri -o. SEN. dial. 8, 5, 4 caput ... -o flexili imposuit *natura*. ARNOB. nat. 3, 13 caput ... tereti rotunditate -i erectum. HIER. epist. 39, 1, 3 pallentem trementemque faciem vix -um tenue sustinebat). CIC. Tusc. 5, 58 ne tonsori -um committeret, tondere filias suas docuit *Dionysius*. LVCR. 6, 1187 sudorisque madens per -um splendidus umor (*cf.* PETRON. 67 sudario manus tergens, quod in -o habebat. SVET. Nero 51 ligato circum -um sudario). VERG. Aen. 7, 394 ventis dant *matres* -a comasque. PROP. 4, 8, 77 -a cave inflectas (*cf.* OV. ars 3, 784 effusis -a reflecte comis). OV. epist. 18, 198 -aque pulvino nostra ferenda dedi. met. 1, 497 spectat inornatos -o pendere capillos. 2, 275 *Tellus* sustulit oppressos -o tenus arida vultus. 3, 182 altior illis (*nymphis*) ipsa dea (*Diana*) est -oque tenus supereminet omnes. CELS. 8, 1 utrimque recti valentesque nervi -um *continere* (*cf.* SEN. dial. 1, 6, 8 articulus ille qui caput -umque committit). SEN. Oed. 1054 relevate -a. MART. 1, 109, 8 *Issa* -o nixa cubat. IVV. 2, 41 hirsuto spirant opobalsama -o quae tibi? (*cf.* 3, 68). 3, 88 longum invalidi -um cervicibus aequat Herculis. AMM. 17, 7, 5 -o tenus aggeribus obruti (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 20). HIER. epist. 54, 7, 1 candorem oris et -i. *nota*: SCHOL. Ter. p. 155, 26 colaphus dicitur incussio -i. **2** *speciatim*: **a** *portandi sim. facultas in -o posita*: PLAVT. Asin. 657 hic pone, hic istam colloca cruminam in -o plane (Epid. 360. *cf.* Truc. 652 homo cruminam sibi de -o detrahit. 956 pecua ad hanc -o in crumina ego obligata defero). Bacch. 571 tollam ego ted in -um atque intro hinc auferam. Capt. 779 coniciam in -um pallium (Epid. 194 palliolum). Mil. 1399 quasi puero in -o pendeant crepundia. CATO or. frg. 77 accipite, si vultis, hoc onus in vestros -os. VARRO ling. 7, 97 quod pueri[li]s turpicula res in -o quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa Scaevola appellata (*cf.* 7, 107 in Stigmatia 'praebia' a praebendo, ut sit tutus, quod sint remedia in -o pueris). CATVLL. 10, 23 fractum qui veteris pedem grabati in -o sibi collocare posset. PROP. 2, 1, 68 ne tenera assidua -a graventur aqua (*cf.* OV. Ib. 356 Belides assidua -a premuntur aqua). EPICED. Drusi 208 certat onus lecti generosa subire iuventus et studet officio sedula -a dare. VITR. 10, 3, 7 ut ... aequas partes -is singuli ferant operarii. 10, 3, 9. MANIL. 5, 116 *pastori* fistula -o haereat. SEN. Herc. f. 72 meliusque -o sedit Herculeo polus. apocol. 15 irrita Sisyphio volvuntur pondera -o. COLVM. 2, 21, 3 arbores ... -o vel mulo clitellario afferre. LVCAN. 1, 603 Salius laeto portans ancilia -o. 8, 732 ut Romana suum gestent pia -a parentem (*cf.* HYG. astr. 2, 34 *Cedaliona* -o ferens *Orion excaecatus*. STAT. Theb. 10, 786 subit *heros* agmine longo -a inter iuvenum. HIL. op. hist. frg. 3, 9 consecratum domini corpus ad sacerdotum -a suspensum). PETRON. 38 -o suo ligna portare (*cf.* PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 6 farinam -o portari imperavit. COMM. instr. 2, 39, 16 victualia). 46 -o suo circumferebat onera venalia. 70 in -o (*sic Heins. pro* loco) adhuc amphoras habebant. PLIN. nat. 30, 125 *vermiculi* adalligati -o continent partum. 32, 74 *al.* (*cf.* 20, 215 radicem eius [*porcillacae*] filo suspensam e -o gerere. *sic aut sim. passim*). SVET. Vesp. 8 ruderibus purgandis manus primus admovit ac suo -o quaedam extulit. APVL. met. 9, 7 calamitosus faber -o suo gerens dolium (*cf.* IVST. 2, 6, 19 sarmenta -o gerens). TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 396, 16 de nutricis aut gerulae suae -o sive dorso hostem destinaturus *infans* (*cf.* CAPITOL. Max. Balb. 9, 4 neque sedasset tumultum, nisi infantem Gordianum ... longissimi hominis -o superpositum produxisset. 15, 6. HIER. epist. 14, 2 licet parvulus ex -o pendeat nepos. 60, 9). TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 538, 26 molino saxo ad -um deligato (*cf.* VVLG. Luc. 17, 2 si lapis molaris imponatur circa -um eius [περὶ τὸν τράχηλον] *et cf.* ITALA Matth. 18, 6 [Hil. in Matth. 18, 2] mola asinaria -o suspensa [VVLG. suspendatur in -o eius]). COMM. apol. 650 grabatum in -o ferentem *paralyticum admirari*. FILASTR. 21, 2 p. 9, 30 formulas diversas ... baiulabant in -o. AMM. 14, 6, 9 sub ponderibus lacernarum, quas in -is insertas cingulis ipsis adnectunt.
b *ornatus locus*: PLAVT. Capt. 357 quod -us collari caret. CAECIL. com. 215 immo -us, non res: nam ille argentum habet. NINN. carm. frg. 1 -um marmoreum torques gemmata coronat. QVADRIG. hist. 18 torquem ... sanguiuulentam sibi in -um imponit (LIV. 7, 10, 11). CIC. Verr. 4, 76 haec civitas mulieri in redimiculum praebeat, haec in -um (*sic pars codd. cf.* OV. epist. 9, 71 detrahat Antaeus duro redimicula -o. fast. 4, 135 *sqq.*). VERG. Aen. 1, 654 -oque monile bacatum *pro munere fertur* (CIRIS 170 OV. epist. 9, 57 met. 5, 52 *passim. cf. expl.* PAVL. FEST. p. 138). Aen. 5, 559 it pectore summo flexilis obtorti per -um circulus auri. 8, 660 lactea -a auro innectuntur. 10, 135 gemma aut -o decus aut capiti. 11, 11 ensem -o suspendit eburnum. HOR. sat. 2, 3, 256 ex -o furtim carpsisse coronas. TIB. 1, 7, 52 et capite et -o mollia serta gerat (MIN. FEL. 38, 2 sertis mollibus -a complectimur). PROP. 3, 17, 29 candida laxatis onerato -a corymbis. 4, 1, 121 ubi bulla rudi dimissa est aurea -o. 4, 5, 51 quorum titulus per barbara -a pependit. 4, 6, 72 blanditiaeque fluant per mea -a rosae (*cf.* OV. fast. 2, 739 fusis per -a coronis). OV. medic. 21 induitis -o lapides Oriente petitos. LVCAN. 10, 139 plena maris Rubri spoliis -oque comisque divitias Cleopatra gerit. PLIN. nat. 33, 40 habeant feminae in ... -o, auribus, spiris *aurum eqs.* 37, 88 utitur perforatis *sardonychibus* vulgus in -o. SIL. 15, 256 torque aurato circumdat bellica -a (4, 154. STAT. Theb. 10, 517 -oque decorus torques). STAT. Theb. 2, 292 Semele vix dona nocentia -o induit. MART. 6, 13, 6 nodo quem rapuit -o, parve Cupido, tuo (*cf.* 14, 206). 7, 87, 7 si gelidum -o nectit Glaucilla draconem (*sc. pro ornatu*). 14, 54 si quis plorator -o tibi vernula pendet. IVV. 6, 458 virides gemmas -o circumdedit. FRONTO p. 38, 5 N. iis margaritis -os filiarum tuarum despoliabis. APVL. Socr. 23 p. 173 si plena artis ornamenta capiti et -o circumiacent. COMM. instr. 2, 19, 14 obruitis -um margaritis (*monilibus al.*). HIL. epist. ad fil. 6 si tibi margarita offeratur aut suspendenda -o aut digito coaptando. HIER. epist. 24, 3 aurum -i sui, quod quidem murenulam vulgus vocat. 64, 14, 1 in superiori parte *tunicae talaris*, qua -o induitur. 107, 5 *ne* -um auro et margaritis premas. **c** *de amplexu sim.*: PLAVT. Asin. 696 meum -um circumplecte. Rud. 1203 uxor complexa -o retinet filiam (VERG. Aen. 1, 715 complexu Aeneae -oque pependit. OV. met. 1, 734 coniugis ... complexus -a lacertis. HIER. epist. 3, 1 tua artis stringerem -a complexibus. CARM. epigr. 950, 1 -o complexa tenere braciola). *cf.* SIL. 15, 361 -a amplectens (STAT. Theb. 7, 498 quid -a amplexibus ambis. MART. 12, 65, 7 amplexa -um. APVL. met. 3, 15 -oque meo manibus ambabus implexa). AFRAN. com. 246 mulier involat in -um. 323 viden tu lavere lacrimis me tuum -um, pater? CATVLL. 9, 8 applicansque -um iucundum os oculosque suaviabor. 35, 9 manusque -o ambas iniciens. 64, 332 levia substernens robusto bracchia -o. 68, 81 coniugis ante coacta novi dimittere -um. CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 124 proximae cuiusque -um amplexu petebat (OV. met. 4, 597 dabat amplexus assuetaque -a petebat. SIL. 13, 648 -a amplexu materna petebat). VERG. Aen. 2, 792 -o dare bracchia circum (6, 700. *cf.* OV. epist. 15, 165 circumdare bracchia -o). TIB. 1, 4, 56 -o se implicuisse (OV. am. 2, 18, 9 implicuitque suos circum mea -a lacertos). 1, 8, 38 in -o figere dente notas. (*cf.* PROP. 3, 8, 21 immorso aequales videant mea vulnera -o. 4, 3, 26. 4, 5, 39 *al.* OV. am. 1, 7, 42. 1, 8, 98 *al.*). PROP. 1, 13, 15 vidi ego te toto vinctum languescere -o et flere iniectis ... manibus. 3, 11, 38 si socero -a daturus eras. 3, 12, 22 pendebit -o Galla pudica tuo (LYGD. 6, 45 pendentia bracchia -o. SEN. Thy. 524). 4, 8, 13 redeunt in -a parentum. OV. am. 1, 4, 35 nec premat impositis sinito tua -a lacertis. 3, 7, 7 illa quidem nostro subiecit eburnea -o bracchia. epist. 2, 93 -oque infusus amantis oscula per longas iungere pressa moras. 3, 131 -um solitis tetigisse lacertis. 8, 93 non ego captavi brevibus tua -a lacertis. 17, 164 dominae vobis -a tenenda dabo. 18, 103 in tua si veniunt alieni -a lacerti. 19, 58. ars 2, 457 candida ... cingantur -a lacertis. met. 3, 389 ut iniceret ... bracchia -o. 4, 335 manus ad eburnea -a *ferre*. 14, 306 haeremus ... ducis -o. 14, 385 -oque parentis circumfusa sui *Venus*. EPICED. Drusi 34 -aque et os oculosque ... ore premam. CVRT. 3, 26 Darei filium -o suo admovit. VAL. FL. 2, 426 labens in -a mariti. STAT. Theb. 4, 26 innectere -o bracchia. SVET. Cal. 33 quotiens uxoris vel amiculae -um exoscularetur. FRONTO p. 50, 25 N. ille fructus in tuo -o atque osculo situs est. APVL. met. 11, 25 -oque ... multis osculis inhaerens. **d** *de vinciendo, obstringendo -o, sim.*: PLAVT. Amph. 953 cum ego Amphitruonem -o hinc obstricto traham (Aul. 78 Curc. 693. 707. *cf.* APVL. met. 7, 25 -o constrictum. 9, 9). Amph. frg. 15 optorto -o teneo furem (Poen. 790 Rud. 853. 868 CIC. Cluent. 59 SEN. apocol. 11 PS. APVL. Ascl. 12 HIER. epist. 117, 5. *cf.* PLAVT. Rud. 626 [*in imag.*] praetorquete iniuriae ... -um. LIV. 4, 53, 8 consul armatus cum paucis appellantibus tribunum -um torsisset). PLAVT. Rud. 688 in columbari -us ... erit. Trin. 595 actumst de -o meo. CIC. Verr. 5, 37 quod homini iam perdito et -um in laqueum inserenti subvenisti (*cf.* OV. epist. 2, 141 -a quoque ... laqueis implicuisse iuvat. SEN. Phoen. 148 artis -a laqueis inseri prohibebis?). VERG. Aen. 12, 356 pede -o impresso dextrae mucronem extorquet *eqs.* HOR. carm. 2, 12, 12 ductaque per vias regum -a minacium (*cf.* OV. ars 1, 215 ibunt ante duces onerati -a catenis. EPICED. Drusi 273 regum liventia -a catenis. SEN. apocol. 12 Brigantas dare Romuleis -a catenis iussit. SIL. 9, 634 quem vinctum -a catenis ... ante tuos currus promisimus urbi?). HOR. epist. 1, 16, 37 laqueo -um pressisse paternum. PANEG. in Mess. 117 libera Romanae subiecit -a catenae. PROP. 3, 15, 10 nec femina ... ulla dedit -o dulcia vincla meo (OV. met. 1, 631 indigno circumdat vincula -o). OV. am. 2, 2, 41 aspicis indicibus nexas per -a catenas. met. 10, 381 aptabat pallenti vincula -o. 10, 386 ereptaque -o vincula dilaniat. Pont. 1, 6, 39 multos laqueo sua -a ligantes. SEN. suas. 6, 12 -um tritum habet (*cf.* IVV. 8, 66). VELL. 2, 19, 2 iniecto in -um loro. CVRT. 7, 5, 36 Spitamenes eum (*Bessum*) tenebat -o inserta catena. SIL. 4,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

359 iniectus Spartanis -a catenis Regulus. 11, 382 resolutaque vincula -o. CALP. decl. 10 contentus laqueus adulescentis -a tenebat. ARNOB. nat. 2, 41 *animae in hominum corpore translatae* innecterent catenis -a. CORIPP. Ioh. 1, 22 saeva superpositis plectuntur -a catenis. CASSIOD. in psalm. 3 praef. Abessalom ... ramis eius -a nectentibus in aeris sublimitate suspensus est. e *de percussis, iugulatis sim.*: PLAVT. Merc. 308 decide -um stanti (*cf.* CAECIL. com. 55 hunc -um Ludo praecidi iube. SEN. apocol. 6. LVCAN. 8, 607 Pellaeusque puer gladio tibi -a recidit. SIL. 15, 470 absciso ... -o). CIC. Tusc. 2, 41 quis (*gladiator*) ... ferrum recipere iussus -um contraxit? Q. CIC. pet. 10 qui ... vivo stanti -um gladio sua dextera -um secuerit (VERG. Aen. 9, 329. *cf.* 8, 438 desecto vertentem lumina -o. SEN. Ag. 974 more pecudum -a resecari placet. MART. 3, 24, 8 resecat cultro -a. STAT. Theb. 1, 544 praesecto Gorgona -o). HOR. carm. 3, 27, 60 potes ... zona bene te secuta laedere -um. PROP. 2, 7, 7 citius paterer caput hoc discedere -o. OV. am. 1, 12, 17 praebuit illa arbor misero suspendia -o. rem. 17 cur aliquis laqueo -um nodatus amator a trabe sublimi triste pependit onus? met. 1, 718 falcato nutantem vulnerat ense qua -o est confine caput. 5, 170 cupiens saltu (*var. lect.*) dare vulnera -o. 12, 488 fractaque dissiluit percusso lammina -o (15, 126 percussit -a securi. SEN. Thy. 727. PASS. Mar. Iac. 12 p. 61, 7). trist. 4, 2, 45 -aque Romanae praebens animosa securi. LVCAN. 2, 82 fas haec contingere non est -a tibi. 5, 361 feriendaque tendite -a (10, 347 ferire). 9, 600 frangere -a Iugurthae. SIL. 2, 622 raptam librans dilectae in -a securim coniugis. 5, 285 -a ... demetit (*cf.* 9, 224 metens). 15, 726 aversi turgentia -a disicit (*corr. Heins.*, destitit *codd.*) ense Mosae. STAT. Theb. 6, 876 fictumque (ictumque *M*) in -a minatus. FLOR. epit. 2, 5, 4 strictae in principum -a secures. *adde in imagine*: CASSIOD. in psalm. 66, 4 *iudex* novit humilium corda sanare et superborum -a concidere.

B *bestiarum*: 1 *generatim*: PLAVT. Capt. 902 (*iocose*) iam ut ego -os praetruncabo tergoribus. LVCIL. 268 olorum atque anseris -us. VARRO Men. 500 pavonis. rust. 1, 20, 2 si *iuvencorum* -a in furcas destitutas incluserit (*cf.* CATVLL. 64, 38 mollescunt -a iuvencis). 2, 9, 15 melium i. e. cingulum circum -um *canis eqs.* 3, 9, 5 *fuse de gallis.* 3, 10, 5 *anseres* in pascendo ... abrumpunt -um. VERG. georg. 3, 421 sibila -a tumentem *viperam* deice (*cf.* Aen. 2, 381. 5, 277 MACER carm. frg. 7. SEN. dial. 3, 1, 6 inflantur irritatis -a serpentibus. PLIN. nat. 8, 85 -a aspidum intumescere. SIL. 2, 547 sibilat insurgens capiti *Tisiphones* et turgentia circa multus -a micat squalenti tergore serpens. STAT. Theb. 11, 314 tumefactaque frustra -a sedent. APVL. met. 5, 17 colubrum multinodis voluminibus serpentem veneno noxio -a sanguinantem. *de aliis*: OV. met. 6, 377 inflataque -a *ranarum* tumescunt. VAL. FL. 2, 547 cum -a tumens, tum celsior armis taurus. STAT. Theb. 2, 29 iam nigra tumebat -a minax *Cerberus*. 6, 418 -a toris crinita tument *equi*). VERG. Aen. 6, 419 horrere videns iam -a colubris *Cerberi* (*cf.* PROP. 3, 18, 23 exoranda canis tria sunt latrantia -a. OV. met. 10, 66 tria ... -a canis vidit. SEN. Ag. 14 Herc. f. 62. 1106 qui -a gerit vincta catenis ... Cerberus. LVCAN. 6, 664 villosaque -a colubris Cerberus excutiens. *al.*). VERG. Aen. 7, 701 longa canoros dant per -a modos *cygni*. 11, 622 *equorum* mollia -a reflectunt (CVLEX 221 AVG. serm. ed. Mai 1, 1. *cf.* OV. epist. 4, 79 ferocis equi luctantia -a recurvas. 18, 12 flectitis aut freno -a sequacis equi. met. 1, 730 *Io* procubuit genibus resupinoque ardua -o ... tollens ad sidera vultus. PLIN. nat. 10, 105 -a non resupinare. 10, 113 aliae flectunt -a. 11, 256 *iynx* -um circumagit in aversam se. STAT. Theb. 5, 562 mollia -a refusus in tergum serpens. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 *de diabolo serpente*: rotatis cursibus sua -a inflectens). PROP. 4, 8, 24 *taceo* armillatos -a Molossa canes. OV. met. 4, 599 lubrica permulcet cristati -a draconis (*cf.* 4, 220 SEN. Herc. f. 807). 4, 785 eripuisse caput -o. 7, 429 feriuntque secures -a torosa boum (*cf. sim. de sacrificio*: 12, 249 qui candida tauri rumpere sacrifica molitur -a securi. fast. 1, 83 -a rudes operum praebent ferienda iuvenci [securi *R M*]. trist. 4, 2, 5 candidaque adducta -um percussa securi victima. Pont. 4, 4, 31 *al.* NVX 174 stringi cultros in sua -a videt *vacca*. SEN. Ag. 898 ad aras -a taurorum popa [prius *codd.*] designat. Herc. f. 300 tibi ... indomiti ferent centena tauri -a. Oed. 135 -a tacturus steterat sacerdos. Phaedr. 500 nivei -a summittunt boves. Tro. 296 opima Phrygii -a caedantur gregis [*libri*, greges *Büch.*]. VAL. FL. 1, 90 dabit auratis et cornibus igni -a pater. SIL. 5, 64 pressamque ad -a bipennem incerta cervice ferens taurus. IVV. 10, 269 *bos* domini cultris tenue et miserabile -um praebet). OV. met. 11, 358 nant alii *boves* celsoque instant super aequora -o. 15, 515 -a feroces ad freta convertunt ... quadrupedes. fast. 3, 450 Gorgonei -a videbis equi. GRATT. 272 *fusius*. PHAEDR. 2, 7, 5 clarumque -o iactans tintinnabulum. 3, 6, 3 vide, ne dolone -um compungam tibi. 3, 7, 16 a catena -um detritum canis (cani *V. cf.* SEN. Phaedr. 35 fortia trito vincula -o. MART. 9, 57, 4 nec ruptae recutita -a mulae). PHAEDR. 3, 18, 7 *de pavone*. SEN. Ag. 738 victor ferarum -a sublimis iacet ... leo. Phaedr. 348 Poeni quatiunt -a leones. NERO carm. frg. 2 -a Cytheriacae splendent agitata columbae. PETRON. 62 servus ... lancea -um eius (*lupi*) traiecit. COLVM. 6, 17, 6 *creta* cum siccata est, -o boum suspenditur. 7, 6, 2 caper, cui sub maxillis binae verruculae -o dependent. PERS. 5, 160 *cani*, cum fugit, a -o trahitur pars longa catenae. CALP. ecl. 6, 38 sub ipsis cornibus *cervi* e (et *cod. Neap.*) tereti pendent redimicula -o. PLIN. nat. 3, 41 tam nobilia pecudi vellera, tam opima tauris -a. 10, 59 *gruum* dux erecto providet -o. 10, 89 candidis admixta pinnis -o. STAT. Theb. 12, 669 hispida torquentem luctantis -a iuvenci. MART. 9, 27, 2 vulturino mentulam parem -o *portare*. 11, 84, 8 -aque pulverea nudet equina iuba (*aliter Friedländer, Sittengesch. III p. 633*). APVL. met. 2, 9 *capillus* caeruleus columbarum -is flosculos aemulatur. SOL. 33, 11 phoenix circa -a fulgore aureo. *de bestiis inter sidera, ex. gr.*: SEN. Herc. f. 952 verni petet frangetque Tauri -a. HYG. astr. 3, 7 p. 84, 8 *Olor* habet ... in -o (ἐπὶ τοῦ τραχήλου) alteram *stellam*. SCHOL. Germ. Bas. p. 72, 15 Leo habet stellas in capite III, in -o II, in pectore I. *al.* *una memorantur aliae corporis partes*: VARRO rust. 2, 2, 3 circum cervicem et -um (*v. p. 947, 20*). 3, 9, 14 e capite, e -o eorum (*pullorum*) crebro eligendi pedes (*v. p. 386, 57*). VERG. Aen. 11, 497 luduntque iubae per -a, per armos (SIL. 16, 442. *cf.* PLIN. nat. 8, 42 cum -a armosque vestiunt iubae). 12, 86 circumstant ... aurigae manibusque lacessunt pectora plausa cavis et -a comantia pectunt (*cf.* OV. ars 1, 630 depexaeque iubae plausaque -a iuvant). OV. met. 2, 672 crescit et oris et -i spatium *eqs.* 2, 854 -a toris extant, armis palearia pendent *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 3, 331 taurus ... redit, averso cui -a suoque sanguine proscissisque natant palearibus armi). 5, 403 per -a iubasque (SIL. 16, 237 fulva manu mulcebat -a iubasque. *cf.* OV. met. 10, 699 levia fulvae -a iubae velant. 13, 848. SEN. Herc. O. 70 iactans fervidam -o [caelo *codd.*] iubam. STAT. Theb. 9, 687 *de equo Parthenopaei*: -a sedent nodis et castigata iubarum libertas). OV. met. 14, 499 comaeque in plumas abeunt, plumis nova -a teguntur. CELS. 2, 18 p. 65 ex avibus -a alaeve recte infirmissimis *cibis* adnumerantur. COLVM. 2, 2, 23 plus ... queunt pecudes -o et pectore conari quam cornibus. 6, 14, 4 intumescit -um *bovis* nervique tenduntur. 7, 1, 3 *asellus* pleraque utensilia et vehere in urbem et reportare -o vel dorso commode potest (*cf.* GAIVS inst. 2, 16 animalia etiam -o dorsove domari solent. PELAGON. 243 si -a vel dorsum mulae ruperint). PLIN. nat. 11, 180 nec -a nec guttur. STAT. Theb. 12, 603 quamquam ora et -a *tauri* cruento imbre madent. Ach. 1, 280 *equus* non -a iugo, non aspera praebet ora lupis.

2 *speciatim de bestiis iugum trahentibus sim.*: VERG. ecl. 6, 50 quamvis -o timuisset aratrum. georg. 2, 542 equum fumantia solvere -a (*cf.* ELEG. in Maecen. 1, 100 arator liberat et merito fervida -a bovi). 3, 204 Belgica vel molli melius feret esseda -o (SIL. 3, 337). 3, 167 ubi libera -a servitio assuerint. HOR. carm. 3, 3, 15 indocili iugum -o trahentes *tigres* (*cf.* epod. 2, 64 vomerem inversum boves -o trahentes. *cf.* OV. epist. 12, 40 ut dura ferorum insolito premeres vomere -a boum [*v. etiam l. 52*]. STAT. Theb. 9, 84 taurus iners -oque iugum deforme remisso parte trahit). PANEG. in Mess. 170 -a iugo didicit summittere taurus (MANIL. 4, 143 SEN. Med. 1023 *al. et v. l. 84. cf.* OV. am. 3, 10, 13 *Ceres* prima iugis tauros supponere -a coegit. fast. 4, 403 *Ceres* iugo tauros -um praebere coegit. rem. 171). OV. ars 3, 810 duxerunt -o qui (*cygni*) iuga nostra suo (AMBR. exc. Sat. 1, 8 *de bove*). met. 2, 315 consternantur equi et saltu in contraria facto -a iugo eripiunt. 4, 25 biiugum pictis insignia frenis -a premis lyncum (7, 211 unco impatiens oneris -um pressistis aratro. 12, 77 -a iugo canentia pressos exhortatus equos. fast. 3, 376 trist. 4, 6, 2. *cf.* SEN. Oed. 300 appellite ... bovem ... numquam -a depressum [*codd.*, depressam *Leo*] iugo). met. 8, 798 serpentum -a levavit (*cf.* SEN. Ag. 460 lassa Titan -a relevabat iugo. IVV. 14, 146 boves macri lassoque famelica -o iumenta). Pont. 1, 5, 24 subducunt oneri -a perusta boves. 3, 7, 16 *taurus* subtrahit et duro -a novella iugo. MANIL. 2, 250 taurus depositis -o sopitus aratris. PHAEDR. app. 10, 7 refugiens impari -o iugum. SEN. Ag. 366 *tauri coniunx* nescia aratri, nullo -um signata iugo. COLVM. 2, 2, 22 quo ... minus -a eorum (*boum*) labefactentur *eqs.* 6, 2, 8 *contundere* (6, 14, 3). SIL. 10, 464 inclinatus -a et summissus in armos *equus Cloelii*. STAT. Theb. 6, 330 nivei dant -a iugales. MART. 1, 104, 1 picto quod iuga delicata -o pardus sustinet. APVL. met. 6, 6 picta -a torquentes iugum gemmeum subeunt *columbae*.

II ***in imagine:*** *sumitur imago de tauris iugum ferentibus*: HOR. sat. 2, 7, 92 eripe turpi -a iugo. TIB. 1, 4, 16 paulatim sub iuga -a dabit. PROP. 2, 5, 14 iniusto subtrahe -a iugo (OV. rem. 90). SEN. Tro. 747 famulare -o nobili subeat iugum. epist. 104, 34 subducere iugo -um. STAT. Theb. 1, 175 totiens mutare timendos *dominos* alternoque iugo dubitantia subdere -a? (AMM. 17, 10, 10 Romanae potentiae iugo subdidere -a). MART. 10, 12, 5 desiderium tanti est, ut messe vel una urbano releves -a perusta iugo. ITALA gen. 27, 40 (Hil. myst. p. 15, 12) erit autem, cum deposueris iugum ipsius a -o tuo (ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου, ITALA Lugd. de -o tuo, VVLG. de cervicibus). *de vinctis, summissis, onera ferentibus*: TIB. 1, 2, 90 vidi ego ... Veneris vinclis subdere -a senem (*cf.* PRVD. ham. 468 vinclis dum subdita -a solvit). PROP. 2, 10, 15 India quin (quis *codd.*), Auguste, tuo dat -a triumpho (*cf.* ANTH. 420, 4 libera victori quam cito -a dedit *gens victa*). 2, 30, 8 gravis ipse (*Amor*) super libera -a sedet. OV. rem. 530 vinctusque teneris et tua saevus Amor sub pede -a premit. SEN. Tro. 151 non Argolici praeda triumphi subiecta feret -a tropaeis. SIL. 6, 414 numquam summissus -a dolori. 10, 215 Fortunae subdere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a. 11, 19 Afrisque ad barbara iussa Thespiadum docuit submittere -a nepotes. CAES. AREL. epist. de hum. 7 si ... superbiae infelicia -a submittimus. FAVST. REI. serm. 12 p. 272, 6 qui ... avaritiae vel luxuriae infelicia -a subdiderit. *latiore sensu i. q. superbia* (*cf.* cervices *p. 950, 33 sqq.*): ITALA deut. 31, 27 (Lugd.) contumaciam tuam et -um (τράχηλον, VVLG. cervicem) durum tuum. Ier. 7, 26 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 527, 26) et non audiit populus meus et non intendit auribus suis et obduravit -um suum (τράχηλον, VVLG. cervicem). AMM. 15, 8, 7 -a superbarum gentium detumescent. VICTRIC. 27 intemperantiae, lasciviae ... irae ... superbiae -a fregerunt.

III *translate de variis rebus corporeis: vasorum sim.*: CATO agr. 88 amphoram defracto -o puram impleto (*cf.* PROP. 4, 5, 75 sit tumulus lenae curto vetus amphora -o). VARRO Men. 372 -um procerum fictum levi marmore (*cf.* PLIN. nat. 17, 161 per -a fictilia). PHAEDR. 1, 26, 10 lagonae (PLIN. nat. 28, 174). PERS. 3, 50 angustae -o non fallier orcae. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 163 qua de subiecto consurgunt -a (*sc. vasorum*) rotundo. *cf.* PLIN. nat. 15, 55 *infra l. 22.* *arborum, herbarum*: VERG. Aen. 9, 434 lassove papavera -o demisere caput. HOR. carm. 4, 6, 11 velut ... impulsa cupressus Euro procidit late posuitque -um in pulvere Teucro. COLVM. 10, 234 fragilique cucurbita -o (11, 50). 10, 238 deflexaque -o nunc adaperta manet *cinara*. PLIN. nat. 15, 55 a -o ampullacea *appellatur pirus.* 16, 185 quodam -o carnis in se convoluto. 19, 72 semina quae proxima -o fuerunt, proceras *cucurbitas* pariunt. 21, 23 *de -o lilii.* AVIEN. Arat. 1181 frondentia late bracchia lucorum ... silvae -a comasque. CASSIOD. in psalm. 102, 15 fenum est quod in pluviis velociter in auras caput erigit, sed in ardoribus -a deponit. *corporis partium*: SORAN. 11 p. 8, 1 *matricis* -um. *al.* 17 p. 10, 8 *vesicae* (PS. SORAN. quaest. med. 236 CAEL. AVR. chron. 5, 4, 65 *al.*). *montium*: STAT. Theb. 9, 644 Parnasi frondea praeter -a tenebat iter (*sic potius intelligendum, quam de arboribus ipsis*). *cf.* ISID. orig. 14, 8, 19 colles sunt iuga montium quasi -a.

deriv.: collaris (-e), collarium. *comp.*: collotaurium. decollare. *Probst.*

collūmino, -āre *a* con *et* luminare. *i. q. pleno lumine perfundere*: APVL. Socr. 7 p. 135 regni futuri signa ..., ut ... Servius Tullius flamma -etur a capite. [PRVD. c. Symm. 2, 831 haud aliter solis radius, cum luminat (*v. l.* conluminat) omnes diffuso splendore locos, ferit aurea tecta]. *Hofmann.*

colluo, -uī, -ūtum, -ere [*a* con *et* lavere. *Th.*]. *formae*: *passim legitur* conluo. *cf.* NOT. Tir. 82, 18 con(luit). cōluo: CASS. FEL. 36 *et saepius.* *de significatione*: FRONTO p. 64, 14 N. os -ere dicam; pavimentum autem in balneis pelluere, non -ere: lacrimis vero genas lavere (labere *m. pr.*, labare *m. sec.*) dicam, non pelluere neque -ere. GLOSS. -batur: -ui (convolui *G, quod addendum videtur Büch.*) est, ⟨ut⟩ si dicamus ʻin sinum maris -iʼ. lues enim lapsus dicitur circumfluentis elementi. -endas: obdulcas (obluendas? obdulcandas *Büch.*). *legitur apud* CATONEM OV. met. PERS. *singulis locis,* SCRIB. LARG. *ter,* PLIN. *saepe.*

1 *propria vi praepositionis i. q. aquarum vi congerere*: POMPON. dig. 41, 1, 30, 2 *amnis* paulatim -endo locum eminentem supra alveum fecit et eum alluendo auxit. **2** *attenuata vi praepositionis fere idem q. lavere*: **a** *artiore sensu, fere i. q. lavando purgare, sanare*: GLOSS. -endum: quod in ore tenet et reiectat. CATO agr. 100 oleum si in metretam novam induturus eris, amurca ... prius -ito agitatoque diu, ut bene combibat. PAVL. FEST. p. 55 cloacae a -endo dictae. SCRIB. LARG. 53 prodest -ere os frequenter radice herbae quinquefoliae incoctae in vino (54 aqua calida. 62 aqua oleastri. *cf.* PERS. 1, 18 liquido cum plasmate guttur mobile -eris. PLIN. nat. 23, 57 neque aliter os -unt venena exugentes. 28, 56 mero ante somnos -ere ora. 37, 155 melle. FRONTO p. 64, 14 N. GARG. MART. med. 46 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 149). PLIN. nat. 20, 41 ad *dentes* -endos instillavere (20, 53 decocti aqua. 20, 137. 23, 140 eo. 28, 178 sive infricentur sive -antur. 31, 117 ex vino si cum pipere -antur. PLIN. med. 1, 13 caprino lacte). nat. 20, 58 *caulis et folia* trita ex aceto -uta ... dentium dolorem prohibent. 20, 186 anesum ... faetorem ... tollit manducatum ... vino -utum. 20, 232 radix aceto decocta, si -atur sucus, dentibus auxiliatur, si vero bibatur, morbo regio (25, 144). 23, 105 faciunt oris suavitatem decocto ... -uti. 24, 12 unguium scabritias expolit, si ... illinantur nitroque -antur. 24, 41 taedae ... decoctae ... in aceto dentium dolores efficaciter -unt. 24, 42 lentisci ... semen ... illinitur in umidis ... gingivas -uit. 24, 120 ut -antur eo oris ulcera. 26, 119 radix excussa tantum nec -uta. 28, 174 aures ... perluendas ... -utas ... calida aqua. 28, 252 lacte equino ... vulvae -utae. 30, 94 luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein -utis vino. 30, 140 rostrum ... vino -utum. 32, 58 omnia testacea modice -unt. 34, 120 *sori* prodest ... dentium dolori, si contineatur atque -at (-atur *codd.*). SER. SAMM. 245 gelida gingivas -e lympha. CASS. FEL. 32 iugiter dabis, ut -ant. *ibid.* oleum myrtinum dabis -endum. **b** *sensu latiore i. q. infundere*: CHIRON 494 conteres *tus et murras* in se, -e aceti sextaria II. PLAC. med. 16, 30 caprinum sevum in sorbitionem -utum. *i. q. perfundere*: APIC. 8, 367 -es haedum, macerabis in furno. 8, 368 fervens *haedus* -itur in disco, ex aceto sumitur. *i. q. conspergere*: OV. met. 5, 447 sitim collegerat, oraque nulli -erant fontes. HIER. epist. 108, 14 subsistam parumper et arentia ora -am.

deriv.: collutio. colluvies (-io, -ium).

collurcinātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* con *et c.* lurchinabundus, lurcari. *Th.*]. *i. comissatio*: APVL. apol. 75 qua ... omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in ventrem condidit et omnimodis -bus dilapidavit. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 4 stipem suam variis -bus (*Schottus,* co^un^ lucernationibus *codd.*) dilapidavit. *Mertel.*

collūrium, collūrus *v.* collyr-. **collus** *v.* collum.

*****collūsio,** -ōnis *f. a* colludere. *scribitur* conlisio: GLOSS. III 475, 72. GLOSS. συμπαιγμός. συμπαιγνία. συνδοιασμός. -o et compactum συνδοιασμός. II 442, 31 *v. p. 1657, 58.* *legitur inde a* CIC. (*semel, item* APVL.), *bis* SEN. rhet., *saepissime apud* ICTOS.

i. q. conspiratio, machinatio, fraus, praevaricatio (*cf. Leist, PW. IV 482*): **1** *absolute*: SEN. contr. 10, 2, 15 nolui ... videri per -em *meam* patri titulum fortissimi viri contigisse (GAIVS dig. 40, 16, 1 PAPIN. frg. Vat. 13 [= HERMOG. dig. 19, 1, 49 pr.]. VLP. dig. 17, 1, 8, 1 *al.* PAVL. dig. 12, 2, 30. MARCIAN. dig. 8, 5, 19. 49, 1, 5, 1. *adde l. 20. 31. 33. 34*). DIG. 40, 16 (= COD. Iust. 7, 20 tit.) de -e *detegenda* (*cf.* GAIVS dig. 40, 16, 1 si qu s probasset per -em quicquam factum, ... fieret eius servus, qui detexisset -em. PAPIN. dig. 40, 10, 1, 1 VLP. dig. 2, 4, 8, 1 *al.* HERMOG. dig. 40, 16, 5, 1). VLP. dig. 4, 4, 49 etiam si -o non intercessit *re pupillari distracta,* distractio ... revocatur. 29, 4, 6, 4 suspicio -is (*cf. l. 38*). 47, 20, 3, 1 si quis imposturam *fecerit* vel -em in necem alterius (MOD. dig. 50, 1, 36 pr.). COD. Iust. 7, 20, 1 (*a. 290*) excogitandae ingenuitatis -e (*syn.* velamento). HERMOG. dig. 40, 16, 5 pr. sententiam pro ingenuitate dictam -is praetextu semel retractare permittitur. COD. Iust. 2, 58, 2, 4 (*a. 531*) quidam -e aliqua utentes. **2** *seq. genet.* (*cf.* CIC. *l. 36*): GAIVS dig. 40, 12, 9 pr. non debet alterius *adversus servum agentium* -e aut inertia alteri⟨us⟩ ius corrumpi. VLP. dig. 17, 1, 8, 1 si per -em (collusium *F prima m.*) procuratoris absolutus sit adversarius. 40, 16, 2, 2 aetas eius, cuius retractatur -o. 43, 30, 3, 4 per -em vel imperitiam alterutrius contendentium. COD. Iust. 2, 36, 3 (*a. 294*) per -em sive fraudem tunc temporis procuratoris nostri. **3** *seq. praepos.*: cum: CIC. Verr. 4, 33 cum vero verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum ... -o cum decumanis. *inter*: SEN. contr. 2, 3, 22 suspicionem ... inter raptae patrem et raptorem -is. APVL. apol. 75 illa inter virum et uxorem non tam -o ⟨quam conluvio⟩ (*add. O. Rossbach, aliter alii*). VLP. dig. 5, 2, 29 pr. -o ... inter scriptos heredes et eum, qui de inofficioso testamento agit.

syn. et coniuncta: dissimulatio, fraus, impostura, velamentum. imperitia, inertia.

collūsor, -ōris *m. a* colludere. *est pro adi.*: *l. 59. 61. 64. 71. 72.* *inde a* LVCILIO. **1** *i. q. socius ludi cuiusvis, cf.* NON. p. 118 congerro meus, ut -r meus, qui easdem exerceat nugas: CIC. Phil. 2, 56 Licinium Lenticulam de alea condemnatum, -em suum, restituit *Antonius.* 2, 101 compransoribus tuis et -bus. 5, 13 M. Curio consessore eodemque -e *Lysiadis.* VAL. MAX. 9, 9, 3 cum *Lars Tolumnius* in tesserarum prospero iactu per iocum -i dixisset. SEN. benef. 2, 17, 3 necesse est ... lusor bonus aliter illam *pilam* -i longo, aliter brevi mittat. 2, 17, 5 -em traducere. SVET. Cal. 41 proximo -i *aleae* demandata vice sua. VLP. dig. 11, 5, 1, 1 si rapinas fecerint inter se -es. *ibid.* susceptorem ... prohibuit *praetor* vindicari, non et -es. TERT. nat. 2, 10 *calculorum.* AVG. conf. 1, 9, 15 in certamine pilae. PS. AVR. VICT. orig. 3, 5 aleatores posito numero opertoque optionem -bus ponunt. ISID. orig. 18, 69, 2 ʻsuramʼ dicitur ʻdareʼ, qui pilam crure prolato feriendam -bus praebet. *de pueris ludentibus*: SPART. Carac. 1, 6 septennis puer cum -em suum puerum ob Iudaicam religionem gravius verberatum audisset. Sept. Sev. 4, 6 cum ... filius ... -bus puerulis manu largiore *poma* divideret. *nota de collegio*: CORP. II 3853 (*Sagunti, litteris optimis*) M. Baebio M. f. Gal(eria) Crispo aed(ili) pontif(ici) Salio -es. *adde de bestiis*: IVV. 9, 61 rusticus infans cum matre et casulis et -e catello. *seq. genet.*: PLIN. epist. 9, 33, 8 delphinum gestatorem -emque puerorum. **2** *socius conspirationis, fraudis; praevaricator*: COD. Iust. 7, 20, 2 (*a. 294*) libertinae condicionis ... mutare statum non licere ... contra -em poenā statutā ... declaratur. AVG. catech. rud. 16, 25 *concordes pugnatores* persequuntur *spectantes* et tamquam -es ut fustibus verberentur, exclamant. PS. HIER. epist. 6, 20 p. 103^D^ per sapientiam mundi, qua sibi mundus -r interpolatores invenerat. PALLAD. hist. mon. I 24 quod per monachum aliquem -em suum (συμπαίκτην ἀσκητήν) ... semet ipsum distraxerit.

collūsōriē *adv. a* colludere, *cf.* collusor. *intercedente collusione, fraudulenter*: VLP. dig. 30, 50, 2 si subiecit delatorem sibi ..., non se exonerat *heres* exemplo eius, qui -e de hereditate litigavit (*antea* lusorie). *Hofmann.*

collūstrium, -ī *n.* [*a* collustrare. *Th.*]. *i. q. lustratio*: CORP. V 5005 (*a. 201*) in tutela eius ~~HS~~ N CC -o fundi Vettiani dedit (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. p. 603*).

collūstro, -āvī, -ātum, -āre a con *et* lustrare. *legitur singulis locis*: VERG. GRATT. FRONTIN. TAC. ann., *bis* STAT., *6^ies^* APVL., *8^ies^* CIC. *in codd. extat etiam* conlustrare. [*locus dubius*: GRATT. 541 onlustrat prata.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *proprie i. q. illuminare:* CIC. carm. frg. 3, 2 aetherio flammatus Iuppiter igni ... totum -at lumine mundum (div. 1, 17). nat. deor. 2, 92 sol omnia clarissima luce -ans (APVL. met. 7, 1 candidum solis curriculum cuncta -bat. mund. 29. CASSIOD. in psalm. 36, 6 sol orbem terrarum nimia claritate perfundit et ... perspicuo fulgore -at). CIC. div. 2, 91 *solis* lumine -ari putatur luna. FRONTIN. strat. 1, 5, 28 pecus *facibus ad cornua alligatis* ... montes ... -vit. APVL. apol. 16 qui forte constitit in loco -ato atque cum alter e tenebris prospectat. met. 1, 18 iubaris exortu cuncta -antur. 11, 2 ista luce feminea -ans cuncta moenia *Proserpina.* Socr. 1, 117 *luna* quanto longius facessat a sole, tanto longius -ata (MART. CAP. 8, 862 luna ... -etur. *cf. l. 6*). HIER. in Ioel 2, 1 p. 185 cunctos montes aurora -at. MART. CAP. 2, 196 ipse totius mundi membra -ans. DRAC. laud. dei 1, 214 *luna* candida somnigeris -ans cornibus axem. Romul. 6, 74 flammeus axis volvitur australis -ans cardinis oras. ANTH. 483, 35 *Phoebus* terram -et curribus altis. *latiore sensu:* HIL. in Matth. 33, 7 illuminans ... mortis tenebras et infernorum obscura -ans. AVG. epist. 120, 10 luminis fulgor ... mentem ... quasi visibili candore -at. Ps. AVG. serm. 186, 2 -vit eos inundans divinitas deitatis.

2 *translate de actione mentis: i. perquirere:* CIC. rep. 3, 7 si magnam illam Graeciam -are animo voluerimus. ARNOB. nat. 5, 28 Liber Stygem ... curiosa inquisitione -at. AMM. 16, 10, 14 urbis membra -ans. Ps. RVFIN. in psalm. 41, 4 omnia quae -vi per corpus ea me -asse cognosco (AVG. in psalm. 41, 7). AVG. in psalm. 134, 4 consideratis ... omnibus et -atis, quae forinsecus vides. MART. CAP. 6, 586 decenti -ans divos conspectansque censura. CYPR. GALL. exod. 83 omnia -at. BOETH. diff. top. 2 p. 1183^{A} si cuncta perlegant contextionemque operis mente ac ratione -ent. VEREC. in cant. 2, 10 cordis occulta -ans *dominus.* *i. q. videre, perspicere:* GLOSS. συμπερινοστῶ. συμπεριέρχομαι. -at: συμπεριέρχεται. circuit. circum⟨m⟩eat. -are: ubique considerare. circumquaque conspicere. CIC. rep. 3, 14 si quis ... multas et varias gentes et urbes despicere et oculis -are possit. Tusc. 5, 65 cum omnia -rem oculis. VERG. Aen. 3, 651 omnia -ans hanc primum ... classem conspexi. STAT. Theb. 2, 510 *Sphinx* -at campos, si quis concurrere ... audeat. 4, 738 ceu flavam Libyen ... -ent. TAC. ann. 2, 45 Arminius equo -ans cuncta (*fere i. q. visitans*). PANEG. 2, 3 oculis ac mente -es. LACT. opif. 16, 9 *animus* uno temporis puncto caelum omne -et. AMM. 20, 11, 5 favillis oppleta *moenia* -ans. 24, 5, 3 civitatem desertam -ans. 27, 10, 11 centurias et manipulos capite intecto -ans. *inde fere i. q. pererrare:* IVVENC. 2, 715 ille *daemon* venenatis -at passibus oras.

part. perf. pass. adi. **collūstrātus,** -a, -um. *i. splendidus:* CIC. orat. 36 in picturis alios horrida ... alios nitida, laeta, -a delectat.

deriv.: collustrium. *Mertel.*

? **collūsus,** -ūs *m. a* colludere. *i. q. ludus communis?* CAPITOL. Gord. 18, 1 bonitatis insignis adeo, ut semper in -u, si quis (*Petschenig,* in conlissici *B,* in scolis si quis P^3 *in rasura*) puerorum verberaretur, ille lacrimas non teneret. *Mbr.*

collūtio (colluitio), -ōnis *f. a* colluere. colluitio *scribitur* CAEL. AVR. acut. exc. 7 p. 692. *t. t. med. i. q. lavatio. cf.* CASS. FEL. 32 -o, quam Graeci diaclysma vocant, faciens ad dentium dolores. SCRIB. LARG. 53 dolor *dentium* varie sedandus est, partim -e quorundam, partim commanducatione, nonnumquam suffitione aut impositione aliquorum. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 27 oris -o adhibenda (2, 6, 28 sola fomentatione utemur atque oris -e. chron. 1, 4, 86 erit adhibendus fotus atque oris -o. 1, 5, 85. 3, 2, 28 oris -o ex aqua frigida sive pusca. 4, 3, 36 iugis adhibenda oris -o. CASS. FEL. 32 lac asininum aut caprinum in -e oris datum. 61 lini seminis sucus -i oris adhibitus ... sitim mitigat). CAEL. AVR. acut. exc. p. 692 colluitione ori ... adhibita.

collutulento, -āre [*a* con *et* lutulentus *vel* lutulentare. *Th.*]. *idem quod lutulentare, dehonestare:* PLAVT. Trin. 693 haec famigeratio te honestet, me -et si (*sic codd. h. l., item fere post v. 704, ubi versus iteratur:* me autem conlutulent et si. *at* NON. p. 84 et me conlutelet et si; *idem legisse videtur* GLOSS. *l. 70*) sine dote duxeris. *cf.* NON. p. 84 *et* GLOSS. *infra l. 69 sqq.*

(**collutulo,** -āre) *a* con *et* lutum *vel* lutare *finxisse videntur grammatici, cf.* collutulento. *i. q. dehonestare:* NON. p. 84 -et significat dedecoret. GLOSS. Non. V 639, 1 -et (conludet *cod.;* 'hoc est conluclet' *Götz*): dedecoret. *ad* PLAVT. Trin. 693 *l. 63 sq. spectat uterque.*

colluviāris porcus dicitur, qui cibo permixto et colluvie nutritur PAVL. FEST. p. 57. *a* colluvies, colluvium, *cf.* colluviarium.

? **colluviārium,** -ī *n. si recte vox conicitur, a* colluvies *vel* colluvium, *cf.* colluviaris. *i. q. canalis:* VITR. 8, 6, 6 in ventre -a (colliviaria *codd.*) sunt facienda, per quae vis spiritus relaxetur. [*leg.* colliquiaria? *cf.* colliciaris, colliquiae. *Th.*]. *idem coniecit Degering, Rhein. Mus. 57 (1902) 23.*

colluviēs, -ēī *f.* [*cf. c.* colluere *et c.* colluvio. *Th.*]. *legitur etiam* conluvies. *cf.* NOT. Tir. 82, 24 conlubies. *extat singulis locis apud* CIC. Att. POMP. TROG. SEN. nat. LVCAN. PLIN. nat. VAL. FL. APVL. met., *ter* COLVM., 5^{ies} TAC. **1** *proprie de confluendo: cloacarum aqua:* PAVL. FEST. p. 59 cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium -e (*cf.* VLP. dig. 43, 23, 1, 4 cloaca ... est locus cavus, per quem -es quaedam fluat). *i. q. potus confusus:* PAVL. FEST. p. 57 *p. 1665, 72* (PLIN. nat. 24, 176 addita in -em poturis *subus*). *materies immunda:* GLOSS. -em sordem. SEN. nat. 4, 10 editior aer, quo longius a terrarum -e recessit, hoc sincerior puriorque est. COLVM. 1, 5, 6 *pestes serpentium* hiberna destituta uligine, caeno et fermentata -e ... natas emittit *palus.* 1, 6, 24 stercorata -es. 2, 14, 8. LVCAN. 4, 311 nigro ... turbida limo -es immota iacet. VAL. FL. 4, 497 sola -e atque illisis stramina mensis foeda rigant *Harpyiae.*

2 *latiore sensu i. q. confusio:* CIC. Att. 9, 10, 7 in certamine vinci cum illo ... facilius patiaris, quam cum hoc in ea ... -e regnare. TAC. hist. 2, 16 in multa -e rerum maioribus flagitiis permixtos. *i. q. commixtio:* POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1 *se* clariorem illa -e convenarum esse. TAC. ann. 2, 55 -em ... nationum. 14, 15 nec ulla ... plus libidinum circumdedit quam illa -es. 14, 44 -em istam *nationum* non nisi metu coercueris. IVST. 2, 6, 4 non advena neque passim collecta populi -es originem urbi dedit. OROS. hist. 2, 16, 14 ex hac -e *peregrinorum* muros ... tueantur. *i. q. congregatio:* TAC. hist. 5, 12 magna -es et ceterarum urbium clade aucti *incolae.* HIER. epist. 130, 6 -em perfugarum atque servorum ... concidisse.

3 *translate i. q. immunditia:* APVL. met. 5, 23 exiluit deus *Amor* visaque detectae fidei -e ... avolavit [*coni.* 5, 28]. AVG. gen. ad litt. 10, 16 p. 316, 18 ne obesset ei ex corpore peccati participata -es. civ. 2, 18 -e morum pessimorum ... civitas prolapsa. PETR. CHRYS. serm. 95 p. 468^{B} gravissimum trahebat reatum ex tanta praecedentium -e peccatorum.

colluvio, -ōnis *f.* [*cf. c.* colluere *et c.* colluvies. *Th.*]. *extat etiam* conluvio. *legitur apud* CIC. *quater,* LIV. 9^{ies}, *singulis locis apud* CVRT. PLIN. epist. SVET. GELL. APVL. **1** *proprie i. q. materies immunda:* GLOSS. liquor sordidus. congregatio sordium, quae fit ex (sordium vel *R*) affluxione multa (*cf.* ISID. *p. 1667, 1*). collectione sordium. SALV. gub. 7, 63 sicut in sentinam profundae navis -es omnium sordium, sic in mores eorum ... vitia fluxerunt. *in imagine:* ARNOB. nat. 5, 22 *Iuppiter* locus quidam expositus in quem spurcitiae se omnes sentinarum e -bus derivarent. *i. q. congregatio:* LIV. 3, 6, 3 ea -o mixtorum omnis generis animantium. *in imagine:* CIC. Sest. 15 ille nefarius, ex omnium scelerum -e natus (CAPITOL. Aur. 19, 6 nullus ... ex omnium dedecorum ac scelerum -e concretus). GELL. 1, 15, 17 lingua tam prodiga infrenisque ..., ut fluat semper et aestuet -e verborum taeterrima. *de nimis edendo:* AMM. 25, 10, 13 fertur perisse ex -e ciborum avida (27, 4, 14).

2 *translate i. q. confusio:* CIC. Vatin. 23 leges ... quae in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in -e Drusi et in contentione Sulpici et in cruore Cinnano, etiam inter Sullana arma vixerunt. har. resp. 55 nisi forte existimatis hanc tantam -em illi tantamque eversionem civitatis in mentem ... venire potuisse. Cato 84 o praeclarum diem, cum ... ex hac turba et -e discedam. LIV. 3, 9, 8 iacente aegra civitate, in -e omnium rerum (3, 11, 5). 4, 2, 5 -em gentium, perturbationem auspiciorum ... afferre (22, 43, 2. 28, 12, 3. 30, 35, 7). 26, 40, 17 quattuor milia hominum ... mixti ex omni -e. 34, 51, 4 *civitates* ex omni -e et confusione in aliquam tolerabilem formam redigendae. CVRT. 10, 2, 6 -em ordinum hominumque aegre ferebant. PLIN. epist. 5, 8, 11 ne tanta quasi -e turbatus ibi faciam, quod hic debeo. APVL. apol. 31 quasi quadam -e naturae de summis montibus in mare. IVST. 5, 6, 6 ex -e hominum ... exercitu conscripto. COD. Theod. 13, 3, 7 (*a. 369*; COD. Iust. 10, 53 [52], 8) exceptis his, qui a probatissimis approbati ab hac debent -e secerni. AMM. 15, 2, 5 caesus in -e illa Neroniani saeculi. 30, 4, 15. *i. q. commixtio* (GLOSS. commixtio): SVET. Aug. 40 sincerum atque ab omni -e peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. APVL. apol. 75 inter virum et uxorem non tam collusio ⟨quam -o⟩. *contagio, immunditia* (NON. p. 82 labes ex immunditia. GLOSS. contagio. immunditia): LACT. inst. 6, 23, 16 mens ... contagione impudici corporis inquinata non potest nisi ... longo tempore ... ab ... -e purgari. AMBR. virg. 1, 1, 4 immaculatam sibi familiam ... in hoc pleno -um fragilitatis humanae corpore consecravit. exc. Sat. 1, 30 virginum ... -em. off. 1, 2, 6 mundum cor a peccatorum ... -e. bon. mort. 9, 40 meretricis ... taetram -em (Iob 4, 9. 35 ut qui taetra prius -e sordebat ... fulgore resplendeat). 11, 49 maculis et -bus. 12, 55 cupiditatibus atque omnibus corporeis -bus et passionibus. HEGES. 2, 5, 1 imperatoris -o lex flagitiosorum est. HIER. epist. 14, 5, 3 membra Christi ... nefaria -e violavit. 69, 3 omnia scorta et publicae -is sordes. AMM. 21, 14, 5 *animas* a -e peccandi immaculata corporis societate discretas (AVG. c. Pelag. 4, 11, 31 detersa peccatorum -e [*syn.* labes]. *cf.* c. Iul. 2, 4, 9 iustificatio per gratiam ... -o per culpam. SALV. gub. 7, 14 -e vitiorum. LEO M. serm. 66, 4 a -e ... peccati). AMM. 31, 9, 5 -e ... incesti. PRVD. perist. 14, 126 intende nostris -bus. SALV. gub. 7, 16 se in barathro sordidissimae -is immersit. CASSIAN. conl. 2, 23, 1 ista -e *escarum* respersos. 12, 4, 4 sciens impurissimae -is aspergine se protinus maculandum. 12, 6, 7. 12, 7, 7. 14, 16, 5 maioris caeni -e sordescat. 22, 6, 7. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 12, 7 quantas et quam letales haereses in sua contineat -e *Eutychianum dogma.*

colluvium, -ī *n.* [*cf.* colluvies. *Th.*]. GLOSS. colluvium (conl-), commixtio, commixtum, σύγχυσις. ISID. diff. 1, 40 alluvium con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sumptio est riparum ex aquis, -um autem congregatio sordium, quae fit a fluxione (affluxione? *cf.* GLOSS. *p. 1666, 29*) multa. *Mertel.*

collybista, -ae *m.*, κολλυβιστής. GLOSS. κολλυβιστής. trapezita, nummularius. *cf.* V 617,42 colobist(a)e sunt, qui colobia vendunt, id est vilia munuscula, quae et bellaria vocantur. *bene huc traxerunt Heraeus et Götz*: GRAMM. suppl. 95,10 hic ... colosista (*codd.*). *addasne* CORP. VI 31893^{d} coll⟨. . .⟩? *v. p. 1572, 20.* HIER. in Matth. 21,12/13 p. 164 excogitaverunt et aliam technam, ut pro nummulariis -as facerent, cuius verbi proprietatem latina lingua non exprimit ... quia usuras accipere non poterant -ae, ... pro usuris accipiebant varias species *eqs.*

collybium *v. l. 17 sq.*

collybus, -ī *m.* (collybum, -ī *n.*), κόλλυβος, κόλλυβον. *de genere: masc.*: CIC. Verr. 4,181. *neutr.*: HIER. *l. 30 et* GLOSS. *ubique, reliqua incerta.* *scribitur*: collyb-: *passim*, collub-: CIC. Att. 12, 6, 1 colubo *M.* GLOSS. III 442,50. 484,46 (*in* GLOSS. *corrupte* collibum, conlivum, conclivum, conlivim, conlibrum, conlivo). collybium: GLOSS. V 180, 31 -a. *cf.* IV 322,45 *et* 46 conlibium. 222, 55 colivium. colobia (*plur.*): GLOSS. V 617, 42 *l. 4.* PRISC. gramm. III 497,1 *infra l. 35.* **1** *i. q. nummulus, latiore sensu i. q. quaestus trapezitarum*: GLOSS. κόλλυβος (-ον). τέλεσμα μικρὸν κατὰ τῶν ἀγοραίων. κερμάτιον. cermatium (crematum *trad.*). genus pecuniae. genus est certae pecuniae. tantum numerum sui, genus est certae pecuniae. CIC. Verr. 4,181 ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione et -o . . . haec omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam -us esse qui potest, cum utuntur omnes uno genere nummorum. Att. 12, 6, 1 certe in -o est detrimenti satis. SVET. Aug. 4 *v. infra l. 38.* **2** *i. q. placentae genus, cuppedium*: HIER. in Matth. 21, 12/13 p. 164 -a dicuntur apud eos (*Hebraeos*) quae nos appellamus tragemata vel vilia munuscula, verbi gratia frixi ciceris uvarumque passarum et poma diversi generis (GLOSS. V 180, 31 collybia *etc.* *adde*: PRISC. gramm. III 497, 1 *cod. L* τραγήματα vilia munuscula, ut sunt nuces et pa⟨ssae uvae? (panes *Lindemann*)⟩, quae latine dicuntur colobi[d]a). CASS. PARM. frg. Suet. Aug. 4 materna tibi (*Augusto*) farina est ex crudissimo Ariciae pistrino, hanc finxit manibus -o decoloratis Nerulonensis mensarius (*falso interpretatur* SVET. *ad l.* non tantum, ut pistoris, sed etiam ut nummulari nepotem sic taxat Augustum, *de notione 1 cogitans*).
deriv. gr.: collybista. Collybiscus. *Mbr.*

collȳra, -ae *f.*, κολλύρα. *genus quoddam panis*: PLAVT. Persa 92 -ae (collir(a)e *codd.*) facite, ut madeant et colyphia, ne mihi incocta detis. ITALA III reg. 14, 3 (Vindob.) -as *v. infra l. 78.* VVLG. (*Amiat.*) lev. 7, 12 *et* 8, 26 *v. infra l. 64.* [ITALA III reg. 19, 6 (Hier. epist. 22, 9, 1) et ecce ad caput eius panis olyrae (*Hilberg*, olere *K*, collirae, collirida *al. codd.*, *sed cf.* LXX ἐγκρυφίας ὀλυρίτης, VVLG. subcinericius panis)]. *in imagine de coma composita*: TERT. cult. fem. 2, 7 vos ... adicitis ad pondus -as (collurias, colliridas, collirydas *sim. codd.*, colluras *Oehler*) quasdam vel scuti umbilicos cervicibus astruendos. *pro nomine v. nom. propr.* *v. Daremberg-Saglio II 1297.*

collȳriacus, -a, -um *a* collyrium, *cf.* collyricus. *ad collyrium pertinens*: DIOSC. 2, 145 *piper* iste ad colliriacas virtutes intrat (εὔθετον ... εἰς τὰ ὀφθαλμικά) *eqs.*

collȳricus, -a, -um, κολλυρικός. *ad collyram pertinens*: PLAVT. Persa 95 nisi cremore crassost ius -um, nihilist, macrum illud epicrocum pellucidum: quasi iuream esse ius decet -um.

collȳrida, -ae *f.* [collyris collyrida *ex gr.* κολλυρίς. *Th.*]. *panis quoddam genus*: GLOSS. panis modicus, subcinericius panis (*v. l. 48*). -ae: bracidelli, cibus, quem nos nebulam dicimus. HIER. in Ezech. 20, 1 p. 222 deferens munuscula panes et -as (*cf.* ITALAM *et* VVLG. III reg. 14, 3 *l. 75 sqq.*), uvas et lagunculam mellis. *cf.* VVLG. lev. 7,12 offerent panes . . . et -as (*Amiat.* colliras) olei. 8, 26 -am (*Amiat.* collyram) conspersam oleo. II reg. 6, 19 partitus est ... singulis -am panis. AVG. serm. 51,14, 24 accepit calicem aquae et -am panis (*spectat ad* ITALAM II reg. 19, 6, *v. supra l. 45 sq.*). LIB. iubil. 22, 4 fecit Rebecca -am novam de frumento novo. [ITALA III reg. 19, 6 *et* TERT. cult. fem. 2, 7 *v. supra l. 47 et 49 sq.*]. *in imagine*: HESYCH. in lev. 8, 22 p. 883^{D} quomodo autem eum proposuit panem? absque fermento, et -am conspersam oleo, id est apostolicam doctrinam. *cf.* collyris.

collȳrion *v.* collyrium *p. 1668, 2. 18. 68.*

collȳris, -idis (*acc.* -in *l. 82*) *f.*, *cf.* collyrida. *i. q. panis* (GLOSS. panis -is): ITALA III reg. 14, 3 *et* 6 (Lucif. reg. apost. 5 p. 46, 3. 11; *cf.* HIER. in Ezech. 20, 1 p. 222 *supra l. 62*) accipe in manu tua homini dei panes et -des (ἄρτους καὶ κολλυρίδα, ITALA Legion. 14, 3: -em, 14, 6: -a, Vindob.: collyras; VVLG. panes et crustulam) ... et uvas et vas mellis. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 239, 2 usitatus panis aliquid . . . amplius habuit, cuius una -de hominem deus ab indigentia famis ... vindicavit. *nomen herbae malvae*: PS. APVL. herb. 41 malachen agrian Graeci vocant ... alii collyrin (collurin *cod. Vrat.*) . . . Itali malvam rusticam. *cf.* GLOSS. III 557, 29 colorus i. malva (621, 47 cholorus). *nomen urbis v. nom. propr.*

ˣ**collȳrium** (-on), -ī *n.*, κολλύριον. *in codd. extat* collurium, collirium, cullirium, colleria, collorium, collyrion, colirion *sim.* *masc.* collyrius: DIOSC. 4, 71 ORIBAS. syn. 8, 41. *in signaculis medicorum oculariorum*: CORP. XII 5691, 7. XIII 10021, 55 *sqq.* c⟨o⟩l. col. coll. colly. colyr. collyr. colliri. colyriu⟨m⟩. collyrium. GLOSS. κολλύριον. κολλύριον ἰατροῦ. iniectio, solvitorium. dicitur multa medicamenta in unum collecta. -a: medicamenta, empla[u]stra. V 573, 42 -um (colybum *codd.*, *corr. Loewe*): genus pigmenti. *legitur semel apud* HOR. sat. *et* IVV., *quater apud* COLVM.

1 *proprie*: **a** *genera medicamentorum: medicamentum, quo utuntur medici ad unguendum; saepe in balani formam redactum*: HOR. sat. 1, 5, 30 hic oculis ego nigra meis -a lippus illinere. CELS. 5, 28 ex ... eo -um fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. *ibid.* quae in omnibus fistularum -is perpetua sunt. *ibid.* aliquid ex penicillo in modum -i astrictum . . . illinere. *saepe.* COLVM. 6, 30, 4 -um tenue inditur foramini, quo manat urina. SCRIB. LARG. 19 ad conturbationes . . . oculorum scio multa -a . . . effectus habere. *saepe.* PLIN. nat. 1, 27, 59 glaucion III, collyrion, medicinae II. 20, 201 damnaverim -is addi *semina papaveris.* 22, 117 non fecit ceratum, malagmata, emplastra, -a antidota *natura. saepe.* IVV. 6, 579 si prurit frictus ocelli angulus, inspecta genesi -a poscit. GAIVS dig. 41, 1, 7, 7 si ex medicamentis tuis emplastrum aut -a fecero. *ibid.* vinum vel emplastrum aut -a ad medicamenta reverti *non possunt* (PAVL. dig. 33, 7, 18, 10). ITALA (Apring., Primas., cod. g) *et* VVLG. apoc. 3, 18 -o inunge oculos tuos, ut videas (κολλύριον ἐγχρῖσαι τοὺς ὀφθαλμούς). AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 22 si turbatus est oculus, facile dolor omnis sedatur -o. HIER. in Eph. prol. p. 540 ad instar imperiti medici uno -o omnium oculos . . . curare. c. Ioh. 5 imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur -o (*cf. Otto, Sprichwörter p. 88*). PELAGON. 193 postero die -um inducitur. *passim.* CHIRON 93 tale -um tam validum et longum similiter, ut tardus subiat nec exire possit, fasciabis locum. *passim.* VEG. mulom. 2, 11, 3 -o acri inungis assidue, ut caligo ex oculis possit auferri. *saepe.* AVG. in psalm. 43, 14 caecus quando inungitur, -um in manu medici non videt. in euang. Ioh. 2, 16 omnia . . . -a et medicamenta nihil sunt nisi de terra. PS. APVL. herb. 18, 2 orbicularis in -um facta (*cf. infra l. 71*). PLAC. med. 1, 1 in -is oculorum eo (*cornu cervi*) utuntur. THEOD. PRISC. eup. faen. 32 si . . . -i experimento uti placet. gyn. 25 ex quo *suco* ...-a vel balanos confecerunt. DIOSC. 1, 2 fistulas ... -a ... purgant. 4, 71 ano iniectus *mandragoras* sicut -us somnium prestat. *saepe.* CAEL. AVR. acut. 2, 8, 35 cum acriora -a tumentes oculos in dolores atque lacrimas . . . cogere videamur. 2, 12, 83 supponenda podici acria -a . . . quae appellavit balanos (*cf.* chron. 1, 4, 136. 2, 1, 39 -a, quae Graeci balanos vocant). *saepius.* CASS. FEL. 29 -um ... ad reumata repellenda. *passim.* ALC. AVIT. epist. 11 p. 45, 20 Tobiam ... latens in angelo medicina reduxerit per -um fellis ad dulcedinem sanitatis. ORIBAS. syn. 5, 26 post aliquos dies senape et ficus teris et facta colleria in auribus mittis. 8, 41 quale est dia rodon Nili -us. *saepius.* VEN. FORT. Mart. 2, 43 cuncta salutifero superans -a tactu *Martinus.* GREG. M. moral. 5, 82 infirmanti oculo -um immittitur. ISID. orig. 4, 9, 10 -a latinum sonat, quod vitia oculorum detergant (GLOSS. V 181, 1). PASS. Thom. p. 149, 5 oculi infirmi, qui non recipiunt -um a medicis non curantur. CORP. XIII 10021, 55. 64 *et persaepe in signaculis medicorum oculariorum.* *in imagine*: HIER. c. Ioh. 38 libenter nostra rusticitate languemus, ne -o vestro impio videre discamus. EVCHER. instr. 1 p. 117, 3 quasi infusus -o videre non poterat veritatem. *medicamentum quasi unguentum, quod liquidum adhibetur*: CELS. 6, 6 utendum ... vel iisdem -is est ex lacte aut ovo. *ibid.* usus -i vel ex ovo vel ex lacte est. COLVM. 6, 6, 5 -a immittuntur alvo. SCRIB. LARG. 22 opium et in hoc et in omni -o ... adicere oportet. 142 fiunt -a magnitudinis nucleorum pineorum. PLIN. nat. 27, 83 huic temperatur -um . . . sumitur ex aqua. 29, 39. *medicamentum mixtum unguenti modo, quod inter edenda adhibetur*: COLVM. 6, 30, 4 vel de bitumine -um inseritur naturalibus. 6, 30, 8. *cf. Daremberg-Saglio II 1297; Ruggiero II 409 sqq.* **b** *genus quoddam terrae ad medicinam pertinentis*: PLIN. nat. 35, 191 Samiae *terrae* II *genera* sunt, quae -um et quae aster appellantur. DIOSC. 5, 178 ge samias . . . quem multi colirion vocant. *cf.* GLOSS. III 535, 19 asterosamia (*fort. leg.*: aster ⟨terr⟩a Samia) id est colliria, sunt smegmata (signata *cod.*) [id est cimolia]. *cf. Blümner, Technologie IV 468, 5.* **c** *genus herbae, ut videtur*: GLOSS. orbicularis -ii herba. collorii id est herba orbicularis. *cf. supra l. 36.*

2 *translate: de statu mentis* (*cf. p. 1667, 70*): CYPR. eleem. 14 ungue oculos tuos non stibio diaboli, sed -o Christi. AVG. conf. 7, 8, 12 acies conturbata et contenebrata mentis acri -o salubrium dolorum sanabatur. serm. 136, 4 *Iesus* de sanguine suo -um fecit caecis. in euang. Ioh. 2, 16 ipsa nativitate *verbum* -um fecit, unde tergerentur oculi cordis nostri. in psalm. 39, 21 adhibeatur mordax praeceptum quasi -um. PAVL. NOL. carm. 19, 34 mentes ... -o ... medentis inunguere Christi. epist. 45, 1 quasi -o declarationis infuso oculis mentis meae purius video. RVRIC. epist. 2, 17 -o bonorum operum oculos cordis acuamus. APRING. in apoc. 3, 18 -um autem, quo ungueri oculos mandat, cordis est compunctio et lacrimae paenitentis et revertentum sanabilis dolor. APON. 7 p. 127 paenitentia -um cordis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse probatur et interioris hominis oculus. Ps. FVLG. RVSP. serm. 7 ut illuminetur visio caecitatis -o claritatis. GREG. TVR. Franc. 6, 40 p. 280, 11 adhibe -a lippis oculis et lucem praedicationis apostolicae percipe.

collyrus, -ī (collurus) *m.* [*cf.* collyra, collyris? *Th.*]. **1** *genus piscium*: PLIN. nat. 9, 61 asellorum *piscium* duo genera, -i (calliri, colliri *codd.*) minores et bacchi, qui non nisi in alto capiuntur. *cf.* 32, 146 peculiares . . . maris . . . callarias (callyris, cullyris, collyris *codd.*). **2** *genus lapidum*: DAMIG. lapid. 38 collurus lapis: hic similis est sapphiro, subalbidum habet colorem marinum. *Mertel.*

? **colmiam:** calamum cum spica sua GLOSS. lib. gloss. *cf.* culmus. *fort.* culmiam *scribendum?*

colminia (culminia) *vel* **colminiāna,** -ae *f.*, *nomina generis oleae* [*cf. nomina* Culminius, Colominaeus; *v. W. Schulze, Eigennamen p. 155. Th.*]. CATO agr. 6, 1 in agro crasso et caldo oleam . . . colminianam . . . serito (VARRO rust. 1, 24, 1 colminiam). *cf.* COLVM. 5, 8, 3 olearum . . . genera . . . in meam notitiam decem omnino pervenerunt . . . culminia (*AS*). 12, 54, 1 culminiam bacam. MACR. sat. 3, 20, 6 olearum genera . . . culminea. *Mbr.*

1. cōlo, -āvī, -ātum, -āre [*a* 1. colum. *Th.*]. *legitur inde a* MANIL. GLOSS. II 103, 12 -at ὑλίζει, διηθεῖ. [*loci dubii*: APIC. 7, 275 elixam . . . collare si voles. 7, 287 hoc collare pergito (*Schuch utroque loco* colorare).]

I ***proprie:*** *secernere crassiorem materiam a tenui vel liquida*: **A** *de eis quae cribro vel colo secernuntur* (*colari dicuntur tam solida, quae in colo remanent, ut aurum, quam liquida*): COLVM. 2, 2, 20 glebae . . . more faeculenti vini diligenter -atae. 7, 8, 7 thymum contritum cribroque -atum. 9, 16, 1 cera per stramenta vel iuncos defusa -atur. 12, 11, 1 expressa . . . aqua -etur (*ibid.* spurcitia . . . eximatur). 12, 17, 1 *acetum* (12, 57, 1). SCRIB. LARG. 134 omnia contusa, non cribrata, macerantur . . . vino . . ., -atur liquor. 269 *haec* -antur (coniciuntur *trad.*, *corr. ex* MARCELL. med. 35, 7) macerata. 271 per linteum vel ex iunco factum de industria colum. PLIN. nat. 13, 82 diligentior cura mollia panis . . . -at[a] aqua fervente. 16, 54 *resinam.* 21, 83 *favos* sportā (PALLAD. 3, 27 *vinum*). 22, 157 aqua in potum -ata (*cod. Dalecamp.*, collecta *rell.*). 25, 164 *sucum* linteo (*opp.* densare). 26, 31 *salviam.* PORPH. Hor. sat. 2, 4, 54 'lino vitiata saporem': per saccum -ata *vina.* GARG. MART. med. 43 aqua caelestis . . . transfusa -atur. Ps. GARG. MART. p. 211 *compositio* per saccum -ari debet usque ad claritatem. SER. SAMM. 20 hedera ex oleo -ata vetusto. CHIRON 201 sucum -atum . . . potionare oportet. 346 per lentiolum -ato sucum eius *compositionis.* PELAGON. 148 ebuli radicem . . . per linteolum. 461 *cantabrum* per sabanum. VEG. mulom. 2, 126, 2 aluminis -ati scrup. I. HIER. epist. 52, 11, 3 coctis . . . frugibus aqua pinguior -atur. MARCELL. med. 8, 79 *omnia medicamenti* -bis tenui linteo (*ibid.* exprimes per linteum delicatum. 8, 84 per linteolum delicatum -bis). 8, 95 lauri folia . . . diluito et linteo -ato. 8, 127. PLAC. med. 5, 13 sulphur -atum. 14, 12 stercus equi siccum et . . . liquefactum et -atum. THEOD. PRISC. eup. faen. 26 adipes . . . -ati (41. 45 *cf. adnot. Rosii ad 45*). APIC. 1, 4 vinum -as. 3, 65 aquam . . . in mortario. 4, 125 asparagos . . . aqua suffundes . . . per colum -bis (4, 129). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 68 mala . . . contusa atque -ata. *scoriis purgare*: APVL. flor. 6 p. 21 arvum colere vel aurum -are (HIER. psalt. sec. Hebr. 12, 7 argentum igne probatum, . . . -atum septuplum [VVLG. *Amiat.* -atum, *rell.* purgatum]. OP. imperf. in Matth. 5 p. 661 aurum vel argentum combustis in fornace sordibus -atur. *adde l. 73*). ISID. orig. 19, 17, 1 colores autem dicti sunt . . . quod in initio -bantur. *singulariter dictum*: MANIL. 5, 193 -are vagos inductis retibus amnes (*i. piscari*). **B** *de eis quae naturaliter secernuntur*: SEN. nat. 3, 5 occulto . . . itinere subit terras . . . -aturque in transitu mare (*i. q. ibid.* amaritudinem ponit). PLIN. nat. 31, 38 quibus (*puteis*) et exercitationis ratio . . . continget et illa tenuitas -ante terra. 31, 48 *tofus aquas* dulces . . . levissimasque facit et -ando continet sordes. TERT. adv. Val. 23 p. 200, 17 si non et istum (*aërem*) Sophiae maestitia -asset.

II *in* ***imagine*** *et* ***translate:*** *de rebus*: TERT. anim. 53 p. 386, 23 *anima* vi mortis exprimitur de concretione carnis et ipsa expressione -atur (*cf. supra*: *corpus* animam . . . concretione carnis infaecat). resurr. 61 p. 122, 19 forata sunt inferna in viro et in femina, nimirum qua libidines fluitent: cur non magis, qua (ut *M*, *om. rell.*) defluxura -entur? AGNELL. epist. p. 318^D conturbatio (*fidei*) cum -ata fuerit, omnis faeculentia proiicitur; et hoc quod liquatum fuerit, custoditur. *de animantibus*: VVLG. Mal. 3, 3 purgabit filios Levi et -bit (χεεῖ) eos quasi aurum (HIER. in Mal. 3, 2 p. 973 sacerdotes. *ibid.* emundati et -ati). *nota*: HIL. in Matth. 24, 7 irridet eorum (*pharisaeorum*) in -andis culicibus diligentiam (*cf.* ITALA Matth. 23, 24 [Schol. Hor. Vind. ars 139] -antes [volantes *cod.*] culices et absorbentes camelum, VVLG. excolantes culicem, διυλίζοντες. ITALA [*v. vol. IV p. 1287, 13 sqq.*] liquantes).

part. perf. pass. pro adi. **cōlātus,** -a, -um. *compar.*: *v. p. 1670, 6.* GLOSS. διηθ[μ]ημένον, liquidum, mundum, purum. III 568, 26 lupiatu (liquatum? *Götz*) i. colatu. *proprie* (*cf. sub I A*): PLIN. nat. 31, 95 vitium huius (*muriae*) est allex atque imperfecta nec -a faex. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 18 liquefactam calcem, quam vulgo -am vocant. ORIBAS. syn. 4, 42 quae surgunt aquae *in apertis locis* -ae sunt et limpidae. *huc pertinere videtur* lucerna colata (*i. munda, nitida? ex argilla purgata facta? v. adn. ad Corp. VIII 22642, 4*): *passim in inscr. lucernarum, ut* CORP. VIII 22642, 2^b lucernas -as de oficina Donati. 22642, 4^b emite lucernas -as ab asse (XIII 10001, 19^b). *cf. l. 12.* *translate*: TERT. anim. 9 p. 311, 15 nec berullis ideo aquosa materia est quod fluctuent -o nitore. 48 p. 379, 1 certiora et colatiora somniari. nat. 1, 5 p. 65, 17 serenitas tam -a *caeli.* RVFIN. Orig. in lev. 9, 8 -a . . . et defaecata vult esse vel verba nostra vel opera.

neutr. pro subst. **cōlātum,** -ī. *de potione*: PELAGON. 9 facies inde -um per linteolum. *obscurius*: GREG. M. epist. 7, 37 p. 486, 22 quia -um (collatum *codd.*) ac viritheum non libenter bibo, . . . cognidium requiro. *de vase* (*cf. supra l. 1 sqq.*): ISID. orig. 20, 3, 7 -um vas proprium nuncupant, in quo deportatur *vinum.* [*cf.* PLIN. nat. 34, 157 *Ricc. et Voss.*: in -is (cutalis *B*), quibus aurum colligitur.]

derivata: colatorium, colatura. *composita*: de-, excolare (*cf.* RVFIN. Orig. in num. 27, 12), in-, per-, re-, transcolare. *Hey.*

×2. colo, -uī, cultum, -ere [*ex* *quelō *factum, idem q. gr.* πέλομαι, *ind.* carati '*versatur, ambulat, peragrat, tractat*'; *cf. c. gr.* ἀνα-τέλλειν, τελέθειν *et c.* inquilinus, Esquiliae, colus, *fortasse c.* coluber, columna; *v. Curtius, Grundzüge d. griech. Etymologie*[5] *p. 470; Corssen, Beitr. zur ital. Sprachkunde p. 73. Th.*]. VARRO ling. 5, 36 ager -ltus ab eo quod ibi cum terra semina coalescebant. *forma vetustior* quolo *legitur* INSCR. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) 2 ad veitam quolundam. *de coniugatione*: VARRO ling. 9, 108 cur non sit analogia, afferunt, quod ab similibus similia non declinentur, ut ab 'dolo' et '-o'; ab altero enim dicitur 'dolavi', ab altero '-ui'. *ibid.* '-is'. PRISC. gramm. II 526, 8 '-o -ui'. 571, 18 in 'lui' . . . desinentia 'ui' in 'tus' convertunt in participio, ut '-o, -ui, -ltus'. MART. CAP. 3, 319 '-o -ui -ueram'. GRAMM. suppl. 180, 2 frequenter . . . o in u vertitur, quando consonantes duae sequuntur, ut . . . '-o -ltus'. *imperat. praes. act.* -ito: VERG. georg. 2, 413 (*cf.* GLOSS.) COLVM. arb. 5, 3 PLIN. nat. 18, 232. cole: CIC. epist. 2, 11, 2 CVLEX 381 OV. rem. 29 Ps. SEN. mon. 138. *de supino cf. vol. IV p. 1324, 58 sqq.* *gerund. in* -und-: INSCR. coc. Falisc. *supra l. 23.* *nota* coleo: GLOSS. II 248, 6. *cf.* LYD. mag. 1, 20 colientes *p. 1680, 4.* *de constructione*: PRISC. gramm. III 274, 16 adorativa quoque *verba accusativo sociantur*: '-o te, honoro, adoro' *eqs.* *de significatione*: NON. p. 250 -ere est venerari . . . exercere, ut rustici . . . inhabitare . . . diligere . . . ornare . . . pati (*seq. Ter. Haut. 136*). PRISC. gramm. II 404, 1 sunt alia, quae una voce et una coniugatione diversas tamen habent significationes, ut . . . '-o' quoque pro 'diligo' et 'habito' et 'aro' accipitur. AVG. civ. 10, 1 dicimur . . . -ere etiam homines, quos honorifica vel recordatione vel praesentia frequentamus. nec solum ea, quibus nos religiosa humilitate subicimus, sed quaedam etiam, quae subiecta sunt nobis, perhibentur -i. nam ex hoc verbo et agricolae et coloni et incolae vocantur et ipsos deos non ob aliud appellant caelicolas, nisi quod caelum -ant, non utique venerando, sed inhabitando, tamquam caeli quosdam colonos *eqs.* DIFF. ed. Beck p. 47, 42 inter '-ere' et 'incolere' et 'venerari' et 'diligere' et 'suspicere': -imus deum vel agrum, incolimus solummodo agrum, veneramur *eqs.* GLOSS. *v. infra singulis locis, nota*: II 103, 49 -it: σέβεται, γεωργεῖ. *diversae significationes coniunctae sunt his locis* (*cf. p. 1672, 3*): NAEV. com. 93 domos (domi *Ribb.*) patres patriam ut -atis potius quam peregri probra (*cf.* AVSON. 193, 13 ut placidos mores, tranquillos sic -e manes). VERG. Aen. 4, 343 (*Aeneas*) urbem Troianam . . . dulcesque meorum relliquias -rem (*cf.* CVLEX 86 illi [*pastori*] falce deus -itur, non arte politus, ille -it lucos. *sim.*: OV. met. 11, 146 *Midas* perosus opes, silvas et rura -bat Panaque montanis habitantem semper in antris. SEN. Phaedr. 406/407 regina nemorum, sola quae montes -is et una solis montibus -eris dea. LVCAN. 8, 338 Chaldaeos -ure focos et barbara sacra *Pompeius.* *cf.* CLAVD. 5, 267 quid nobis patriam, quid cara revisere tandem pignora dilectosque iuvat -isse penates?). HOR. epist. 2, 1, 7 Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux, . . . dum terras hominumque -unt genus *eqs.* LYGD. 6, 20 nec torvus Liber in illis qui se quique una vina iocosa -unt. OV. medic. 12 forsitan antiquae Tatio sub rege Sabinae maluerint quam se rura paterna -i. met. 13, 633 Ancus, quo rege homines, antistite Phoebus rite -batur. SEN. epist. 21, 3 (*Epicurus Idomeneo scribit*) si gloria . . . tangeris, notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista, quae -is et propter quae -eris. 67, 12 *virtus* nobis non ture nec sertis, sed sudore et sanguine -enda est (*cf.* 115, 5 -itur . . . non taurorum opimis corporibus contrucidatis nec auro argentoque suspenso nec in thensauros stipe infusa, sed pia et recta voluntate). MACR. 2, 4, 10 Vettius cum monumentum patris exarasset, ait Augustus: hoc est vere monumentum patris -ere. *legitur inde a* NAEVIO *et* INSCR. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) (*saec. fere III a. Chr. exeunte*). [*loc. inc.*: PLAVT. Cas. 523 LIV. 44, 14, 10 QVINT. inst. 5, 7, 7 SVET. Vit. 12 FRONTO p. 122, 11. 126, 18. 191, 7. 236, 6 N. MIN. FEL. 5, 11 VOPISC. Aurelian. 24, 1 CARM. epigr. 665 CORP. X 5506.] *adde nom. propr.* Colendus, -a.

I *i. q.* ***incolere, habitare:*** NON. p. 250 -ere inhabitare (GLOSS. IV 434, 35 -i dedit: inhabitare permisit). PRISC. gramm. II 404 habito. AVG. civ. 10, 1 *v. supra l. 42.* *nonnumquam dubites hucine an ad II A 1 loci referendi sint.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *cum accusativo*. 1 *de hominibus*: NAEV. com. 93 domos... patriam *v. p. 1670, 53.* PLAVT. Bacch. 198 regiones -ere mavellem Acheruntiças (*cf.* VERG. Aen. 5, 735 amoena priorum concilia Elysiumque -o. OV. Ib. 174 in loca ab Elysiis diversa vocabere campis, quasque tenet sedes noxia turba, -es. SIL. 5, 241 deus ima -entum. STAT. Theb. **12**, 76 tu superum convexa licet coetusque perenni... virtute -as. MART. 9, 51, 5 Elysios. NEMES. ecl. 1, 40 si sublimes animae caelestia templa sidereasque -unt sedes mundoque fruuntur. *cf.* CARM. epigr. 755, 3. INSCR. christ. Rossi II p. 104, 38, 6 adsertor Christi sidera iure -es). PLAVT. Stich. 670 peregrina omnia relinque, Athenas nunc -amus. VARRO ling. 5, 163 *Ennium* -isse Tutilinae loca. VARRO AT. carm. frg. 14 terrae extremas inter *zonas* mediamque -untur (CIC. rep. 6, 21. 22 ex his ipsis -ltis notisque terris. Tusc. 1, 68 globum terrae ... duabus oris distantibus habitabilem et -ltum, quarum altera quam nos incolimus *eqs.* [*ibid. opp.* ceteras partes incultas]. nat. deor. 2, 164 *homines* qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem -unt [*ibid.* incolimus]. VERG. Aen. 1, 532 [*cf.* 3, 165]. 3, 13 terra procul vastis -itur Mavortia campis — Thraces arant —. SEN. dial. **11**, 7, 10 MELA 2, 52 TAC. ann. 2, 60 hist. 5, 2 *infra l. 27.* FLOR. epit. **4**, 12, 66 tum dum -it terras *Augustus.* APVL. mund. 7 AVIEN. orb. terr. 1061). CIC. Verr. 5, 119 -iturque ea pars *urbis* et habitatur frequentissime (OV. epist. 10, 97 sive -unt habitantque viri *insulam,* diffidimus illis). CIC. epist. 2, 11, 2 urbem, urbem, mi Rufe, -e et in ista luce vive (VERG. Aen. 4, 343 *v. p. 1670, 55.* CVRT. 4, 8, 6 magnam illam urbem advenarum frequentiam -uram. SIL. 15, 192 urbs -itur, Teucro quondam fundata vetusto, nomine Carthago. TAC. hist. 5, 2 Assyrios... proprias urbes Hebraeasque terras et propiora Suriae -isse. AVSON. 319, 3 vicinas urbes). CATVLL. 63, 70 algida Idae nive amicta loca. LVCR. 5, 955 nemora atque cavos montes silvasque -bant *homines* (OV. met. 11, 146 silvas et rura *p. 1670, 57.* CVLEX 381 fontes et virides nemorum silvas et pascua). VERG. Aen. 3, 73 sacra mari -itur medio... tellus, ... quam pius arquitenens ... immotam... -i dedit et contemnere ventos (*cf.* GLOSS.). 7, 684 quique altum Praeneste viri quique arva Gabinae Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis Hernica saxa -unt. 7, 714 qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini, qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum Casperiamque -unt Forulosque et flumen Himellae. PROP. 2, 19, 2 devia rura (OV. medic. 12 rura paterna. met. **11**, 146. 765 secretos montes et inambitiosa -bat rura. AVSON. 417, 80 Aquitanica rura). OV. epist. 4, 107. met. 6, 149 Maeoniam virgo Niobe Sipylumque -bat. CVLEX 86 lucos *v. p. 1670, 56.* LIV. 5, 33, 2 agros ... ab Etruscis antea -ltos possedisse *Gallos.* 10, 2, 7 tribus maritimis Patavinorum vicis -entibus eam oram. 38, 15, 9 agrum Sagalassanum. 38, 17, 2 omnium, quae Asiam -unt gentium. 38, 38, 3 insulas (TAC. Germ. 29 insulam Rheni amnis. OV. epist. 10, 97 *supra l. 22.* TAC. hist. 4, 15 partem insulae. ann. 12, 61 OROS. hist. **1**, **2**, 78). MANIL. 1, 225 medio subiecta polo quaecumque -untur. SEN. Herc. f. 1165 quisquis Ismeni loca, Actaea quisquis arva, qui gemino mari pulsata Pelopis regna Dardanii -is. Phoen. 128 quisquis... Spartamque fratre nobilem gemino -is. Phaedr. 932 orbemque nostris pedibus obversum -as. Herc. O. 140 Dircaea... moenia (MART. 10, 103, 9 moenia... dominae pulcherrima Romae). CVRT. 7, 7, 4 saltum (alium *codd.*) ultra Istrum iacentem. 8, 2, 3 ulteriorem ripam (TAC. Germ. 28 ipsam Rheni ripam. hist. 4, 64 ann. 1, 59). MELA 2, 59. 122. 3, 10 LVCAN. 3, 205. 9, 650. CALP. ecl. 1, 74 quaecumque notum gens ima iacentem erectumve -it boream. PLIN. nat. 6, 208 Africae... latitudo, qua -itur *eqs.* VAL. FL. 1, 44 STAT. Theb. 7, 308. MART. 4, 57, 3. QVINT. decl. 259 p. 56, 28 unam sibi domum, quam -ret, elegit. IVV. 3, 193. 15, 76. TAC. Agr. 11 Britanniam. PLIN. epist. 3, 19, 2 unam villam -ere et ornare, alteram tantum tueri. 6, 10, 1 hunc enim -ere secessum atque etiam senectutis suae nidulum vocare consueverat. AMPEL. 6, 2 orbis terrarum, quem nos -imus (*at* incolo: 1, 4. 2, 10. 6, 1). GELL. 1, 10 Italiam. APVL. met. **1**, 19 Aetoliam. 3, 17 tectum scandulare... quod... secreto -it *Pamphile.* MIN. FEL. 25, 5 quicquid Romani tenent -unt possident audaciae praeda est (PANEG. 2, 13 quicquid homines -unt). TERT. nat. 2, 12 mons quem -erat (*adde l. 39*). PALLAD. 1, 16 provincia quam -imus. AVIEN. orb. terr. 113 Massiliam. *al.* AVSON. 175, 14 iuncta -is thalamo nunc monumenta tuo (*uxor mortua. cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 64, 10, 12 fac sub pace -i templa dicata tibi). 418, 69 deserta. AMM. 23, 6, 43. CLAVD. carm. min. 28, 21 vasta -it sub rupibus antra (*cf.* LVCR. 5, 955 *l. 29*). PAVL. NOL. carm. 21, 389 nos... super addita tecta -entes. OROS. hist. 1, 2, 81. *latiore sensu fere i. q. aquas accolere*: VERG. Aen. 7, 684 *l. 33.* 7, 714 *l. 35* CVLEX 381 *l. 31.* CVRT. 8, 9, 2 quae gentes -rent *flumen.* VAL. FL. 1, 44 SIL. 3, 322 qui stagna -unt Tritonidos alta paludis. 14, 231 qui fontes, vage Chrysa, tuos et pauperis alvei Hipparim ac facilem superari gurgite parco Pantagian rapidique -unt vada flava Symaethi. MART. 10, 58, 5 flumineos... lacus. TAC. Germ. 32 certum iam alveo Rhenum... Tencteri -unt. AVSON 296, 4 *Garumnam* innumeris -ltam populis. *nota in imagine*: PROP. 3, 5, 19 me iuvat in prima -isse Helicona iuventa Musarumque choris implicuisse manus (OV. Pont. 4, 2, 11 inter... Helicona -entes [*i. poetas*] uberius nulli provenit ista seges; *cf. p. 1672, 20*). AVSON. 470, 41 pectoris ut nostri sedem -is, alme Syagri, communemque habitas alter ego Ausonium. *i. q. tenere, possidere*: INSCR. christ. Rossi II p. 127, 7, 15 culmen apostolicum -uit tres ferme per annos.

2 *de diis* (*significat nonnumquam i. q. custodire, servare*): PLAVT. Persa 581 di omnes qui caelum -unt (AVG. civ. 10, 1 *p. 1670, 42*). Poen. 950 deos deasque veneror, qui hanc urbem -unt (OV. met. 15, 642 LIV. 24, 38, 8 *infra l. 27.* 31, 30, 9). TRAG. inc. 217 Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis -is. CATVLL. 36, 14 o caeruleo creata ponto, quae sanctum Idalium Vriosque apertos quaeque Ancona Gnidumque arundinosam -is quaeque Amathunta quaeque Golgos quaeque Durrachium Hadriae tabernam (61, 17 Idalium. VERG. catal. 14, 2 Paphon, ... sedes... Idalias). VERG. ecl. 2, 62 Pallas quas condidit arces, ipsa -at (*syn.* habitarunt). HOR. epist. 2, 1, 7 *v. p. 1670, 63.* OV. am. 2, 13, 7 Isi, Paraetonium genialiaque arva Canopi quae -is et Memphin palmiferamque Pharon *eqs.* (met. 9, 773). met. 1, 576 nymphis...-entibus undas. 2, 679 nec... tunc aderas (*Delphice*): Elin Messeniaque arva -bas. 4, 302 nympha -it *stagnum* (14, 332 fontana... numina, naiades, ... quae... -unt Scythicae stagnum nemorale Dianae finitimosque lacus. CLAVD. carm. min. 53, 43 qui fluvios, qui stagna -unt). 5, 495 Sicaniam peregrina -o (*Arethusa*). 5, 663 deas Helicona -entes. 14, 681 haec loca sola -it *Vertumnus.* 15, 545 hoc nemus inde -o (*Hippolytus*). Pont. 1, 2, 80 -ltaque Oresteae Taurica terra deae. fast. **1**, 241 ipse (*Ianus*) solum -ui, cuius placidissima laevum radit harenosi Thybridis unda latus. 1, 398 quae ... -unt amnes solaque rura deae. 2, 598 Tiberinides omnes quaeque -unt thalamos, Ilia diva, tuos. LIV. 5, 21, 3 'te simul, Iuno regina, quae nunc Veios -is, precor, ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequare *eqs.*' 24, 38, 8 'superi infernique di, qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque -itis'. 29, 27, 1 'divi divaeque... qui maria terrasque -itis'. SEN. Herc. f. 5 tellus -enda est *mihi* (*sc. Iunoni*); paelices caelum tenent. Phaedr. 406. COLVM. 10, 265 nymphasque Napaeas, quae -itis nemus Amphrysi, quae Thessala Tempe, quae iuga Cyllenes et opaci rura Lycaei antraque *eqs.* LVCAN. 9, 990 Phrygias... ruinas. SIL. 3, 393 Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis, quam Satyri -uere leves *eqs.* STAT. silv. 1, 1, 106 certus ames terras et quae tibi templa dicamus, ipse -as (*sc. Domitianus*). 3, 3, 5 *Pietas,* qualis adhuc praesens nullaque expulsa nocentum fraude rudes populos atque aurea regna -bas. NEMES. ecl. 2, 20. PS. SOL. Pont. 22. CORP. VIII 2581 moenia qui Risinni Aeacia, qui -is arcem Delmatiae, nostri publice Lar populi (*i. Aesculapius*) *eqs.* *nota*: CLAVD. rapt. Pros. 3, 289 deserta -bat *Proserpina errans.*

3 *de bestiis*: *fabulosis*: PLAVT. Aul. 701 pices... aureos montes -unt. LVCR. 5, 30 Stymphala -entes. VERG. Aen. 3, 212 Strophades... insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno harpyiaeque -unt aliae *eqs.* (*cf.* NON. p. 250). CLAVD. carm. min. 27, 8 haec fortunatus nimium Titanius ales (*phoenix*) regna -it. *de naturalibus*: VERG. georg. 3, 430 *anguis* qui... stagna -it ripisque habitans *eqs.* TIB. 3, 9, 2 seu quis bona pascua campi seu -is umbrosi devia montis aper. OV. ars 2, 150 quasque -at turres, Chaonis ales habet. met. 2, 380 quae -at elegit *cycnus* contraria flumina flammis (SEN. Ag. 679 Histrum cycnus Tanainque -ens). LVCAN. 9, 710 ambiguae -ret qui Syrtidos arva chersydros.

B ***absolute***: PLAVT. Poen. 13 exerce vocem (*praeco*), quam per vivisque et -is (vales *Geppert*). Pseud. 202 huncine hic hominem pati -ere iuventutem Atticam? CAEL. hist. 55 Maurusii qui iuxta Oceanum -unt. LIV. 21, 26, 6 -unt autem circa utramque ripam Rhodani *Volcae* (MANIL. 1, 237 hanc *terram* circum variae gentes hominum atque ferarum aeriaeque -unt volucres). 24, 49, 5 prope Oceanum adversus Gades (45, 29, 7 prope Axium flumen ad regionem orientis). 38, 18, 12 litora qua Cilices maritimi -unt. CVRT. 4, 7, 19 qua vergit ad occidentem... Aethiopes -unt. *al.* TAC. Germ. 16 -unt discreti ac diversi. ann. **1**, 56 catervas Germanorum cis Rhenum -entium (*cf.* GELL. 9, 4, 6 Sauromatas, qui ultra Borysthenen fluvium longe -unt). 2, 41. VLP. dig. 43, 13, 1, 4 si modo hoc factum eius incommodum circa -entibus afferat. GELL. 14, 1, 8 in patentibus campis. **16**, 11 tit. in Syrtibus Africanis. 16, 11, 5. APVL. met. 1, 21 extra pomerium et urbem totam. ANTH. 407, 7 illustri... graves nobilitate domos devita et longe †vivus -e. IVL. VAL. 1, 25 AVIEN. orb. terr. 5. 250 *al.* SERV. Aen. 3, 399 PAVL. NOL. carm. **17**, 250. 21, 405.

II *i. q.* ***curare, tractare, diligere*** *sim.*: GLOSS. τημελῶ. ἀσκῶ. *de notione cf. synonyma*: TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 11 -atur... id aedificium et ea pomaria et lacus... impensaque praestetur ⟨ad⟩ reficiendum restituend(um) *eqs. ibid.* **13**. TERT. anim. 17 ipsius dei providentiam excaecas qui cunctis operibus suis intellegendis [in]colendis dispensandis fruendisque fallaces et mendaces dominos praefecerit sensus. PS. APVL. Ascl. 5 inanimalia institui et -i sine hominibus non possunt. PRISCILL. tract. 6, 94 non tam -i vult mundi instituta quam distrui.

A ***res corporeas***: **1** *de agricultura; cf.* NON. p. 250 -ere exercere ut rustici. GLOSS. γεωργῶ. II 103, 49 -it... γεωργεῖ. PRISC. gramm. II 404, 1 aro. DIFF. ed. Beck 47, 42 *v. p. 1670, 48.*

a *proprie*: *α cum accusativo*: ***αα proprie agrum, terram sim.***: agrum: TER. Phorm. 365. CATO agr. capp. LXX quo modo ager -atur. 61 quid est agrum bene -ere? bene arare. quid

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundum? arare. quid tertium? stercorare. or. frg. 11, 1 adolescentiam meam abstinui agro -endo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis atque conserendis. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 29 quei intra eos fineis agrum posedet ... eos ita posidere -ereque liceat (VARRO ling. 5, 36. CIC. leg. agr. 2, 84 a plebe). VARRO ling. 5, 96. rust. 1 capp. p. 3, 24 agri quibus rebus -antur (rust. 1, 2, 14) *et saep.* Men. 415 agros -unt harenosos. CIC. S. Rosc. 39 qui ... in agro -endo vixerit. 48. 50 suos ... agros studiose -bant, non alienos cupide appetebant (OV. fast. 3, 779). 51. Verr. 4, 43 ut ... aratoribus ... arare atque agros -ere expediret (CATO agr. 61 *p. 1672, 84 sq.* CIC. leg. agr. 2, 67 qui arari aut -i possit). leg. agr. 2, 88. de orat. 3, 133 de fundo emendo, de agro -endo. rep. 2, 26. 3, 16 Lycurgus ... agros locupletium plebi, ut servitio -endos dedit. 5, 3 Tusc. 2, 13. Cato 54 -entem agrum et eum stercorantem (*cf.* CATO agr. 61 *supra l. 1*). nat. deor. 2, 151 ferrum ..., rem ad -endos agros necessariam. *al.* HIRT. Gall. 8, 7, 2. SALL. Catil. 4, 1 agrum -endo aut venando, servilibus officiis, intentum. ALF. dig. 50, 16, 203 LIV. 3, 26, 8 *al.* FEST. p. 241 (collidebat *cod.*). VAL. MAX. 4, 4, 6 agrum ... -endum locari. SEN. dial. 3, 21, 2 benef. 4, 14, 3 epist. 94, 14 CVRT. 5, 3, 15. 5, 5, 24 -i serique. 8, 1, 36. COLVM. 1 praef. 14 non minus industrie -erit, quam fortiter armis quaesierat. 1, 7, 1 sedulo. 1, 7, 3 *urbanus colonus* qui per familiam mavult agrum quam per se -ere. 2, 2, 8 est antiquius facere agrum quam -ere. 4, 3, 3 bonis ac malis rationibus. MELA 2, 11 -unt Georgi exercentque agros (VLP. dig. 33, 7, 8 pr. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 4). LVCAN. 1, 571 PLIN. nat. 1, 18, 8. 6, 91 diligenter. 18, 11 agrum male -ere censorium probrum iudicabatur. 18, 36 optime (CATO agr. 61 bene *p. 1672, 84.* PLIN. nat. 18, 38 bene -ere necessarium est, optime damnosum). 18, 37 agros ... coemendo -endoque. *al.* QVINT. decl. 249 p. 24, 14. 298 p. 179, 27 agellum (PLIN. epist. 3, 1. APVL. apol. 18 publica pecunia). SVET. gramm. 23 FLOR. epit. 1, 22, 3 POMPON. dig. 24, 3, 9 VLP. dig. 7, 8, 10, 4. 33, 7, 12, 8 *al.* PAVL. dig. 6, 3, 1 ita -endi dantur, ut privatim agros nostros -endos dare solemus. APVL. apol. 17 PORPH. Hor. carm. 1, 1, 12. 3, 5, 23 CAPITOL. Alb. 11, 7. AVSON. 320, 21 agri bis centum -o iugera. AVG. civ. 7, 74 CASSIOD. in psalm. 118, 148 COD. Iust. 11, 48, 22, 3. *adde s. v.* ager *vol. I p. 1290, 13 sqq.*

fundum: CATO agr. 2, 1 quo modo fundus -ltus siet (COLVM. 1, 4, 6). VARRO rust. 1, 1, 2 bene -endo fructuosum ... facere (COLVM. 4, 3, 6 melius). ALF. dig. 15, 3, 16 -endum servo suo locavit (IVLIAN. dig. 19, 2, 32. 23, 4, 22 certa pensione). IAVOL. dig. 19, 2, 51 ea lege fundum locavi, ut, si non ex lege -retur *eqs.* MARCELL. dig. 36, 1, 46, 1 -endo ... fundo vel in cogendis fructibus insumpsit operam. SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 si non fide dominica, sed mercede, ut extranei coloni solent, fundum -isset. VLP. dig. 8, 3, 3 boves per quos fundus -itur. CORP. IX 3674 colono f(undi) Tironiani, quem -uit ann(os) n(umero) L. *reliqua v. s. v.* fundus. loca: VARRO ling. 5, 36. rust. 1, 17, 2 gravia loca. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 27 neq(ue) quisquam post me dominium potestatemve eorum locorum habeto, nisi in hoc, ⟨ut⟩ melius -antur et conserantur perficianturq(ue). terram (*aliter p. 1671, 12 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 3 nullam arbitror esse *terram* quae tam tota sit -lta *quam Italia.* VERG. georg. 2, 222 illam *terram* experiere -endo et facilem pecori et patientem vomeris unci. OV. fast. 1, 668. SEN. benef. 7, 10, 5 vasta spatia terrarum -enda per vinctos. nat. 3, 11, 5 PLIN. nat. 17, 41. 31, 53 et -i moverique terram callumque summae cutis solvi aquarum interest. QVINT. inst. 5, 11, 24 *terra* neglecta sentes ac dumos, -lta fructus creat (*syn.* excolendum). FLOR. epit. 2, 3, 5 ferrum quo terra -retur. PS. APVL. Ascl. 6 HIL. myst. p. 6, 30 RVFIN. hist. mon. p. 426[B] VVLG. Ier. 27, 11 *al.* AVG. civ. 7, 24 nullum genus esse terrae tam remotum ac vehementer ferum quod non subigi -ique conveniat. COD. Iust. 1, 27, 2, 8. 11, 48, 23, 1 GREG. M. epist. 4, 21.

hortos: VARRO rust. 1, 16, 3 sub urbe -ere hortos late expedit, sic violaria et rosaria, item multa quae urbs recipit, cum eadem in longinquo praedio ... non expediat -ere. VERG. georg. 4, 118 pingues hortos. OV. met. 14, 624 *Pomona* -uit sollertius. Pont. 1, 8, 45. MANIL. 5, 256 *Corona* -et nitidis gemmantem floribus hortum, pallentes violas et purpureos hyacinthos liliaque et Tyrias imitata papavera luces vernantisque rosae rubicundo sanguine florem caeruleum foliis. CVRT. 4, 1, 19 suburbanum hortum. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 *p. 1674, 50.* CASSIOD. inst. div. 28 (*syn.* agros exercere). PALLAD. hist. mon. I 2 p. 259[a] *hortulum.* 19 p. 298[b]. praedia: VARRO rust. 1, 18, 7. CIC. S. Rosc. 43 (*bis*) tot praedia, tam pulchra, tam fructuosa ... -enda ac tuenda. 44. 49 studiose. ALF. dig. 32, 60, 3 COLVM. 1 praef. 12 PLIN. nat. 7, 151 SCAEV. dig. 20, 1, 32 *al.* VLP. dig. 19, 2, 15, 3. 50, 8, 2, 1 praedia publica. PAVL. dig. 26, 7, 46. 49, 14, 50 domino. silvam (*aliter p. 1671, 29 sqq.*): VARRO rust. 1, 23, 6 seras ac -as silvam caeduam. rus, rura (*aliter p. 1671, 38 sqq.*): VARRO rust. 2 praef. 1 *opp.* qui in oppido sederent (*cf.* 3, 1, 1 tempus, cum rura -rent homines neque urbem haberent. COLVM. 1 praef. 17 eos, qui sub umbra civitatis intra moenia desides cunctarentur, quam qui rura -rent ..., segniores visos). CATVLL. 64, 38 HIRT. Gall. 8, 3, 1. VERG. georg. 2, 413 laudato ingentia rura, exiguum -ito. TIB. 1, 5, 21. OV. epist. 18, 9 modo venando, modo rus geniale -endo. trist. 5, 10, 23. MANIL. 5, 272 arvorum ... studium rurisque -endi. SEN. benef. 3, 19, 1 labore summo. COLVM. 1, 9, 5. 8, 1, 1 ruris exercendi -endique scientiam. 12 praef. 10 non solum -erant, sed habitaverant rura. LVCAN. 3, 191. PLIN. nat. 18, 36 -i rura ab ergastulis. VAL. FL. 6, 405 HOMER. 885 MART. 13, 15, 1. QVINT. decl. 298 p. 176, 21 rus paternum. AMM. 23, 6, 50. 31, 4, 9 GREG. M. epist. 4, 21. *nota:* OV. met. 15, 367 de putri viscere *taurorum mactatorum* passim florilegae nascuntur apes quae more parentum rura -unt. tellurem: LVCR. 5, 1441 PLIN. nat. 18, 21. AVIEN. orb. terr. 14 qua -itur populis, qua tellus paret aratro.

arva: HOR. carm. 3, 5, 24. TIB. 1, 10, 45 pax arva -at. PANEG. in Mess. 163 non illic -it arva deus Bacchusve Ceresve. OV. am. 1, 1, 10 met. 3, 584 quae duri -rent ... arva iuvenci. *al.* (*v. etiam p. 1690, 22*). PLIN. nat. 6, 107. 18, 24. QVINT. inst. 1, 12, 7 suademus agricolis, ne arva simul et vineta et oleas et arbustum -ant. APVL. flor. 6 p. 21 arvum -ere vel aurum colare. CLAVD. rapt. Pros. 2, 181 CASSIOD. in psalm. 130 praef.

solum: OV. ars 3, 102 -lto stat seges alta solo. fast. 1, 692 nec sterilis -lto surgat avena solo. humum: OV. fast. 4, 560 primus arabit et seret et -lta praemia tollet humo. glebam: OV. Pont. 1, 8, 50. fines: LIV. 5, 36, 3 Gallis ... quam -ant Clusini, partem finium concedant. COLVM. 1 praef. 14. regionem: COLVM. 2, 10, 17. 4, 23, 1. 6 praef. 3 ut hominum ita armentorum adiutorio.

heredia: PLIN. nat. 18, 39. *cf.* APVL. flor. 10 p. 42 qui herediolum sterilem et agrum scrupulosum, meras rupinas et senticeta miseri -unt. *varia:* VARRO rust. 1, 6, 5 campestria. 1, 18, 3 si minus CCXL iugera oliveti -as (*ex Catone. cf.* 1, 22, 3). 1, 18, 7 quot ... melius aut deterius habeas -ltum. LIV. 21, 30, 7 Alpes quidem habitari, -i, gignere atque alere animantes. LIV. 28, 11, 8 minime convenire Siciliae quam Italiae -endae maiorem curam esse. CVRT. 5, 1, 27 cetera (*eas partes urbis, quae non tectis occupantur*) serunt -untque (VARRO rust. 1, 23, 6 *p. 1673, 74*). MELA 3, 27 ne illa quidem (*quae possident*) enixe -unt *Germani.* PLIN. nat. 14, 49 ipsum Africani -bat exilium (*i. locum exilii*). MART. 12, 18, 10. CARM. epigr. 1238, 5 ruri mea vixi -endo. COD. Iust. 7, 32, 4 (*a. 290*) desertam praediorum possessionem. LAMPR. Alex. 58, 5 quod acceperant. IVST. 2, 1, 20 Aegyptum. 12, 7, 7 si *mons* manu -ltus -entiumque industria exornatus esset. AMM. 31, 4, 5 Thraciae partes. AVG. civ. 5, 18 cum *Quinctius Cincinnatus* quattuor iugera possideret et ea suis manibus -ret. CASSIOD. inst. div. 32 lucos. ββ *strictiore sensu fructus qui proferuntur, excoluntur, foventur, curantur, sc. fere i. q. colendo producere, fovere:* fructus: VARRO ling. 5, 134 instrumenta rustica quae serendi aut -endi fructus causa facta. CIC. nat. deor. 2, 156 neque enim serendi neque -endi nec tempestive demetendi percipiendique fructus neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est. LVCR. 5, 1369 blande. VERG. georg. 2, 36 fructusque feros mollite -endo, *agricolae* (*cf.* NON. p. 250). vitem: CIC. fin. 4, 38 phil. frg. I 18 neque serit vitem neque quae sata est diligenter -it. CATVLL. 62, 49. 55. COLVM. 3, 1, 4 quo habitu ... pro regionis statu. arb. 5, 3 per brumam (*cf.* PLIN. nat. 18, 232). PLIN. nat. 14, 25. *cf.* vineam: TIB. 1, 10, 35 *l. 64.* COLVM. 2, 21, 3 vineam conductam. 3, 3, 10. 3, 13, 3 prout cuique mos est ... vel aratro vel bidente (*cf.* 5, 5, 3). 4, 4, 1 maiore studio -amus. 4, 18, 2 magis aut minus. 4, 28, 2. 5, 1, 1 de constituendis -endisque vineis. 11, 2, 55 de fodiendis -endisve novellis vineis. PLIN. nat. 6, 107. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 quia vineae pomaria horti extra consuetudinem patris familias defuncti -lta sunt. MENOL. Colot. *et* Vall. Febr. (Corp. I[2] 1 p. 281) vinearum superficium -itur. TEST. Leon. I (Corp. X 114) 35 AVSON. 320, 22. vinetum: COLVM. 3, 3, 4 neglegenter. 3, 9, 3. QVINT. inst. 1, 12, 7 *v. supra l. 10.* arbores: HOR. carm. 2, 14, 22. SEN. Thy. 653 ferro -i. clem. 2, 7, 4 rectas procerasque arbores. PLIN. nat. 14, 1. 17, 139 veteres arbores. 18, 265 urbanarum *arborum* quaeque topiario *opere* tantum -untur. TERT. anim. 21 non dabit ... arbor mala bonos fructus, si non inseratur, et bona malos dabit, si non -atur. AMM. 14, 4, 3. *cf.* FRONTO p. 7, 17 N. arbusculae manu -ltae rigataeque. arbusta: SEN. benef. 4, 14, 2 quae -imus, ne siccitate aut immoti et neglecti soli duritia laborent. QVINT. inst. 1, 12, 7. *singulas arbores:* PLIN. nat. 15, 77 ficus arbor. 17, 150 *castanea* ipsa se -it. segetem: TIB. 1, 3, 61 fert casiam non -lta seges. 1, 10, 35 non seges est infra (*in inferis*), non vinea -lta. LVCAN. 7, 403. uvam: OV. ars 3, 101 -ltis bene Liber ab uvis provenit. oleam: QVINT. inst. 1, 12, 7 *supra l. 10.* olivetum: PORPH. Hor. carm. 2, 15, 8. *varia:* VARRO rust. 1, 2, 5 em ibi tu quicquam nasci putes posse aut -i natum? 1, 16, 3 si -endo in tuo ea (*quae opus sunt in fundum ut pedamenta aut perticae aut harundo*) parare possis. OV. met. 14, 687 quae tibi poma -untur. 15, 134 fruges. COLVM. 2, 10, 28 *Medicam herbam.* 2, 11, 1 quoniam, quando quidque serendum sit persecuti sumus, nunc quemadmodum quotque operis singula eorum quae rettulimus -enda sint demonstrabimus (11, 3, 14). 2, 11, 7 *fabam.* 2, 12, 6 sesami sextarii sex tribus iugis a proscissione -untur (tolluntur *A S*). 4, 30, 6 *salicta.* 4, 31, 2 *salicem.* 5, 9, 4 bidentibus aut sarculis seminarium -ere. 11, 2, 19 arundineta nunc ponere, vel etiam pristina -ere. 11, 2, 29 rosarium serotinum. arb. 30, 1 *violam* modo eo, quo et cetera holera, ut runcetur, ut sarriatur, ut interdum etiam rigetur. 30, 2 *rosam.* PLIN. nat. 1, 21, 14—37 quemadmodum quaeque nascantur, serantur, -antur. 17, 247 amygdalae ... fossione. 18, 134 *lupinum.* 19, 42 laserpicium ... si -retur, in deserta fugientem. 21, 145 polium tractari ... -i. IVLIAN. dig. 5, 3, 54, 2 pomaria *v. supra l. 51* (*cf.* TEST. Galli [Corp. XIII 5708] 1, 11 *p. 1672, 71*). PORPH. Hor. carm. 3, 24, 14 nec plus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-unt quam unde unius anni fructum percipiant. RVFIN. hist. mon. 9 p. 427^C. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 259^b balsamum multo labore ad imaginem vinearum et plantatur et -itur et putatur.

β absolute: CATO ad fil. frg. 6 vir bonus est ... -endi peritus. SENT. Minuc. (Corp. V 7749) 31 ne *quis* alium intro (*in agros*) mitat nisi Genuatem aut Veiturium -endi causa (VARRO rust. 1, 5, 3. CIC. Caecin. 59 -endi aut pascendi causa esse in agro. CAES. Gall. 4, 1, 7 privati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco -endi [β, incolendi α] causa licet. NERAT. dig. 25, 1, 16 VLP. dig. 33, 7, 12. 50, 1, 27, 1). VARRO rust. 1, 1, 4 quemadmodum quidque te in -endo oporteat facere (1, 3, 3). 1, 1, 11 quae ipse in meis fundis -endo animadverti. 1, 2, 4 magis eam (*Italiam*) fuisse opportunam ad -endum quam Asiam (1, 6, 6. 1, 9, 7 idonea terra ad -endum). 1, 2, 8. 1, 5, 4. 1, 6, 3 qui -unt deorsum, magis aestate laborant, qui susum, magis hieme. 1, 17, 1. 2. 1, 23, 1. CIC. rep. 5, 4 bono patri familias -endi aedificandi ratiocinandi quidam usus opus est. VERG. georg. 1, 121 pater ipse -endi. OV. rem. 169 rura . . . studiumque -endi. LIV. 2, 34, 11 MANIL. 5, 244. COLVM. 1, 1, 1 qui et -ere sciet et poterit et volet. 1, 3, 13 neque enim satis est ... possidere velle, si -ere non possis. 1, 7, 4 per domesticos. 2, 2, 4 neque enim aliud est ere, quam resolvere et fermentare terram. PLIN. nat. 17, 9 veram -endi rationem absolutamque. 19, 50 QVINT. inst. 2, 19, 2 IVLIAN. dig. 19, 2, 32. SCAEV. dig. 33, 7, 18, 4 non pensionis certa quantitate, sed fide dominica. VLP. dig. 7, 1, 7, 3 nec arare prohiberi potest aut -ere. 7, 1, 9 recte. PAVL. dig. 19, 2, 54, 1 si *colonus* pensionibus paruerit et ut oportet -ret. 47, 2, 26, 1 *colonus* nummis -at. COD. Iust. 7, 32, 5. INSCR. Notiz. degli scavi 1887 p. 115 (*cf. Ruggiero, Diz. epigr. II 339*) cum sim colonus hortorum olitoriorum ... -ens in asse annuis (sestertiis viginti sex millibus) et quod excurrit.

b *in imagine*: CIC. Brut. 16 seremus igitur aliquid tamquam in inculto et derelicto solo; quod ita diligenter -emus, ut *eqs.* Cato 9 aptissima omnino sunt ... arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate -ltae, cum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus. Tusc. 2, 13 ut agri non omnes frugiferi sunt, qui -untur ... sic animi non omnes -lti fructum ferunt. VITR. 9 praef. 2 Pythagorae ... praecepta Democriti Platonis Aristotelis ceterorumque sapientium cotidiana perpetuis industriis -lta non solum suis civibus sed etiam omnibus gentibus recentes et floridos edunt fructus. OPTAT. 1, 12 p. 14, 19 bene clausisti hortum haereticis ... bene abstulisti -endi potestatem, ne arbusculas -rent ii, quos ab hortulo et a paradiso dei constat alienos. PETR. CHRYS. serm. 89 p. 452^B *sterilitas Elisabethae* -batur tempore, virtute serebatur, maturabatur aetate, senectute crescebat, ut in filio singulari tota fecunditas pensaretur. ARATOR act. 2, 450 facundus in orbe viator (*Paulus*) ambulat atque -it ... ut crescat divinus ager.

2 *varias res*: **a** *i. q. custodire, servare*: *domum, ianuam sim*: PLAVT. Aul. 4 (*Lar familiaris loquitur*) hanc domum iam multos annos est cum possideo et -o patri avoque iam huius qui nunc hic habet (NON. p. 250 *pro* inhabitare *interpretatur*). SEN. Herc. f. 166 ille superbos aditus regum durasque fores expers somni -it. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 11 aedificium ... lacus *v. p. 1672, 71.* *ignem*: VARRO frg. Non. p. 55 (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 134) culina dicta ab eo quod ibi -bant ignem (PORPH. Hor. carm. 3, 5, 10 'aeternam ... Vestam' propter aeternos, qui in ara eius -untur, ignes dixit). PAVL. FEST. p. 107 inquilinus qui eundem -it focum (MART. 12, 18, 20 focus ... superba vicini strue -ltus iliceti. FLOR. epit. 1, 2, 3 focum Vestae virginibus -endum dedit). *cibum*: STAT. silv. 4, 9, 13 *libellum* rosum tineis situque putrem, quales aut Libycis madent olivis aut tus Niliacum piperve servant aut Byzantiacos -unt lacertos (*v. etiam p. 1679, 24*). **b** *i. q. regere, ministrare*: MANIL. 4, 569 ultimus in caudae Capricornus acumine summo militiam ponto dictat puppisque -endae dura ministeria. SIL. 11, 284 tantos damnat honores esse epulis facilesque -i tanto agmine mensas.

B ***animantia***: **1** *bestias*: CALP. ecl. 5, 38 nam tibi praecipuo fetura -etur amore. PLIN. nat. 11, 19 Philiscum ... Thasium in desertis apes -entem. 11, 106 *Lemnii* graculos quoque ob id -unt adverso volatu occurrentes earum (*locustarum*) exitio. *in imagine*: EVCHER. instr. 1 p. 120, 8 lupi persecutores sunt, oves autem christiani sunt, qui tempore persecutionis a lupis -untur.

2 *homines; cf.* SERV. Aen. 1, 16 veteres -ere dicebant, etiam cum maior minorem diligeret. DON. Ter. Ad. 927 adnotandum -i a superiore. ISID. orig. 10, 36 clemens, misericors eo quod -at, id est protegat et tueatur, sicut solet patronus clientem. **a** *alios*: *α generatim: i. q. sustinere, adiuvare sim.* (*-untur homines et latiore sensu urbes*): PLAVT. Cist. 22 merito vostro amo vos, quia me -itis et magni facitis. Poen. 1187 Iuppiter, qui genus -is alisque hominum, per quem vivimus vitalem aevom, quem penes spes vitae sunt hominum omnium (*cf.* VERG. ecl. 3, 61 Iovis omnia plena; ille -it terras [NON. p. 250 *ad l.* -ere diligere. SERV. *ad l.* amat; ceterum superior -itur, non -it inferiorem. Aen. 1, 16]). TER. Ad. 352 (*Sostrata loquitur*) *Hegio* nostro Simulo fuit summus et nos -uit maxime. 927 iubeo ... quam maxime unam facere nos hanc familiam, -ere adiuvare adiungere (DON. *ad l.* '-ere' ad Syrum pertinet, 'adiuvare' ad Hegionem, 'adiungere' ad Sostratam). RHET. Her. 2, 13, 19 quo iure parentes a liberis et a parentibus liberi -untur. CIC. nat. deor. 1, 115 quid est enim, cur deos ab hominibus -endos dicas, cum dei non modo homines non -ant, sed omnino nihil curent, nihil agant? SALL. Iug. 85, 34 neque illos (*milites*) arte -am, me opulenter (TAC. hist. 3, 49 ut captam Italiam persultare, ut suas legiones -ere). VERG. Aen. 1, 16 *Karthaginem* Iuno fertur terris magis omnibus unam posthabita -isse Samo. (SERV. ecl. 3, 61 '-isse' . . . id est amasse. DON. Ter. Ad. 927. GLOSS. -isse: amasse. amasse, diligere). VERG. Aen. 4, 343 meorum relliquias, *v. p. 1670, 55.* HOR. epist. 2, 1, 7 Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux ... terras hominumque -unt genus, *v. p. 1670, 63.* OV. met. 13, 633 *rex homines; v. p. 1670, 67.* STAT. silv. 4, 3, 85 (*Volturnus loquitur*) nunc limite me -is beato. TAC. ann. 12, 44 Radamistus ... pergit ad patruum multaque ab eo comitate in speciem liberum -ltus *eqs.* PANEG. 2, 1 ut urbem illam (*Romam*) sic -as conditam, quasi ipse condideris. *β speciatim: i. q. amare* (*cf. praeter* NON. *p. 1675, 81* SERV. *p. 1675, 81 et l. 9* GLOSS. *l. 10 etiam* PRISC. gramm. II 404, 1 *p. 1670, 39*): TER. Haut. 389 (*Bacchis meretrix loquitur*) forma impulsi nostra nos amatores -unt (NON. p. 250 *ad l.* -ere, diligere). OV. met. 14, 334 spretis ... omnibus unam ille -it nymphen. DON. Ter. Ad. 149 'quam hic non amavit meretricem' et hoc cum venia et defensione, nam -ere meretricem flagitium ⟨non⟩ est. CORP. XII 5687, 39 (*vas ornatum, Arausione: vir et mulier in lectulo cubantes*) -isti anum. CARM. epigr. 969, 3 quam -uit dulci gavisus amore puella(m). *i. q. aegrotos curare*: VARRO ling. 9, 69 Aquae Caldae ... cum ut -rentur venissent in usum nostris. LIV. 2, 22, 7 liberaliter habiti -ltique in calamitate sua. *i. q. educare*: MELA 1, 45 apud Garamantas . . . nulli certa uxor est. ex his qui tam confuso parentium coitu passim incertique nascuntur, quos pro suis -ant formae similitudine agnoscunt. *i. q. docere*: MART. 7, 32, 5 iuvenes alios fracta -it aure magister. *nota*: MANIL. 4, 707 Libra -it clunes et Scorpius inguine regnat (*ibid.* amavit, defendit, vindicat). 4, 769 Italiam (*ibid.* regit).

b *se ipsum curare*: CIC. fin. 5, 37 dubitari non potest quin, cum ipsi homines sibi sint per se et sua sponte cari, partes quoque et corporis et animi et earum rerum, quae sunt in utriusque motu et statu, sua caritate -antur et per se ipsae appetantur (APVL. Socr. 21, 168 nihil aeque miror quam cum omnes ... sciant non alia re quam animo vivi nec fieri posse quin, ut optime vivas, animus -endus sit, tamen animum suum non -ant. AVG. civ. 1, 32 si aliqua luce mentis animum corpori praeponitis, eligite quem -atis). *cf.* SEN. dial. 9, 1, 11 sibi ipse animus haereat, se -at, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. OV. medic. 12 se *v. p. 1670, 66.* LYGD. 6, 20 *v. p. 1670, 65.* GELL. 3, 1, 12 in sese -endo non aeque esse parcum. APVL. flor. 7 p. 26 viliter semet ipsum -ere sui contemptus est. APVL. apol. 7 impensius cetero corpore os -endum.

C ***res incorporeas***: **1** *generatim virtutes, officia, artes, litteras sim.*: aequum: PLAVT. Men. 580 *p. 1677, 34.* SEN. benef. 3. 15, 1 aequum -ens animus. affinitatem: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 7.* amicitiam: PLAVT. Cist. 26; *syn.* iunctam bene habent inter se. CIC. fin. 2, 82. 83 fructibus et emolumentis et utilitatibus. off. 1, 5 neque amicitiam -ere ... nec iustitiam nec liberalitatem. part. 62 quibus officiis (epist. 15, 14, 2). epist. 10, 1, 3 sanctissime (SEN. epist. 94, 26 sancte). SALL. Iug. 14, 12 diligenter. LIV. 34, 9, 10 pari -bant fide. SEN. epist. 48, 3 ad ... interiorem societatem amicitiae -endam. MART. 5, 19, 8. TAC. hist. 1, 10 [*metonymice*] insignes amicitias iuvenis ambitiose -erat. APVL. met. 4, 16 *p. 1677, 27.* 6, 3 *p. 1677, 8.* ANTH. 407, 4. IVST. 9, 8, 9 utilitate, non fide. 15, 2, 9 honestius. PANEG. 7, 10. AVSON. 206, 9. 319, 22 sincero ... foedere. *alia v. vol. I p. 1896, 11 sqq.* amorem: CIC. epist. 6, 12, 1 diligentissime. VERG. Aen. 11, 584 TIB. 2, 4, 52. FRONTO p. 8, 1 N. officiorum ratione. AVSON. 185, 4. artem: PLAVT. Mil. 186 *mulierum* artem et disciplinam. Trin. 296. CIC. de orat. 2, 160 illi ... qui hoc solum (*dicendi artem*) -endum ducebant. Cato 9 *p. 1675, 32.* SALL. Iug. 85, 43 *p. 1677, 38.* OV. rem. 29 maternas ... artes. SVET. Tib. 70 studiosissime. APVL. flor. 17 p. 77 sedulo. AVSON. 36, 4 VEG. mil. 3, 10. *reliqua v. vol. II p. 669, 8 sqq.* beneficium: LIV. 7, 30, 3. bonum: PLAVT. Men. 580 *p. 1677, 34.* SEN. epist. 9, 15 PLIN. nat. 14, 6. breviloquentiam: CIC. rep. 5, 11 in dicendo. clementiam (*aliter p. 1679, 66*): SEN. clem. 1, 2, 1. clientelam: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 10.* cognationem: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 11.* CIC. off. 1, 149 communem totius generis hominum conciliationem et consociationem -ere, tueri, servare debemus. concordiam: PANEG. 2, 11 sancte iustitiam et concordiam. COD. Iust. 3, 28, 20 *uxor* cum marito. curam bonae famae: VAL. CEM. hom. 1, 7. diligentiam: CIC. de orat. 2, 148 praecipue (*syn.* adhibenda). disciplinam: PLAVT. Mil. 186 *l. 65.* CIC. Brut. 117 PS. SEN. mon. 138. dolum: PLAVT. Capt. 222 doli non doli sunt, nisi astu -as, sed malum maxumum, si id palam provenit. eloquentiam: TAC. dial. 4. errorem: OPTAT. 2, 5 p. 40, 16. exercitationes: CIC. Cato 9 *p. 1675, 33.* famam: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 35. fas: LIV. 27, 17, 13 *p. 1677, 26.* fidem (*aliter p. 1679, 68. 1687, 44. 1688, 55*): CIC. inv. 1, 3 fidem -ere et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iustitiam retinere. Flacc. 9 *p. 1678, 1.* Ov. met. 1, 90 fidem rectumque. LIV. 9, 9, 4 *p. 1687, 42.* 21, 7, 3 fidem socialem. 22, 37, 10. 24, 4, 5 *syn.* inviolatam servarent. CVRT. 7, 8, 29. 10, 3, 9 non fortitudinem magis quam fidem -itis. VAL. FL. 1, 839 STAT. silv. 4, 3, 108 PORPH. Hor. carm. 1, 35, 21. AVSON. 181, 6 verumque fidemque. 183, 2 qui laetum ingenium, mores qui diligit aequos, quique fidem sancta cum pietate -it. foedus: VAL. FL. 4, 103 *infra l. 26.* APVL. met. 6, 3 foedus antiquum amicitiae. LACT. Phoen. 164 Veneris foedera. fortitudinem: CVRT. 10, 3, 9 *supra l. 3.* frugalitatem: SEN. dial. 9, 9, 2. genus: CIC. part. 80 *p. 1678, 23.* haruspicinam: CIC. div. 2, 28. honestum: CIC. off. 3, 17 id, quod communiter appellamus honestum. SEN. benef. 4, 1, 2 honesta in mercedem. 4, 16, 2. 5, 14, 5 dum honestum discitis, quidquid est, in quo nomen honesti iactatur, id -ite. epist. 75, 16. hospitium: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 10.* LIV. 7, 20, 4. 42, 1, 10 privata hospitia ... benigne comiterque. humanitatem: SEN. dial. 5, 43, 5. ignaviam: SALL. Iug. 85, 43 *infra l. 39.* immortalitatem: PANEG. 11, 32 immortalitatem munerum tuorum -am officiis sempiternis. inanimalia: PS. APVL. Ascl. 5 *p. 1672, 76.* innocentiam: QVINT. decl. 314 p. 235, 23. MIN. FEL. 32, 3 qui innocentiam -it, deo supplicat, qui iustitiam, deo libat. instituta mundi: PRISCILL. tract. 6, 94 *v. p. 1672, 77.* inventa: CIC. rep. 3, 7 *infra l. 77.* ius: RHET. Her. 3, 3, 4 *p. 1678, 9.* CIC. rep. 3, 5. leg. 1, 33. 48 per se ... ius est expetendum et -endum; quodsi ius, etiam iustitia; sin ea, reliquae quoque virtutes per se -endae sunt. CATVLL. 66, 83 casto -itis (queritis, petitis *al. codd.*) quae (*puellae*) iura cubili. LIV. 27, 17, 13 ius ac fas. VAL. FL. 4, 103 non foedera legum ulla -unt placidas aut iura tenentia mentes. APVL. met. 4, 16 ius amicitiae summum. iussa: INSCR. christ. Rossi II p. 137, 19, 8 divinae legis iussa verenda. iustitiam: CIC. rep. 6, 16 iustitiam -e et pietatem. leg. 1, 48 *supra l. 23.* fin. 3, 73 (*ibid.* ad tuendas amicitias et reliquas caritates). Tusc. 2, 31. off. 1, 5 *p. 1676, 54.* 1, 35. 2, 42 omni ... ratione -enda et retinenda iustitia est. VLP. dig. 1, 1, 1, 1 *p. 1687, 50.* MIN. FEL. 32, 3 *supra l. 19.* SOL. 30, 10 *syn.* amant aequitatem. PANEG. 2, 11. IVST. 2, 2, 5 ingeniis ... non legibus. leges: PLAVT. Men. 580 neque leges neque aequom bonum. CIC. parad. 34 sequitur et -it, quia *eqs.* VAL. FL. 4, 103 *supra l. 26.* ARNOB. nat. 7, 7 *syn.* inviolabili obsecutione servari. liberalitatem: CIC. off. 1, 5 *p. 1676, 54.* litteras: AVSON. 192, 9. 10 (*cf.* 195, 20 opus Camenarum -ens). luxuriam: SALL. Iug. 85, 43 luxuria et ignavia, pessimae artes, illis, qui -uere eas, nihil officiunt. mansuetudinem: ZACCH. 3, 2. medicinam: CIC. Tusc. 3, 1 cur ... corporis curandi tuendique causa quaesita sit ars ..., animi autem medicina nec tam desiderata sit, ante quam inventa, nec tam -lta, posteaquam cognita est. memoriam: CIC. p. red. ad Quir. 24 benevolentia sempiterna. fin. 2, 101. FRONTIN. aq. 4 fontium memoria cum sanctitate adhuc extat et -itur. SVET. Nero 57 IVST. 36, 2, 5 FILASTR. 111, 4 AMM. 27, 7, 5. CORP. V 2046 dedit coll(egio) fab(rum) ad mem(oriam) col(endam) rusarum et vindemia(rum denarium) foll(es) quingentos. 5907 in cuius mem(oriam) colend(am). 7357. V suppl. ital. 1287. militiam: OV. fast. 2, 508 (*ibid.* patrias artes). m o r e m (*aliter p. 1679, 69*): PLAVT. Cas. 963. CIC. rep. 5, 2 non modo non -antur, sed iam i g n o r e n t u r (AVG. civ. 2, 21). SALL. Catil. 9, 1 domi militiaeque b o n i mores -bantur (VLP. dig. 48, 5, 14, 5). VERG. Aen. 7, 602. 603 OV. fast. 1, 226. PLIN. paneg. 1, 1 usurpandus -endusque est. munus: CIC. leg. 1, 16 muneris -endi efficiendique causa. *cf.* PANEG. 4, 19 nulli umquam antehac principes pari cura belli munia et huiusmodi pacis ornamenta -erunt. necessitudinem: CIC. epist. 13, 19, 1 sancte. nobilitatem: VAL. MAX. 4, 7, 2. observationem: COD. Iust. 6, 28, 4, 2. officium: PLAVT. Stich. 36 illi suom officium non -unt, quom tu tuom f a c i s (40 suom officium ... -ere et facere). CIC. off. 1, 4 *opp.* neglegendo. ad. Q. fr. 1, 1, 23 (*ibid.* retinere). OV. rem. 628 AVSON. 192, 29. opus: PLIN. epist. 2, 14, 4 tanta veneratione. TERT. anim. 17 opera *dei v. p. 1672, 73.* AVSON. 195, 20 *l. 38.* orationem: CIC. off. 1, 3 aequabile et temperatum orationis genus. pacem: VARRO frg. Non. p. 149 qua f i d e et iustitia eas (*paces*) -erint (LIV. 8, 17, 10. 45, 8, 4 cum summa fide). OV. ars 2, 175 -lta pax sit amica. met. 11, 297 -lta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae ... fuit. TAC. hist. 4, 74 pacem et urbem ... amate -ite. PANEG. 3, 18. VAL. CEM. hom. 19, 5 ut ... castitatem diligas, pacem -as. philosophiam: CIC. Brut. 315 *p. 1678, 15.* fin. 3, 76 quid philosophia magis -endum ...? Tusc. 3, 6 universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et -enda. SEN. nat. 6, 13, 2 partem philosophiae maxime. epist. 53, 11 *philosophiae* asside, hanc -e. pietatem: PLAVT. Asin. 509 (*cf.* 506 ubi piem pietatem [*ad quem locum* NON. p. 151 piem: -am, custodiam]). TER. Hec. 447 RHET. Her. 2, 24, 37 CIC. carm. frg. 36 (εὐσεβεῖν) rep. 6, 16 *supra l. 29.* PHAEDR. app. 6, 8. SEN. Thy. 511 sanguis ac pietas ... -antur. AVSON. 162, 1 (183, 2 *supra l. 5*). *paulo aliter p. 1688, 65.* placita: TAC. ann. 14, 22. praecepta: CIC. rep. 3, 7 sapientium praecepta et inventa. probra: NAEV. com. 93 *v. p. 1670, 53.* propinquitatem: CIC. Quinct. 26 si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas -itur. pudicitiam: CIC. Verr. 4, 6 pudorem ac pudicitiam. COD. Iust. 6, 57, 5, 1. quaestum: PLAVT. Persa 54 veterem atque antiquom quaestum maio⟨rum meum⟩ servo atque obtineo et magna cum cura -o. Poen. 1097. rationem: CIC. inv. 1, 2 divinae religionis. rectum: OV. met. 1, 90 *l. 1.* PORPH. Hor. carm. 4, 4, 34. religionem: CIC. Flacc. 9 testimoniorum religionem ac fidem numquam ista natio (*Graeci*) -uit (*aliter v. p. 1688, 51 sqq.*). res: RHET. Her. 3, 3, 5 quas iustitia -ere cogit. rem militarem: LIV. 1, 16, 7 -ant sciantque *Romani.* rem rusticam: COLVM. 11, 2, 95 religiosius. sanguinem (*i. consanguinitatem*): SEN. Thy. 511 *p. 1677, 75.* sapientiam: FRONTO p. 144, 9 N. AVG. civ. 10, 11. scisma: OPTAT. 1, 21 p. 24, 22 scisma aut facitis aut -itis. societatem: RHET. Her. 3, 3, 4 iustitiae partibus utemur, ... si societates atque amicitias studiose dicemus -i convenire; si, quod ius in parentes, deos, patriam natura comparavit, id religiose -endum demonstrabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates caste -enda esse dicemus. CIC. Quinct. 26 *p. 1677, 79.* SEN. epist. 48, 3. sodalicium: *cf.* VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 tertium sodalicii gradum mutua ... benivolentia. studium: LVCIL. 627 (NON. p. 250, 19 *ad l.* -ere diligere). CIC. Arch. 5 vehementius. Brut. 315 studium ... philosophiae numquam intermissum a primaque adulescentia -ltum et semper auctum. rep. 6, 18 divina studia. fin. 5, 50 (*ibid.* expetere). Tusc. 4, 2 studia doctrinae ... neque solum expetita (*cf. l. 17*), sed etiam conservata et -lta videantur. OV. rem. 199 venandi studium. PLIN. epist. 8, 12, 1. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 21 studia musica. theologiam: AVG. civ. 6, 7 -enda et observanda censetur. veritatem: COD. Iust. 7, 5, 1. verum: AVSON. 181, 6 *p. 1677, 5.* virginitatem: AVSON. 165, 9. virtutem: CIC. Arch. 16 ad percipiendam -endamque virtutem. leg. 1, 48 *p. 1677, 24.* part. 80 in aliquo genere virtutis praecipue -endo. off. 3, 12. CASS. Cic. epist. 15, 19, 3 virtutes et -unt et retinent (*ibid.* ἡδονήν sequitur, virtutem retinet). SEN. dial. 7, 9, 1 epist. 36, 3. 67, 12 (*cf.* 115, 5). 92, 26 PS. SEN. mon. 138 AMM. 16, 7, 6. 25, 4, 1 intento studio. vitia: SEN. dial. 4, 13, 2 magno *pretio.* PLIN. nat. 14, 6. voces: GELL. 13, 25, 4 subsicivo aut tumultuario studio (*aliter* CLAVD. 17, 52 *infra l. 59*). *adde varia*: LYGD. 6, 20 vina iocosa *v. p. 1670, 65.* SEN. nat. 6, 4, 2 huius materiae (*terrae motus*) tractatio ... *non* mercede, sed miraculo -itur. epist. 90, 12 ista (*sc. ferri metalla et aeris*) tales inveniunt, quales -unt (*non sapientes*). CVRT. 7, 3, 5 nationem ... nullo commercio -entem (volentem *codd.*) mutuos usus. APVL. flor. 20 p. 98 canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Crates satiras: Apuleius vester haec omnia novemque Musas pari studio -it, maiore scilicet voluntate quam facultate.

2 *n o t i o n e s t e m p o r a l e s ; fere i. q. a g e r e, d e g e r e, s u s t e n t a r e*: v i t a m *sim.* (*aliter p. 1679, 37 sqq.*): INSCR. coc. Falisc. (Carm. epigr. 2) 2 gonlegium, quod est aciptum aetatei age(n)d(ai), opiparum ad veitam quolundam festosque dies. PLAVT. Aul. 187 sat habes qui bene vitam -as. Cas. 156. Most. 731 vino et v i c t u probo, piscatu electili (LVCR. 4, 1260 refert quo victu vita -atur. *cf.* CIC. Att. 2, 28, 2 nunc plane nec ego victum nec vitam illam -ere possum). PLAVT. Pseud. 822 brevem vitam. Rud. 283 vix vitam -o. Trin. 700 nec quicquam hic tibi sit qui vitam -as. TER. Haut. 136 dum ille vitam illam -et inopem carens patria (NON. p. 250 *ad l.* -ere: pati). RHET. Her. 4, 14, 20 cum virtute. CIC. epist. 3, 13, 2 his artibus studiisque. VERG. georg. 2, 532. GELL. 20, 10, 6 in medio rerum et hominum vitam qui -unt. APVL. Plat. 2, 23. PORPH. Hor. carm. 1, 1, 16 rusticam vitam. SERV. georg. 1, 14. *a l i a*: servitutem: PLAVT. Poen. 829 vel in lautumiis vel in pistrino mavelim agere aetatem ... quam apud lenonem hunc servitutem -ere. aevum: LVCR. 5, 1145 genus humanum defessum vi c⟨ol⟩ere (vigere *B*) aevom. 5, 1150. victum: CIC. phil. frg. V 43 lautum victum et elegantem magnifice. Att. 2, 28, 2 *supra l. 44.* AVSON. 200, 43 tenuem victum habitumque. iuventam: SEN. Phaedr. 462 tristem iuventam Venere deserta -es? *nota i. q. s e q u i, a u d i r e* voces, vota: CLAVD. 17, 52 diversoque tuas -erunt gurgite voces lentus Arar Rhodanusque ferox et dives Hiberus (*ibid.* paruit). INSCR. christ. Leblant 644 felices animae quae pia vota -unt.

III *i. q.* ***ornare*** (NON. p. 250 -ere ornare. GLOSS. ἀσκῶ):

A ***proprie*** *i. q. o r n a r e c o r p o r a l i t e r ; spectat ad speciem exteriorem*: 1 *r e s c o r p o r e a s* (*aedificia, instrumenta, artificia sim.*): VARRO Men. 525 in segetibus post messem colligebant stramenta, qui domicilia -rent (*sed cf. Gustafsson, Bull. de la Société linguist. 50 [1902] p. 68*). OV. medic. 7 -lta placent: auro sublimia tecta linuntur *eqs.* met. 2, 737 pars secreta domus ebore et testudine -ltos tres habuit t h a l a m o s (HOMER. 316 thalamos ... testudine -ltos [custos, comptos, tutos, tectos *var. lect.*]). LVCAN. 9, 945 congesto non -lta (*sic pars codd.*, tunc [nunc] visa *al.*) mapalia culmo. PETRON. 71 falsum est vivo quidem domos -ltas esse, non curari eas, ubi diutius nobis habitandum est. MART. 10, 6, 4 omnis lucebit Latia -lta fenestra nuru. PS. RVFIN. in Am. 5, 12 habitationes vestras grandibus ... expensis. LYGD. 1, 17 -ltum ... l i b e l l u m (MART. 1, 25, 2 -ltum docto pectore profer opus. 1, 11, 16 rasum pumice purpuraque -ltum ... Martialem. 8, 72, 1 nondum murice -ltus asperoque morsu pumicis aridi politus *libellus.* 10, 93, 4 carmina purpurea sed modo -lta toga. 11, 1, 2 liber ... -ltus Sidone non cotidiana). PLIN. nat. 36, 77 rubrica facies monstri (*sphingis simulacrum*) -itur. STAT. silv. 4, 6, 58 sustinet at -ltum Nemeaeo tegmine saxum Hercules. MART. 8, 51, 10 (*de phiala*) stat caper Aeolio Thebani vellere Phrixi -ltus. 10, 32, 1 haec mihi quae -itur violis pictura rosisque.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *animantia*: a *homines*: *homines ipsos*: SALL. hist. frg. 3, 20 equis et armis decoribus -ltus *exercitus*. TIB. 1, 9, 74 -lta puella. OV. epist. 4, 76 fine -i modico forma virilis amat. ars 3, 225 medic. 30. met. 10, 534 indulgere sibi formamque augere -endo. EPIST. Sapph. 77. LIV. 4, 44, 12 *Postumiam virginem Vestalem* -i ... sancte potius quam scite iussit *pontifex maximus*. VAL. MAX. 2, 4, 6 translatum antea poenicis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis -ltum induxit. SEN. epist. 94, 60 ille sub illis fascibus purpura -ltus (SVET. Nero 22). dial. 1, 6, 4 ad similitudinem parietum suorum extrinsecus -lti. 9, 1, 8 diligentius quam in tralatu vestita et auro -lta mancipia. epist. 110, 17 cohors -lta servorum. VLP. dig. 13, 6, 5, 10 *sponsa vel uxor* quo honestius -lta ad se deduceretur. COMM. instr. 2, 19, 6 fas in deo non est Christianam -i fidelem. *fere i. q. vestire*: CVRT. 3, 3, 14 haec ... turba, muliebriter propemodum -lta, luxu magis quam decoris armis conspicua erat. COLVM. 1, 8, 9 -ltam vestitamque familiam magis utiliter quam delicate habeat munitamque diligenter a vento, frigore pluviaque *eqs.* (11, 1, 21). PLIN. nat. 16, 25 sacerdos candida veste -ltus. IVV. 3, 95 Dorida nullo -ltam palliolo. corpus: LVCR. 4, 1281 munde corpore -lto. LIV. 28, 35, 6 habitus ... corporis non -ltus munditiis sed virilis vere ac militaris. SEN. epist. 92, 1 corpus in honorem animi -i. *partes corporis*: TIB. 1, 4, 4 non tibi -lta coma est. 1, 6, 39 quisquis -it arte capillos (1, 8, 9). CVRT. 8, 9, 21 bracchia quoque et lacertos auro -unt (PETRON. 32 lacertum armilla aurea -ltum). STAT. Theb. 2, 295 vultus hac laude (*monili*) -bas. MART. 5, 11, 4 multas in digitis, plures in carmine gemmas invenies: inde est haec, puto, -lta manus. b *bestias*: PETRON. 47 tres albi sues in triclinium adducti sunt capistris et tintinnabulis -lti. STAT. Theb. 6, 497 innumera ... formidine -ltum ... nefas (*i. monstrum*).

3 *latiore sensu res incorporeas*: OV. ars 2, 121 ingenuas pectus (*i. ingenium*) -isse per artes ... et linguas edidicisse duas. fast. 6, 710 (*Minerva loquitur*) sum tamen inventrix auctorque ego carminis huius. hoc est, cur nostros ars -at ista dies. SEN. nat. 7, 27, 6 *natura* voluit et his (*cometis*) magnitudinem operis sui -ere (solvere *Δ*). epist. 14, 14 *Stoici*, qui a re publica exclusi secesserunt ad -endam vitam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa (SIL. 13, 537 qui laetas artes vitaeque -endae invenere viam. *aliter p. 1678, 40 sqq.*). 114, 14 alter se plus iusto -it, alter plus iusto neglegit (*agit de cultu orationis*). SIDON. epist. 5, 5, 1 auctoris -lta versibus verba.

B ***translate:*** *i.q. honorare, laude et gloria afficere*: CIC. Arch. 27 in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra -erunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere. SEN. Herc. f. 39 *ubique* indomita virtus *Herculis* -itur et toto deus narratur orbe. benef. 4, 30, 3 hoc debemus virtutibus, ut non praesentes solum illas, sed etiam ablatas -amus. epist. 79, 17 posterorum sermo ... etiam non sentientes -et ac frequentabit. PETRON. 131 silvestris Aedon atque urbana Procne, quae ... cantu sua furta (sura *aut* rura *codd.*) -bant. PLIN. nat. 14, 4 reges ... innumeri honore artium -bantur. STAT. silv. 1, 4, 36 nec tu ... sperne -i tenuiore lyra. 2, 7, 23 Romani -itur chori sacerdos. MART. 9, 24, 6 non solam tribuit Pallas tibi, Care, coronam; effigiem domini, quam -is, illa dedit. PLIN. paneg. 54 seria ... te carmina honorque aeternus annalium, non haec brevis et pudenda praedicatio -it. PANEG. 4, 20 quemadmodum cetera vitae nostrae commoda apud auxiliatores eorum deos -imus, ita singularem eorundem erga litteras dignationem in antiqua litterarum sede celebremus. CLAVD. 28, 658 hunc *annum consulatus* et quinque tui (*anni priores consulatus*) vel quos habiturus in urbe post alios Auguste -ant.

IV *i. q.* ***magni aestimare*:** OV. ars 3, 542 contempto -itur lectus et umbra foro. SEN. dial. 9, 113 magna quidem res tuas (*fortunae*) mercede -ui, sed quia ita imperas, do cedo gratus libensque. benef. 1, 2, 1 sicut medicinae apud aegros usus, etiam apud sanos honor est, ita clementiam, quamvis poena digni invocent, etiam innocentes -unt. 5, 10, 4 laudatur et inter maxima humani generis bona fides -itur. PLIN. nat. 35, 4 alienas ... effigies -unt. AVSON. 171, 1 qui ioca laetitiamque -is, qui tristia damnas. 197, 1 qui -is laetos hilaresque mores, qui dies festos, ioca, vota, ludum. SIDON. epist. 3, 13, 2 tempora praesentia -ens, praeterita carpens, futura fastidiens.

V *i. q.* ***venerari*:** FEST. p. 190 observasse dicitur, qui observat quid cuiusque causa facere debet. ita quod is (itaque bis *cod.*) observat, -isse aliquem dicitur. NON. p. 250 -ere est venerari. GLOSS. σέβω. θρησκεύω. -isse: amasse, diligere. -it: σέβεται. -or: σέβομαι. -itur: σέβεται τιμᾶται. -endus, -enda: σεβάσμιος. PRISC. gramm. III 274, 16 *v. p. 1670, 36.* *nota generalia quaedam de usu vocis*: OV. Pont. 1, 9, 35 tua non alio -uit penetralia ritu terrarum dominos quam -is ipse deos. LIV. 40, 10, 5 nihil praeter deos, pater, et te -ui. GELL. 2, 15, 1 maioresque natu a minoribus -bantur ad deum prope et parentum vicem. AVSON. 318, 1 post deum semper patrem -ui secundamque reverentiam genitori meo debui. SERV. ecl. 3, 61 superior -itur, non -it inferiorem (*at* Aen. 1, 16 *p. 1675, 72*). AVG. civ. 10, 1 *v. p. 1670, 42.* *alia de diis venerandis v. p. 1682, 75 sqq.*

gramm. VI 294, 26 strophe duobus ... -is explicata. 294, 27 quod ... -a mutentur. 300, 21 *al.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 52, 16 pro metro frequenter -is utimur, cum aliquam oden ... metimur per „-a. 53, 26 de -is metrorum. 58, 6 *lyrica carmina* versibus -isve et commatibus componuntur. 58, 22. 64, 33 versus in duo -a formandus est. 74, 8 heroici versus hexametri -a seu commata alia sunt ... ἀρχτικά, alia *eqs.* 94, 28 -um ... pentasemum. 103, 26 -i mensuram. 142, 17 *metra* conectens per -a et commata. 154, 11 -on ... trochaeos ... recipit. 160, 34 unius generis ... -a. 178, 15 *hexametro* subiacet -um quod vocatur tetrametrum epicum catalecticum. 181, 14 *al.* DIOM. gramm. I 494, 21 *pedes hexametri* quattuor et viginti temporibus metri totius sive tomas vel commata sive -a ... concludunt. PRISC. gramm. III 459, 6 *primus versus Aeneidos* dividitur in caesuras per -a ... in novem, per commata ... in duas. 460, 12 per -a divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. 2 *in oratione pedestri: definitiones*: DON. gramm. IV 372, 22 in lectione tota sententia periodus dicitur, cuius partes sunt -a et commata (DIOM. gramm. I 439, 9. 465, 5 SERV. gramm. IV 428, 5 IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 20 POMP. gramm. V 281, 21. 282, 7 MART. CAP. 5, 527 CASSIOD. gramm. VII 146, 19 ISID. orig. 1, 19, 2. *cf.* AQVILA rhet. 18 p. 27, 32 FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127). DIOM. gramm. I 466, 3 fit ... ex coniunctione verborum comma, ex commatibus -on, ex -is periodos. ISID. orig. 2, 18, 1 componitur ... instruiturque omnis oratio ⟨verbis⟩ commate -o et periodo. comma particula est sententiae (*cf.* GLOSS. V 502, 49), -on membrum, ... fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate -on, ex -o (-is *trad.*) periodos. 466, 17 *ex duobus commatibus* (*Cic. Mil. 1* 'etsi ... iudices' *et* 'ne ... timere') iam factum est -on, id est membrum, quod intellectum sensui praestat (ISID. orig. 2, 18, 2). IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 22 comma concisa in singulas partes brevis oratio, ut ... (*Cic. Catil. 2, 1*) 'abiit ... erupit'. -on vero per membra definitae breviter dictiones, ut ... (*Cic. Catil. 1, 1*) 'quousque ... audacia?' SERG. gramm. IV 485, 1 *sqq. v. p. 1696, 58.* POMP. gramm. V 133, 11 -a et commata non sunt partes orationis, sed partes periodi, id est non sunt membra quaedam continua, sed partes sunt continuorum membrorum. *sequuntur exempla petita ex Cicerone. nota* 133, 21 ubiubi suspendendus est sensus ita, ut nec iam videatur expletus nec desit aliquid, -on dicitur. 133, 24. 281, 33 -on dicitur, quotienscumque integri pedes determinant sensum; comma dicitur, quotienscumque post integros pedes superest syllaba, quae determinat sensum. *seq. exempla partim ex poetis petita.* GRAMM. suppl. 231, 8 *sqq.* -a et commata in communi sermone, i. in prosa unum idemque significant. sunt enim eiusdem dictionis partes, sed in minoribus partibus -on dicimus. in carmine vero, i. in metro aliud et diversum est. nam ubi duo pedes liberi sunt, i. nulla remanente syllaba (231, 15), -on est; comma vero, ubi post duos pedes superest syllaba, quae partem terminat orationis. GLOSS. IV 45, 18 -a dictio longa. V 278, 69 -a frust[r]a dictionum. 627, 14 -a sententia prolongata. FRONTO p. 151, 5 N. ut veterum commata, ut -a[s] synonymorum ratione converteres. DIOM. gramm. I 467, 21 in -is ... componendis struendisque. POMP. gramm. V 281, 32 componere ... in -is et in commatibus. 282, 8 quattuor esse necessaria -a *in periodo.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 13, 25 in praesenti -o (φ, loco βγ). praef. Vulg. Is. ut per -a scribantur et commata *Demosthenes et Tullius.* praef. Vulg. Ezech. adv. Rufin. 2, 27 ut ... silvam nominum ... sensuumque barbariem per versuum -a digererem. *sic de Hieronymi translationibus*: CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109^{C} -is et commatibus translationem suam ... distinxisse (*ibid.* ad vicem distinctionum -is et commatibus ordinavit. 12 p. 1124^{C}. 15 p. 1129^{D}). MART. CAP. 5, 520 de monosyllabo ... praeceptum in -o melius collocamus aut commate, non in fine sententiae. 5, 529 *periodum unius membri* μονόκωλον περίοδον appellant, cum sit -on potius. optima ... oratio fiet si ... -o consocietur. 5, 532 ὁμοιόπτωτον ... quod -a omnia in eosdem casus cadunt. 5, 536 διεζευγμένον ..., cum diversis redditionibus verborum -a disiungimus. ISID. orig. 1, 19, 1. *nota*: VEN. FORT. carm. praef. 1 *veteres* colae fonte profluì, commate succiso venusti. 5, 1, 6 -ae pampinosae diffundis propagines, quod vero libuerit acuti commatis falce succidis. 3 *diserte de signo distinctionis* (*cf. etiam supra l. 54*): ISID. orig. 1, 19, 2 prima positura subdistinctio dicitur, eadem et comma est. media distinctio ... est -on. 1, 19, 4 ubi ... aliquid superest de sententiae plenitudine, fit -on, mediamque litteram puncto notamus. GRAMM. suppl. 231, 6 per -on media intelligitur distinctio, per comma subdistinctio.

composita graeca: monocolos, tricolos (-on, -um), tetracolos. orthocolus. *Hey.*

1. colōna *v. sub* colonus.

2. colona (GLOSS. III 575, 61. 589, 52) *i. q.* cunila, *q. v.*

colōnārius, -a, -um *a* colonus. *ad colonos pertinens*: GLOSS. III 51, 8 -iis κολωναρίους. COD. Iust. 11, 8 (7), 7, 1 (*a. 380*) si qua ... originaria *mulier* seu -a possessionis alienae ignaro domino ... associabitur. NOVELL. Valent. 31, (30), 1 (*a. 451*) eum ... iure -o serviturum (NOVELL. Iust. 7 praef. 1 hoc quod vocatur -um ius. GREG. M. epist. 4, 21). SIDON. epist. 5, 19, 2 plebeiam potius ... habere personam quam -am. CONC. Aurel. a. 538 p. 81, 19 ut nullus servilibus -iisque condicionibus (COD. Iust. 1, 4, 24. 8, 51, 3 pr. 1. 11, 48, 23, 1 LEX Burg. Rom. 46) obligatus iuxta statuta sedis apostolicae ad honores ecclesiasticos admittatur. COD. Iust. 11, 48 (47), 22, 3 (1) operis. [*traditur* VLP. reg. 19, 4 *cod. Vat. sed cf. p. 1704, 65.*]

colōnātus, -ūs *m.* [*a* colonus. *Th.*]. 1 *proprie colonorum condicio misera*; GLOSS. V 312, 11 res quae pertinet ad colonos, ius colonorum. COD. Theod. 14, 18, 1 (*a. 382*) ut ... eorum, quos natalium sola libertas prosequatur, -u perpetuo fulciatur quisquis ... lenitudinem prodiderit. 12, 19, 2 (*a. 400*) si -us quis aut inquilinatus quaestionem movere tentaverit. NOVELL. Valent. 27, 1, 1 (*a. 449*) emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi -us. VICT. VIT. 3, 20 relegati -us iure ad excolendum agros accipiatis. NOVELL. Iust. app. 6 neminem de colonis, qui temporibus Vandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad -us condicionem iterum reduci. 9 clericos in officiis ecclesiasticis constitutos ex iure -us sollicitare. 2 *translate: usus, exercitatio*: SEDVL. op. pasch. 3, 1 p. 232 *Christus* vitis virtutis -u fructifera.

***colōnia**, -ae *f.* [*a* colonus. *Th.*]. SIC. FLACC. grom. p. 135 -ae ... inde dictae sunt, quod [populi] Romani in ea municipia miserint colonos. *cf. infra l. 55.* SERV. auct. Aen. 1, 12 *-a* dicta ... est a colendo. AVG. civ. 10, 1 p. 402. GRAMM. suppl. 98, 13 colonus coloni -a. NOT. Tir. 38, 41 colonus, -a. ISID. orig. 15, 2, 9 -a a cultu agri est dicta (*cf.* HYG. lim. grom. *infra l. 57*). *graecolatine* κολωνία *vel* κολωνεία; κολονεία: PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902), 134 INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 303 (?). *scribitur* q(uolonia) *in nummis cf. Hübner, Hermes 8 (1874) 238 sq.* *de formis: gen. sing.* -ai: CORP. I 1246 (= X 852). IX 5074. *dat. et abl. pl.* coloneis LEX Iul. munic. (Corp. I^2 592) 83. 142. 158. colonis CORP. III 7334. colonís MON. Ancyr. 4, 27. 30. *in titulis tam perscribitur quam notatur, plerumque sine ulla, ut videtur, certa causa, sed notatur neque in* LEGE agr. (Corp. I^2 585) *neque* LEGE Iul. munic. (Corp. I^2 592). *notatur* c: LEX Vrson. (Corp. I^2 594) *plerumque in formula* c(olonia) G(enetiva) I(ulia), LEX Rubr. (Corp. I^2 592) *saepius in enumeratione* o(ppidum) m(unicipium) c(olonia) p(raefectura) f(orum) v(eicus), TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 138 *sqq. in formula* c(oloni) c(oloniae) V(eneriae) C(orneliae), LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 1, 11 c(oloniae) I(uliae) P(aternae) *al.* col: LEX Vrson. (Corp. I^2 594) 91 (*bis*). 103. 106. 125 (*bis*), LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 2, 30. *in al.* INSCR. *passim.* colon: LEX Vrson. (Corp. I^2 594) *ab 61 usque ad 100 passim, in aliis titulis rarius.* coloniar(um): CORP. VI 1419. *v. etiam nom. propr.* *legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE. *agitur in titulis saepissime de rebus -arum, ut in* LEG. Iul. munic. VRSON. *al. nec non in scriptis, ut* LIB. col. *de re v. Kornemann, PW. IV 511 sqq.*

I *deductio animantium in alium locum colendi causa facta*: GLOSS. ἀποικία. II 573, 36 peregrinatio. **A** *proprie de hominibus*: *de variis gentibus* (*cf. p. 1703, 37 sqq.*), *imprimis de Romanis.* *generatim i. q. genus civitatis*: SIC. FLACC. grom. p. 135 civitates ... -ae dicuntur, municipia, quaedam praefecturae. p. 163 civitates id est ... municipia et -as et praefecturas. ISID. orig. 15, 2, 7 civitates sunt aut -ae aut municipia aut vici aut castella aut pagi appellantur. *definitur*: ASCON. Pis. p. 3 Cl. duo ... genera earum -arum, quae a populo Romano deductae sunt, fuerunt, ut Quiritium aliae (*sic Baiter*; fuerunt itaque *codd.*), aliae Latinorum essent. HYG. grom. p. 113 -ae sunt quae ex eo nomine accipiuntur, quod Romani in eisdem civitatibus colonos miserunt (PS. AGENN. grom. p. 18). SIC. FLACC. grom. p. 135. HYG. lim. grom. p. 176 augendae rei publicae causa illustres Romanorum viri urbes constituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus aut emeritis militibus assignaverunt et ab agrorum nova dedicatione culturae -as appellaverunt. GELL. 16, 13, 8 *-ae* non ... veniunt extrinsecus in civitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt *eqs.* 16, 13, 9 -ae quasi effigies parvae simulacraque *populi Romani* esse quaedam videntur. SERV. auct. Aen. 1, 12 veteres -as ita definiunt: -a est coetus eorum hominum, qui universi deducti sunt in locum certum aedificiis munitum, quem certo iure obtinerent. alii: -a est quae graece ἀποικία vocatur; dicta autem est a colendo; est autem pars civium aut sociorum missa, ubi rem publicam habeant ex consensu suae civitatis aut publico eius populi unde profecta est consilio. hae autem -ae sunt quae ex consensu publico, non ex secessione sunt conditae. ISID. orig. 15, 2, 9 *-a* defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. *coniungitur cum aliis civitatium generibus*: LEX agr. (Corp. I^2 585) 22 oppidum (LEX Rubr. [Corp. I^2 592] 2, 2. 26. 53. 58 LEX Vrson. [Corp. I^2 594] 73, 2 PLIN. nat. 3—6 *et* LIB. col. I *et* II *passim. cf.* CIC. leg. agr. 2, 73 ut *-ae* esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur. PLIN. nat. 3, 7 oppida omnia numero CLXXV, in iis -ae VIIII). LEX agr. (Corp. I^2 585) 31 moinicipieis (*bis.* LEX Mamil. [grom. p. 263] 3 CIC. *saepius, ut* leg. agr. 1, 17. 2, 75. 86. 98 *al. item al. passim, praecipue in* INSCR.). CIC. leg. agr. 2, 75 praesidiis. Pis. 51 praefectura (Phil. 2, 58. 4, 7 Q. CIC. pet. 30 LEX Rubr. [Corp. I^2 592] 1, 42. 2, 2. 26. 53 *al. in* INSCR.). Q. CIC. pet. 30 locum (LEX Rubr. [Corp. I^2 592] 1, 42). f(oro) v(eico) c(onciliabulo) c(astello) t(erritorio): LEX Rubr. [Corp. I^2 592] 2, 2. 26. 53. 56. 58; LEX Mamil. [grom. p. 265] 5

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sine vico castello territorio. LEX Iul. munic. [Corp. I^{2} 593] 83. 84 85 *al. item sine* vico castello territorio). BELL. Alex. 56, 4 conventibus. VARRO ling. 5, 143 urbes (PLIN. nat. 3, 88). *cf.* CIC. Catil. 2, 24 urbes -arum ... respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. CORP. VIII *saepissime* res publica -ae, *ut* 2380 *sqq.* 4876 *sqq. al. similiter saepius* CORP. VIII ordo -ae. *significatur res, ut praecipue* PLIN. nat. 3—5 *in geographicis, sed plerumque metonymice subintellegendi sunt etiam -ae homines, incolae al.*

1 *exempla secundum structuras ordinata*: **a** *pro subiecto*: CIC. Verr. 6, 58 quae -a est in Italia tam bono iure ... quam Mamertina civitas? Font. 46 propugnat ... pro salute M. Fontei Narbonensis -a. Sest. 32 nulla *erat* -a ... nullum collegium ... quod tum non honorificentissime de mea salute decrevisset. Phil. 3, 38 id ... -as provinciae Galliae recte ... fecisse et facere. 4, 7 -as ... num aliter iudicare censetis? 6, 18 eodem incumbunt ... -ae, cuncta Italia. Q. CIC. pet. 30 ne ... -am ... esse patiare, in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit. HIRT. Gall. 8, 51, 1 exceptus est Caesaris adventus ab omnibus ... -is incredibili honore atque amore. SALL. Catil. 58, 9 si vincimus ... nobis ... -ae patebunt. Iug. 19, 3 secundo mari prima Cyrene est, -a Theraeon. LIV. 2, 16, 8 eodem anno duae -ae Latinae ... ad Auruncos deficiunt (3, 22, 2. 4, 17, 1). 3, 4, 3 suspecta -a Antium fuit. 3, 10, 11 -am *Antium* fidam propinquam infamem fieri. 7, 30, 19 nulla -a vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet. 8, 5, 3 -as ... vestras Latinum Romano praetulisse imperium. 27, 9, 7 triginta tum -ae populi Romani erant. 27, 9, 14 consensisse omnes -as ad prodendam Hannibali urbem Romanam. 27, 10, 1 -as in fide atque officio pristino fore: eas quoque ipsas, quae officio decesserint ... verecundiam imperi habituras esse. 37, 54, 18 non, quae in sŏlo illo antiquo sunt, Graecae magis urbes sunt quam -ae earum, illinc quondam profectae in Asiam. 43, 1, 5 -am suam (*Aquileiensium*) ... inter infestas nationes Histrorum et Illyriorum esse. SEN. contr. 7, 5 (20), 12 a -a Narbonensi rogatus. VAL. MAX. 9, 15, 1 Herophilus ... C. Marium ... avum sibi vindicando ita se extulit (extudit *Gertz*), ut -ae se veteranorum complures ... patronum adoptarent. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 9 -a ... Viennensium, quam longo iam tempore senatores huic curiae confert! 2, 16 -a ... solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est. SEN. nat. 6, 1, 2 Nucerinorum -a ut sine clade, ita non sine querela est. MELA 1, 85 Halicarnasos Argivorum -a est. 2, 32 ima eius (*Athonis montis*) tenent parvae Pelasgorum -ae. 2, 75 antestat omnis Atacinorum Decimanorumque -a. 2, 84 inde est ora Sordonum, ... -a Ruscino. 2, 122 Corsica ... praeterquam ubi Aleria et Mariana -ae sunt a barbaris colitur. PETRON. 44 haec -a retroversus crescit tamquam coda vituli. PLIN. nat. 3, 7 in iis (*oppidis Baeticae*) -ae VIIII. 3, 10 circa flumen ipsum *Baetin est* ... dextrā Corduba -a. 3, 11 a laeva Hispal -a. 3, 12 huius conventus sunt reliquae -ae immunes Tucci ... Ituci .... 3, 19 reliqua in ora ... -a immunis Ilici. 3, 20 Valentia -a III pass. a mari remota; *sic* PLIN. nat. 3—5 *passim nomina oppidorum enumerans; plerumque* in iis (*oppidis*), in ora, in mediterraneo, primum, in principio, dein, deinceps, intus, ultra -a (-ae) *sim.* TAC. Agr. 32 nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum -ae. hist. 2, 20 ornatum ipsius *Caecinae* ... -ae in superbiam trahebant. 2, 62 *pleraeque* -ae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio illicere. ann. 15, 23 locus puerperio Poppaeae -a Antium fuit, ubi ipse *Nero* generatus erat. PLIN. epist. 2, 17, 26 ceteras copias (*praeter ligna*) Ostiensis -a ministrat *al. praecipue in* INSCR. *in formula usitatissima* -a *illi vel illi* s(acrum), *sim.*

b *pro obiecto*: *de origine -ae*: -am deducere, condere, mittere *al.* CORP. I^{2} 621 (*a. 183/181 a. Chr.*) L. Manlius ... triu(m)vir Aquileiae -ae deducundae. LEX agr. (Corp. I^{2} 585) 22 ⟨quo in agro loco IIIvir i⟩d oppidum -amve ex lege plebeive sc(ito) constituit deduxitve conlocavitve. 23. 24. 43 M. Baebius tr(ibunus) pl(ebis) IIIvir -ae deducend⟨ae⟩. LEX par. fac. Put. (Corp. I^{2} 698) 1, 1 ab -a deducta anno XC. LEX Mamil. (grom. p. 263 *et* 264) 3. 5. CIC. inv. 1, 17 an eo [*Carthaginem*] -a deducatur. *sic passim, ex. gr.*: CIC. leg. agr. 1, 16 deducentur ... -ae. quot? [quo *codd.*]. quorum hominum? 2, 31 -arum deducendarum causa xviros habere pullarios. 2, 34 deducere novas, renovare veteres. 2, 73 in hos agros ... -as ab his xviris deduci iubet. 2, 76 Capuam. Balb. 48 cum lege Apuleia -ae non essent deductae. Phil. 2, 102 negavi in eam -am, quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis, -am novam iure deduci. MON. Ancyr. 5, 35—37 -as in Africa Sicilia Macedonia utraque Hispania ... militum deduxi. Italia autem XXVIII -as ... me⟨is auspiciis⟩ deductas habet. LIV. 2, 21, 7 eodem anno Signia -a, quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deducta est. 5, 24, 4 -am in Volscos, quo tria milia civium Romanorum scriberentur, deducendam. 10, 13, 1 Carseolos ... in agrum Aequiculorum. 35, 9, 7 -am Latinam in castrum Frentinum. 35, 40, 5 ex senatus consulto plebique scito. VITR. 4, 1, 4 *Athenienses* XIII -as uno tempore in Asiam deduxerunt. PLIN. nat. 3, 56 LIB. col. I *et* II *passim, al.* CIC. leg. agr. 1, 16 ne in Ianiculo -am constituatis (Catil. 2, 20 p. red. ad sen. 29 HYG. lim. grom. p. 180. 191 SOL. 24, 3 IVST. 43, 3, 13. *cf. supra l. 61*). 1, 20 non praeponitur huic urbi ista -a, sed opponitur. 2, 73 -as sic ... collocarunt, ut esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur (2, 98. Phil. 5, 27. *cf. p. 1699, 62*). Catil. 1, 8 -am ... praesidiis custodiis vigiliis esse munitam. div. 1, 3 quam ... Graecia -am misit in Aeoliam Ioniam Asiam Siciliam Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? (CAES. Gall. 6, 24, 1 propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum. *sic saepe, ut* LIV. 2, 34, 6 Norbam in montes novam -am. 8, 14, 8 Antium nova -a missa. 10, 10, 5 adversus Vmbros. SEN. dial. 11, 7, 7 quot -as in omnem provinciam misit *populus Romanus*!). div. 1, 102 in lustranda -a ... bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. VARRO ling. 5, 143 -ae item conditae ut Roma et ideo -ae ... conduntur (VELL. 1, 15, 1. 4. 2, 7, 8 PLIN. nat. 4, 11 TAC. ann. 13, 57 IVST. 13, 4, 21. 16, 3, 4), quod intra pomerium ponuntur (VELL. 2, 7, 7 FLOR. epit. 1, 4, 2). LIV. 8, 23, 6 *quod Romanus populus* -am ... in Samnitium agro imposuerint (10, 1, 7). PLIN. nat. 5, 2 Tingi ... a Claudio Caesare, cum -am faceret, appellatum Traducta Iulia (*ibid. iterum.* SOL. 23, 8 CAPITOL. Aur. 26, 9 POL. SILV. fast. Ian. 27). *de aliis rebus*: CIC. leg. agr. 1, 24 nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas -as. 2, 86 ut ... quas velint veteres -as colonis suis occupent (2, 98). Mil. 20 squalent municipia, afflictantur -ae. Phil. 2, 58 horum flagitiorum iste (*Antonius*) vestigiis ... -as ... impressit. 2, 100 peragratis veteranorum -is. 5, 24 circumsedet *Antonius* Mutinam, ... populi Romani -am (5, 27). 5, 27 ne -am populi Romani oppugnet *Antonius* (*ibid. iterum.* 7, 15 LIV. 5, 16, 2. 9, 12, 5. 10, 36, 16). 5, 37 oppressis ... -is. 6, 2 qui -am vestram ... obsideret (TAC. hist. 1, 65). 8, 17 conservari -am populi Romani cupio, tu expugnari studes (LIV. 5, 29, 3. 6, 22, 4. 37, 21, 4). 13, 31 'veteranorum -as ... sustulistis'. nos sustulimus an contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? Att. 16, 8, 1 -as obire. HIRT. Gall. 8, 50, 1 *Caesar* in Italiam ... est profectus, ut ... -as appellaret (*aliter infra l. 53*), quibus M. Antonii ... commendaverat sacerdotii petitionem. 8, 50, 3 iustam sibi causam ... -as adeundi existimavit (SVET. Iul. 8). LEX Rubr. (Corp. I^{2} 592) 1, 42 utei ea nomina et municipium -a locus in eo iudicio ... includantur concipiantur. VARRO ling. 5, 143 -ae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur urbis, quod item conditae ut Roma. NEP. Con. 1, 1 *Conon* Pheras cepit, -am Lacedaemoniorum (LIV. 8, 24, 4. 41, 14, 2 TAC. hist. 3, 19). LIV. 1, 27, 3 Fidenates, -a Romana ... ad bellum atque arma incitantur. 3, 4, 11 Latini Hernicique et -a Antium dare Quinctio subitarios milites iussi. 6, 21, 7 ni ... auctores ... defectionis ... avertissent -as a consiliis pacis. 6, 22, 4 -am populi Romani pertinaciter a colonis defensam. 7, 42, 8 Privernates ... Norbam atque Setiam, finitimas -as Romanas, ... depopulati sunt. 9, 4, 4 si agro Samnitum decederetur, -ae abducerentur. 9, 23, 2 cum ... Romanus exercitus ad ... recuperandam ... -am ... praevenisset. 21, 56, 8 ne duorum exercituum hibernis una -a premeretur. 28, 11, 11 Mamilio praetori mandatum, ut -as ab hoste tueretur (31, 48, 4 TAC. hist. 3, 43 CORP. VIII 9663). 31, 48, 11 -am liberatam obsidione (CORP. XI 4639 metu periculorum). 37, 46, 10 quosdam taedio accolarum Gallorum reliquisse -as (CVRT. 9, 7, 11. *cf.* LIV. 39, 23, 3 desertas -as Sipontum ... Buxentum). 38, 17, 11 Macedones ... sparsas per orbem terrarum -as habent (PLIN. nat. 3, 80. 5, 29. 6, 8). 41, 14, 3 -am ex hostibus eripere. VELL. 1, 3, 3 *Homerus* hanc urbem (*Corinthum*) et quasdam Ionum -as iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate eius. SEN. epist. 91, 1 *incendio* Lugdunensis -a exusta est (TAC. Agr. 31. *cf.* 5 incensae -ae. LAMPR. Comm. 15, 7 ASSVMPT. Moys. 3, 2). CVRT. 4, 1, 10 *Dareus* -as ... Graecorum Ionias omni clade vastavit (TAC. hist. 2, 88). 4, 4, 19 -ae *Tyri* ... paene orbe toto diffusae sunt. MELA 1, 93 sequens tractus tangit Gargara et Asson Aeolorum -as. PLIN. nat. 3, 18 provincia ... continet ... -as XII. 3, 99 secunda regio amplexa Hirpinos ... sinu, qui Tarentinus appellatur ... contributa eo maritima -a, quae ibi fuerat. 4, 11 applicata collo habitatur -a Corinthus. TAC. Agr. 14 redacta ... in formam provinciae proxima pars Britanniae; addita insuper veteranorum -a. 16 -am invasere *Britanni.* hist. 3, 8 -am copiis validam inferre. 3, 32 tempus ... mercatus ... -am maiore opum specie complebat (*cf.* ASSVMPT. Moys. 5, 6 implebitur -a ... sceleribus et iniquitatibus a deo). 3, 57 -ae impulsae. 4, 63 -am ... diripiendam. ann. 13, 31 -ae Capua atque Nuceria additis veteranis firmatae sunt. 14, 31 excindere -am nullis munimentis saeptam. PLIN. epist. 6, 18, 1 -am advocationis officio ... obstringere. PANEG. 4, 5 -am tot tantisque opibus totius imperii erigere atque animare.

c *dativus*: CIC. p. red. ad Quir. 15 senatus ... salutem *meam* ... -is omnibus commendavit. Phil. 5, 53 qui ager eis -is essent, quo milites veterani deducti essent. 8, 4 quam ... -is ad excludendum Antonium auctoritatem damus? LEX VRSON. (Corp. I^{2} 594) 77, 35 fines, qui (-ae) dati erunt. VELL. 2, 81, 2 adiectum supplementum Campanae -ae. SEN. epist. 91, 14 huic -ae (*Luguduno*) ab origine sua centesimus annus est. CORP. IV 4262 -ae Puteolanae feliciter. TAC. ann. 12, 58 Bononiensi -ae igni haustae subventum centiens sestertii largitione. FRONTIN. grom. p. 18 maxima pars finium -ae est attributa. p. 52 munificentiam -ae deberi. p. 53 quidam subseciva -is concesserunt (AGENN. grom. p. 81). HYG. lim. grom. p. 169 quibusdam -is cardo maximus et decimanus non longe a civitate oriuntur (180). p. 202 siqua beneficio concessa aut assignata -ae fuerint. AVG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 22, 8 p. 574 *castellum Sinitense* Hipponiensi -ae vicinum est. CORP. IX 2231 Lollia ... scholam domum ... -ae ... dedit. X 103 Hadrianus ... -ae ... aquam dat.

d *ablativus*: CIC. leg. agr. 1, 16 *Italiam* -is occuparetis. 1, 17 Italiam ... -is complere (2, 34. *cf.* VELL. 2, 6, 3 *Gracchus* novis -is replebat provincias). 2, 75 libertatem ... -is interclusam. Flacc. 64 Asiae ... oram ... non ... munitam -is ... sed ... obsessam. VELL. 2, 74, 2 qui ... nominatis ... -is agros amiserant. PLIN. nat. 3, 49 ab altero ... latere ... omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona -a *eqs.* 3, 146 *deserta Boiorum* -a divi Claudii Sabaria habitantur. TAC. Agr. 4 Agricola ... Foroiuliensium -a ortus. FLOR. epit. 1, 8, 3 ut urbem -a extenderet *Ancus*.

e *praepositiones*: in -a; *praecipue de magistratibus*: LEX Mamil. (grom. p. 263 *et* 265) 3 *et* 5 qui *magistratus* in ea -a iure dicundo praeerit. CIC. leg. agr. 2, 93 cum ceteris in -is IIviri appellentur, hi se praetores appellari volebant. Brut. 160. Att. 8, 11b, 2 Libonem summa ... in illa -a auctoritate. LEX Rubr. (Corp. I² 592) 2, 2 a quoquomq(ue) pecunia ... in eorum quo o(ppido) m(unicipio) (-a) ... petetur. 2, 26. 53. 56. 58. LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 83 *et* 85 queiquomque in ... -eis ... c(ivium) R(omanorum) IIvir(ei) IIIIvir(ei) erunt ... neiquis eorum quem in ... -a ... ⟨in⟩ senatum decuriones conscriptosve legito neve sublegito .... 89 in ... -a ... IIvir(atum) IIIIvir(atum) neve quem alium mag(istratum) petito *eqs.* 95. 98. 109. 119. 124 *al.* LEX VRSON. (Corp. I² 594) 62, 16 quique in ea -a aedil(es) erunt. 64, 16. 65, 22 *al.* LEX Rubr. (?) Atest. (Corp. I² 600) 5. 10. MON. Ancyr. 3, 17—19 in -is militum meorum ... viritim millia nummum singula dedi; acceperunt id triumphale congiarium in -is hominum circiter centum et viginti millia. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 5 cum in -a nostra ... ⟨m⟩agistratuus non essent. 24. 55. LIV. 4, 11, 7 remanendo in -a. 4, 49, 10 quod in ... -a ... minus praedicatione tribuni praedae fuerit. 29, 15, 14 dilectus in ... duodecim -is ... haud difficulter est perfectus. 34, 7, 2 magistratibus in -is ... togae praetextae habendae ius permittemus. VITR. 4, 1, 4 duces ... in singulis -is. PAVL. FEST. p. 243. SEN. contr. 10 praef. *Silonem* causas agentem in Tarraconensi -a. SVET. Aug. 46 genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque -a ferrent. CORP. II 1572 sacerdoti perpetuae in (-a). 1676 aedilis duumvir in -a (1680. VIII 7124). IV 3678 tales cives in -a in perpetuo. V suppl. ital. 475 in -a quaestor aedilis II duumvir II pontifex. V 4466 decurio in -a. IX 4881 flaminicae in -a. in -am: CATO or. frg. 40, 3 in -am ... scribere nolim ... spatiatorem atque fescenninum. LEX agr. (Corp. I² 585) 61 quantum numer⟨um⟩ ... hominum in -am -asve deduci oportuit licuitve (CIC. leg. agr. 1, 17. 2, 75 Phil. 2, 102. 5, 3 MON. Ancyr. 1, 17 LIV. 10, 6, 3 CVRT. 9, 7, 1 TAC. ann. 14, 31 *al.*). CIC. dom. 78 cives Romani in -as Latinas proficiscebantur. Balb. 48 in singulas -as ternos cives Romanos facere. off. 1, 54 *consobrini, sobrini* in alias domos tamquam in -as exeunt. NEP. Cim. 2, 2 decem milia Atheniensium in -am misit (LIV. 4, 49, 14. 8, 21, 11. 9, 24, 15. 27, 9, 11. 32, 29, 4 *al.*). LIV. 27, 9, 10 redirent ... in -as (32, 26, 3; *cf.* 28, 11, 11 in -as reverterentur). 34, 42, 5 Latini, qui in -am Romanam nomina dedissent (PAVL. FEST. p. 14 GAIVS inst. 1, 131). CORP. V 4307 divus Augustus Ti. Caesar ... aquas in -am perduxerunt (TRAIAN. Plin. epist. 10, 91 CORP. VIII 11). PETRON. 57 puer capillatus in hanc -am veni (76). SVET. Iul. 42 octoginta ... civium milibus in transmarinas -as distributis. CORP. II 4249 Valerio ... adlecto in -am. pro: LEX agr. (Corp. I² 585) 31 -eis seive ⟨moi⟩nicipieis seive quae pro moinicipieis ⟨-ieisve sunt⟩. *ibid.* ⟨queiv⟩e pro -a ... fruentur. LIV. 27, 10, 3 pro duodeviginti -is M. Sextilius Fregellanus respondit. de (ab), ex: CIC. Balb. 48 T. Matrinius ... dixit causam ex -a Latina. de orat. 2, 223 quom ... Brutus ... alteri *lectorum* de -a Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset. CAES. civ. 3, 87, 5 plerique *copiarum* sunt ex -is Transpadanis. LEX VRSON. (Corp. I² 594) 66, 32 quos pontifices quosque augures G. Caesar ... fecerit ex (-a) Genet(iva). BELL. Alex. 56, 4 *equites* ex omnibus ... -is ... conscriptos. BELL. Hisp. 7, 4 *legio* facta ex -is. SALL. Catil. 17, 4 eo convenere ... multi ex -is. 28, 4 *Manlius sollicitare* nonnullos ex ... -is. LIV. 5, 33, 7 alterum Atriaticum mare ab Atria, Tuscorum -a, vocavere Italicae gentes. 8, 3, 9 praetores tum duos Latium habebat ... ambo ex -is Romanis. 31, 48, 7. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 10 ex ... -a *Viennensium* ... L. Vestinum familiarissime diligo. SEN. dial. 11, 6, 2 ex ... -is suis ... confluxerunt *incolae Romae.* PLIN. nat. 3, 25 (*bis*). 4, 23 attingit Isthmum parte sui, quae appellatur Megaris ab -a Megara. 4, 48 *Cherronesus* habet a -a Apro XXII passuum Resisthon. EVSEB. hist. 5, 19, 3 Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θρᾴκης ἐπίσκοπος (RVFIN. *ibid.* a Debelto -a Thraciae). CIC. Cluent. 140 *rogatio* contra -am Narbonensem ferebatur. Phil. 2, 76 per ... -as ... Galliae ... cucurristi (LIV. 38, 41, 10 TAC. hist. 2, 56 ann. 6, 12 PLIN. epist. 9, 33, 5 SVET. Tib. 38 HYG. lim. grom. p. 179). LEX VRSON. (Corp. I² 594) 64, 9 IIviri quicumque post (-am) deductam erunt (69, 26. 93, 19). LIV. 4, 11, 5 triumviri ad -am Ardeam deducendam creati (31, 11, 3 proficisci ad -am liberandam obsidione. HIRT. Gall. 8, 24, 3. FEST. p. 197). 6, 21, 2 hostes novi praeter Volscos ... Cerceiosque et Velitras -as ... Lanuvii ... subito exorti (8, 3, 9. *cf.* PLIN. nat. 5, 5 amnis ... praeter Banasam -am defluens). LIV. 27, 10, 1 si legati circa eas -as mittantur. SEN. contr. 1 praef. 11 bellorum civilium furor ... intra -am meam me continuit. PLIN. nat. 36, 190 Belus amnis ... in mare perfluens iuxta Ptolemaidem -am. TERT. ieiun. 16 apud quasdam ... -as ... idolis suis inediam supplicem obiciunt.

f *genetivus*: α *pendet ex nomine hominum*: *magistratuum, sim.*: CORP. I 1246 (= X 852) C. Quinctius ... M. Porcius duo vir(i) quinq(ennales) -ai (LEX VRSON. [Corp. I² 594] 81, 14. 126, 29. 127, 12. 128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39. CORP. II 4274. VIII 6944; *passim*). CIC. Sull. 61 patronum, defensorem, custodem ... -ae (LEX VRSON. 130, 43 DECRET. decur. Pis. de L. Caesare [Corp. XI 1420] 8 LIV. 9, 20, 10 CORP. XI 5215. 6337. 6362 *et in aliis* INSCR. *sescenties. adde* CORP. IV 768 Sabinum ... defensorem -ae). LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 154 legatei (LIV. 29, 15, 8 TAC. hist. 2, 14 *cf.* ann. 1, 79 -arum legationes). LEX VRSON. 61, 8 colonis ... -ae (62, 20. 73, 6. 74, 15. 75, 22; *sic passim in* INSCR.). 66, 33 pontifices (67, 11. 19. 91, 2 CORP. II 1475. VIII 4600 *al.*). *ibid.* augures (67, 11. 91, 1). 81, 14 aed(iles) (126, 29. 128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39 CORP. II 4272. VIII 6944; *passim*). 91, 1 decurio (92, 10. 96, 3. 98, 24. 123, 4. 125, 14. 18 CORP. V 785. 1842; *passim*). 126, 29 praef(ectus) (128, 12. 129, 32. 130, 39. 131, 52. 134, 39 EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. [Corp. X 4842] 39. CORP. VIII 6944 -arum. 7103 i(ure) d(icundo) -arum. 7123; *passim*). 131, 4 hospes. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 49 princeps (LIV. 3, 4, 5 VAL. MAX. 9, 3, 8 CORP. IV 1177. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 Καλπούρνιος ... πρίνκεψ ... τῆς ... κολωνίας). LIV. 29, 15, 8 -ae magistratus (29, 15, 11). 29, 15, 10 censoribus -arum (29, 37, 7). TAC. hist. 2, 86 dux -ae. SIC. FLACC. grom. p. 165 civibus -arum. HYG. lim. grom. p. 169 conditores -arum. CORP. II 1180 curatori -ae (III 6818. V 5869. VI 1419 *al.*). 1630 Aug(ustalis) (-ae) (4536 *sqq.* VIvir Aug(ustalis)). 3278 sacerdoti -ae (4276). VIII 8318 f(lamen) .... IV -arum. *aliorum*: CIC. Phil. 14, 9 Antonius huius -ae et ceterarum ... hostis *eqs.* LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 84 quei quoiusque ... -ae ... erunt. LEX arae Iovis Salon. (Corp. III 1933) 10 incolis (LEX arae Aug. Narb. [Corp. XII 4333] 11 *et* 30). LIV. 6, 22, 8 expugnatores -ae. 22, 9, 2 -ae ... viribus (31, 49, 6). 27, 28, 5 -arum iuniores. 27, 39, 12 nobilitas -ae. 29, 15, 11 primoribus (SVET. Claud. 1). ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 3 omnem florem -arum. *similiter saepissime in* INSCR. genius -ae; *cf.* TERT. idol. 22. β *rerum*: *corporalium*: LEX Mamil. (grom. p. 264) 5 fines -ae (LEX VRSON. [Corp. I² 594] 73, 2. 77, 31. 98, 34. 103, 4. 104, 10. FRONTIN. grom. p. 56 *al.* *cf.* HYG. lim. grom. p. 170 limitibus). CIC. Phil. 2, 102 florentis -ae territorium. LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 152 *legati* libros ... -ae ... edant. LEX VRSON. (Corp. I² 594) 76, 27 isque locus publicus (-ae) ... esto (FRONTIN. grom. p. 20. 55. *cf.* DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 34 celeberrimo -ae loco). LIV. 22, 14, 7 moenia Romanae -ae (27, 38, 5. 34, 56, 10 TAC. ann. 13, 57. *cf.* hist. 4, 64 muros). LEX VRSON. (Corp. I² 594) 81, 20 pecuniam publicam ... (-ae) (FRONTIN. grom. p. 54). CORP. I 1252 (= X 787) M. Holconius d(uo) v(ir) i(ure) d(icundo) t(ertium) C. Egnatius Postumus ... parietem ... privatum (-ae) Ven(eriae) Cor(neliae) ... faciundum coeraverunt. FRONTIN. grom. p. 2 ager -arum (HYG. grom. p. 116 SIC. FLACC. grom. p. 165). p. 54 fundus -ae (AGENN. grom. p. 85). CORP. VIII 309 porticus theatri. *incorporalium*: CIC. Flacc. 101 prosint ... -arum ... laudationes. Sest. 131 dies ... natalis ... -ae Brundisinae (Att. 4, 1, 4 CORP. IX 1540). dom. 75 -arum ... decreta (p. red. ad sen. 38 PLIN. paneg. 70). p. red. ad Quir. 10 nullus motus ... -arum factus est (Pis. 41). Phil. 3, 13 consensus ... -arum. 5, 36 cum ... exercitum ... summo studio ... -arum ... provinciae Galliae ... compararit. 13, 20 -ae ... dignitas (TAC. hist. 1, 66). LEX VRSON. (Corp. I² 594) 64, 19 pecunia poenae nomine ob vectigalia, quae (-ae) ... erunt, in publicum redacta. 66, 7 sacra publica. 93, 20 lege (133, 35 DECRET. decur. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 38 HYG. grom. p. 118 FRONTO p. 193, 5 N.). 127, 1 ludi scaenici. DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 13 -ae ... nostrae unicum praesidium (SVET. Aug. 25 CORP. V 7002). 44 necessitate. LIV. 6, 22, 3 perniciem. 27, 10, 9 subsidio. SEN. nat. 1, 15, 5 auxilium. PLIN. nat. 5, 20 iure (TAC. ann. 14, 27. HYG. grom. p. 118 iurisdictio coercitioque ... -ae *al.*). TAC. dial. 3 clientelae. hist. 1, 66 vetustas. ann. 1, 79 preces. 14, 33 Londinium ... cognomento ... -ae non insigne. PLIN. epist. 10, 47, 1 rationes. 10, 90, 2 salubritati et amoenitati. GAIVS inst. 2, 195 vindicationem. CORP. XI 4639 salute. 8664 testamento (-ae). VIII 10569 splendore -ae.

2 *res variae ad -ae nomen statum originem sim. pertinentes*: a *additur nomen -ae (non paucae abierunt in nom. propr.)*: α *substantivo*: *anteponitur nomen*: CORP. I² 621 Aquileiae -ae deducundae. LIV. 1, 3, 4 Lavinium et Albam Longam -am deductam. 2, 21, 7 Signia -a. 6, 21, 2 Cerceiosque et Velitras -as. 9, 12, 5 Fregellae; *passim.* *postponitur*: LIV. 3, 4, 3 -a Antium (3, 4, 11). 10, 3, 2 -a Carseoli. 40, 29, 1 Graviscae (ELOG. Corp. I² 1 p. 200 n. 32). VELL. 2, 7, 8 Carthago. *ibid.* Narbo Martius. MELA 2, 84 Ruscino; *passim.* β *adiectivo*: *anteponitur adi.*: CIC. Font. 46 Narbonensis -a. Att. 4, 1, 4 Brundisinae. SEN. contr. 10 praef. 14

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tarraconensi. MELA 2, 64 Fanestris. SEN. nat. 1, 15, 5 Ostiensis (PLIN. epist. 2, 17, 26). epist. 91, 1 Lugdunensis (TAC. hist. 1, 51). TAC. hist. 2, 66 Taurinae. 3, 43 Foroiuliensem. ann. 12, 58 Bononiensi. PLIN. epist. 9, 33, 2 Hipponensis (AVG. civ. 22, 8 p. 574). SVET. Vit. 10 Agrippinensem. VLP. dig. 50, 15, 1, 1 Berytensis. 50, 15, 1, 3 Laodicena. 50, 15, 1, 9 Napocensis. *ibid.* Apulensis. SPART. Did. 1, 2 Adrumetina. AVG. civ. 3, 11 p. 108 Cumana. *al.* *postponitur*: CIC. Cluent. 140 -am Narbonensem (de orat. 2, 223 Brut. 160 SEN. contr. 7, 5 [20], 12 QVINT. inst. 6, 3, 44). Sest. 131 Brundisinae. VITR. 2, 9, 16 Fanestri. PLIN. nat. 3, 25 Accitana. *ibid.* Salariense. 4, 106 Agrippinensis (TAC. hist. 1, 57 *al.*). TAC. hist. 1, 80 Ostiensis (OROS. hist. 5, 19, 17). 1, 88 Aquinatem (2, 63). 2, 14 Foroiuliensi. 4, 45 Seniensis. ann. 1, 78 Tarraconensis. TRAIAN. Plin. epist. 10, 91 Sinopensem. CELS. dig. 50, 15, 6 Philippensis. LIB. col. I grom. p. 213 Florentina. p. 214 Volaterrana. p. 216 Ferentinensis. p. 217 Iunonia. *al.* AVG. civ. 22, 8 p. 577 Calamensi. CORP. II 1475 Astigitanae. 3278 Tuccitanae (4276). VII 248 Eboracensis. VIII 210 Cillitanae. IX 449 Venusinae. *adde* TAC. ann. 6, 12 Italicae -ae (*i. in Italia sitae*). *pron. possessivo*: DECRET. decur. Pis. de L. *et* C. Caesare (Corp. XI 1420 *et* 1421) *saepius* -a nostra (PETRON. 76 *mathematicus* venerat forte in -am nostram). ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 16 *Valerius Asiaticus* ante in domum consulatum intulit, quam -a sua . . . civitatis Romanae beneficium consecuta est. *γ genetivo gentis*: *anteponitur genetivus*: SEN. nat. 6, 1, 2 Nucerinorum -a, ut sine clade ita non sine querela est. MELA 1, 30 Cirta . . ., nunc Sittianorum -a, quondam regum domus. VLP. dig. 50, 15, 1 pr. Tyriorum. 50, 15, 1, 3 Ptolemaeensium. 50, 15, 1, 8 Zernensium. *postponitur*: TAC. hist. 4, 20 -a Agrippinensium. 4, 62 Treverorum (4, 72). FRONTO p. 193, 5 N. Concordiensium. CELS. dig. 36, 1, 33 (32) Philippensium (*bis*). IVLIAN. dig. 28, 6, 30 Leptitanorum. PAPIN. dig. 36, 1, 59 (57) pr. Beneventanorum. PAVL. dig. 50, 15, 8, 11 Antiochensium. CORP. II 1180 Arcensium. V 331 Aquil(eiensium) et Parentinorum. 785 Iriensium. VI 1419 Lugdunensium. VIII 309 Ammaedarensium. 4600 Petovionensium. 7044 Ardeatinorum, *passim. cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 *Εἰκονιέων κολωνίας.* 302 *Ἀντιοχέων. ibid. Λυστρέων.* 309 *Τιβεριοπολειτῶν* 399 *Κομαμενῶν. al.*

b *notatur origo*: *α nomine populi conditoris*: *genetivo subst.*: *anteponitur genetivus*: CIC. Phil. 5, 24 Mutinam ... *populi Romani* -am (MELA 1, 34). LIV. 5, 33, 7 Tuscorum. 8, 24, 4 Tarentinorum. 38, 41, 10 Graecorum. VELL. 1, 3, 3 Ionum. MELA 1, 77 Samiorum. 1, 84 Rhodiorum. 1, 93 Aeolorum. 1, 98 Pelasgorum (2, 32). 1, 104 Milesiorum. 2, 60 Romanorum. PLIN. nat. 3, 105 Hirpinorum. 3, 145 Corinthiorum (APVL. met. 10, 35 Corinthiensium). *postponitur*: CIC. Phil. 5, 27 -am populi Romani (8, 17 LIV. 6, 22, 4. 27, 9, 7). SALL. Iug. 19, 3 Cyrene . . . -a Theraeon. NEP. Con. 1, 1 Lacedaemoniorum. LIV. 24, 3, 11 Bruttiorum. 37, 21, 4 Mytilenaeorum. 37, 54, 18 *urbium Graecarum.* CVRT. 4, 1, 10 Graecorum. PLIN. nat. 6, 159 Milesiorum. *adiectivo*: CIC. leg. agr. 2, 86 vexillum Campanae -ae . . . Capuae a xviris inferetur (VELL. 2, 81, 2). HYG. frg. Gell. 10, 16, 8 -a Chalcidicensi. AMM. 22, 8, 32 Graecarum (AVG. civ. 3, 11 p. 108). *persaepe* -a Romana, *ut* LIV. 1, 27, 3 Fidenates, -a Romana (4, 17, 1). 5, 29, 3 Vitelliam, -am Romanam. 7, 42, 8 Norbam atque Setiam . . ., -as Romanas. PLIN. nat. 5, 124 Alexandria, -a Romana. *pron. possessivo*: VARRO ling. 5, 29 -a... nostra Volturnum. LIV. 7, 30, 19 nulla -a vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet (8, 5, 3). *β nomine viri conditoris*: *genetivo*: PLIN. nat. 3, 146 -a divi Claudi Sabaria (5, 75 -a Claudi Caesaris Ptolemais. 6, 8). 4, 5 -a Augusti Actium (5, 2 -a Augusti Iulia Constantia Zulil. 5, 5. 20 [*ter*]). 5, 128 -a Caesaris dictatoris Pharos (PLIN. nat. 14, 62). *adiectivo*: SALL. Catil. 28, 4 Sullanis -is. PLIN. nat. 3, 80 *-am* Marianam (INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII 1908 p. 472). CORP. I 1252 (-ae) Ven(eriae) Cor(neliae) (*i. Pompeiorum a Sulla deductorum*). *cf.* TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 138 *sqq.* *praecipue inde ab imperatoribus, a quorum gente vel cognomine nomina -arum plerumque adiectis cognominibus quibusdam derivantur, ut*: LEX Vrson. (Corp. I² 594) *passim* (-a) G(enetiva) I(ulia), (-a) I(ulia). CORP. II 656 (-ae) C(laritatis) Iul(iae) Vcubitanor(um). II 4071 (-ae) I(uliae) v(ictricis) t(riumphalis) Tarrac(onis). III 6891 (-a) Iulia Olbasena. LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 11 *et* 30 (-ae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii). VITR. 5, 1, 6 -ae Iuliae Fanestri. PLIN. nat. 4, 117 Augusta Emerita (5, 21). 5, 21. CORP. II 1630 (-ae) Aug(ustae) Fir(mae). 1676 -a A(ugusta) G(emella). 4536 (-ae) I(uliae) . . . Tarrac(onensis) et (-ae) F(aventiae) I(uliae) A(ugustae) p(iae) Barc(inonensis). III 335 (-a) Iul(ia) Conc(ordia) Apamea. V suppl. ital. 1273 -ae Civicae Aug(ustae) Brixiae. II 4249 -am Caesaraugustanam. IV 2152 -ae Clau(diae) Neronesi Putiolane. VI 31692 -a Flavia Pacis Deultensium. VIII 308 (-a) Fl(avia) Aug(usta) Emerita Ammaed⟨ara⟩. *cf.* PLIN. nat. 5, 69 -a prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta. CORP. VIII 1779 -a Aelia Aug(usta) Lares. *al. passim.* *pron. possessivo*: CIC. leg. agr. 1, 17 totam Italiam vestris -is complere voluistis. 2, 34 suis -is. 2, 75.

c *epitheta*: CIC. leg. agr. 2, 34 -as deducere novas (Phil. 2, 102 LIV. 4, 49, 10. 43, 1, 5 VELL. 2, 6, 3 TAC. ann. 1, 59), renovare veteres (2, 86 TAC. Agr. 4). Balb. 48 firma (Phil. 5, 24. 7, 15) et illustri (TAC. Agr. 4). Phil. 2, 102 incolumis. *ibid.* florentis (13, 20). 5, 24 splendidissimam (TAC. Germ. 41 VLP. dig. 50, 15, 1 pr. APVL. apol. 24 CORP. VIII 1183. IX 1151. XI 5283 *al. cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 264 *τῆς λαμπρᾶς Εἰκονιέων κολωνίας.* 302. 1040). Phil. 6, 2 fidissimam (LIV. 3, 10, 11. *cf.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 399 *ἡ . . . πιστὴ . . . κολωνία*) fortissimamque. CAES. civ. 3, 87, 5 Transpadanis (ASCON. Pis. p. 3 Cl.). MON. Ancyr. 5, 37 ⟨celeberrimae⟩ et frequentissimae. LIV. 3, 10, 11 propinquam (31, 48, 7. *cf.* TAC. hist. 2, 21 vicinae. ann. 15, 33 proximis). 43, 1, 5 infirmam. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 9 ornatissima . . . valentissimaque. PLIN. nat. 3, 12 immunes (3, 24 CORP. II 1663. VIII 8931. 8933). 3, 99 maritima (*cf.* SIC. FLACC. grom. p. 135 -as . . . omnes maritimas appellaverunt; vel quod mare in his deduceretur . . . vel quod Italia ab Alpibus in mare porrigatur *eqs.*). TAC. hist. 1, 51 infensa. 2, 19 virium et opum valida (3, 8 copiis validam). 3, 19 plano sitam. 3, 32 ditem. 4, 3 minoribus. 4, 72 rebellis. VLP. dig. 50, 15, 1 pr. Tyriorum -a . . . nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens, foederis, quod cum Romanis percussit tenacissima. 50, 15, 1, 1 Berytensis -a . . . beneficiis gratiosa. APVL. met. 10, 35 nobilissimae. *dub. an huc pertineat*: INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 120 (*Romae*) -a patricia Corduba.

d *significatur condicio colonorum*: CIC. Font. 13 Narbo Martius, -a nostrorum civium (Catil. 2, 20 *-as* civium esse optimorum et fortissimorum virorum. LEX Iul. munic. [Corp. I² 593] 83. 108. 142 HIRT. Gall. 8, 24, 3 LIV. 34, 45, 1. 2. 3 [*bis*]. 39, 55, 6. 9 SEN. dial. 11, 7, 9. *cf.* civica *p. 1703, 75*). CIC. dom. 78 cives Romani in -as Latinas proficiscebantur (Balb. 48 Matrinius . . . dixit causam ex -a Latina. LIV. 2, 16, 8 duae -ae Latinae, Pometia et Cora. *cf.* FEST. p. 241 priscae Latinae -ae appellatae sunt, ut distinguerent a novis, quae postea a populo dabantur. ASCON. Pis. p. 3 Cl. ut possent *incolae* habere ius quod ceterae Latinae -ae, id est ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur). *cf.* VLP. dig. 50, 15, 1, 2 Italicae -ae. CIC. Phil. 2, 100 veteranorum (13, 31 VAL. MAX. 9, 15, 1 TAC. Agr. 14. *cf.* SALL. or. Phil. 21 veterum militum. *cf.* Emerita *p. 1703, 71. 77*). MON. Ancyr. 3, 17 militum meorum (3, 26. 5, 36). LIV. 43, 3, 4 libertinorum. MELA 2, 75 decimanorum (*i. legionis decimae.* PLIN. nat. 3, 32). 2, 77 Forum Iuli octavanorum -a (PLIN. nat. 3, 35). 3, 36 -ae Arelate sextanorum, Beterrae septimanorum, Arausio secundanorum (*cf.* MELA 2, 75).

B *in imagine et translate de rebus et animantibus*: PLAVT. Aul. 576 quod habeo (*sc. aurum*), ut commutet -am (*fere i. quod locum*). Epid. 343 ut importem in -am (*i. locum suum*) hunc . . . commeatum. Pseud. 1100 (*iocose*) ut det *Pseudolus* nomen ad 'Molas' -am. *cf. p. 1701, 51 sq.* VARRO rust. 3, 16, 9 *apes* -as mittunt. 3, 16, 29 progeniem ut in -am mittere volunt *apes.* 3, 16, 31 quae *apes* in novam -am . . . introierunt. COMM. apol. 989 sancti intrant in -a sancta. VVLG. exod. 12, 48 quodsi quis . . . in vestram voluerit transire -am et facere Phase domini.

II *i. q.* **praedium** *colono commissum, fere i. q. conductio*: COLVM. 11, 1, 23 neque -ae suae terminos egredi debet *vilicus.* TAB. aliment. Vel. (Corp. XI 1147) 1, 42 T. Naevius . . . debet . . . obligare -as // in Veleiate pag(o). 2, 44 fund(um) Statianum cum -a Gentiana. 2, 70 fund(um) Dellianum cum -a *eqs.* SCAEV. dig. 33, 7, 20, 3 *coloni* finita conductione interposita cautione de -a discesserant. VLP. dig. 43, 8, 2, 23 *viae* in alias -as ducentes. PAVL. dig. 19, 2, 24, 4 qui expulsus a conductione in aliam se -am contulit.

derivatum: coloniarius. *derivatur falso* colonus: ISID. orig. 10, 52. *compos.*: *μητ⟨ροκολω⟩νεία* (INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 1045).

colōniārius, -ī *m. a* colonia; *cf.* colonarius. GAIVS inst. 1, 22 *servi manumissi* Latini *appellantur* ideo, quia assimulati Latinis -iis. 1, 29 si *servi manumissi* uxores duxerint vel cives Romanas vel Latinas -as. 3, 56 qui ex urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini -ii esse coeperunt. VLP. reg. 19, 4 mancipatio locum habet inter cives Romanos et Latinos -os (*Huschke,* colonarios *Vat.*) Latinosque Iunianos.

colōnicus, -a, -um [*a* colonus. *Th.*]: *ad colonos, coloniam pertinens, in colonia extans*: **1** *de rebus*: LEX Mamil. (grom. p. 264) 5 agrum -um territoriumve (FRONTIN. grom. p. 35 ubi [*in Italia*] nullus ager est tributarius sed aut -us aut municipalis aut alicuius castelli aut conciliabuli aut saltus privati. at si ad provincias respiciamus, habent agros -os eiusdem iuris, habent et -os qui sunt immunes, habent et -os stipendiarios (AGENN. grom. p. 62). VARRO rust. 1, 2, 17 leges -as tollis, in quibus scribimus, colonus in agro surculario ne capra natum pascat (FRONTIN. grom. p. 24 omnes . . . limites secundum legem -am itineri publico servire debent. 41. AGENN. grom. p. 72. PS. AGENN. grom. p. 6 *iter publicum* transcendi non potest secundum legem -am). HYG. lim. grom. p. 205 multi . . . agrum more -o decimanis et cardinibus diviserunt. LIB. col. I grom. p. 248 limites -i. LEX de villae Magnae colonis (Bruns fontes⁷ I p. 296) 15 si *coloni* conductores vilicisve eius f(undi) in assem pa⟨rtes co⟩l(on)icas daturas (*expectes* se daturos) renuntiaverint . . . conductores vilicisve eius f(undi) ⟨colo⟩ni -as partes praestare debeant. *fort.* CORP. XII 1244 *intellegendum*: (fundus) ex trib(utario) red(actus) in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c(olonicum). 2 *de animantibus: hominibus*: CAES. civ. 2, 19, 4 Cordubae conventus ... cohortes duas, quae -ae appellabantur, ... apud se retinuit. SVET. Aug. 46 excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones -i in sua quisque colonia ferrent. CORP. VIII 23427h Lucustio -us. XIV 481 Vale⟨ri⟩us Veturius civis Afer -us. *pro cognomine v. nom. propr.* *bestiis*: PLIN. nat. 8, 189 ovium summa genera duo, tectum et -um, illud mollius, hoc in pascuo delicatius. 26, 96 *satyrii* radix in lacte ovis -ae data nervos intendit.

fem. subst. **colōnica**, -ae. *i. q. mansio, domicilium coloni.* AVSON. 393, 7 tinguit *Theonem* piceo lacrimosa -a fumo. GREG. TVR. Iul. 15 ad hoc levitas eius (*pastoris cuiusdam*) convaluit, ut -as basilicae concupiscens ... pervadere non timeret. LEX Burg. lib. const. 38, 8 si quis in agro regio vel -a voluerit applicare et non permissus fuerit, colonus fustigetur. 67. NOT. Tir. 38, 40—44 colonus, colonia, -a, in -a, de -a. *adde* Colonica *nom. propr.* *Bannier.*

[**colonomon**] *legebatur antea* AVSON. 400, 4, tolle nomen *vel* tolleno iñ *codd.*, tollenonem *bene Peiper et Hartel*, κενολλημένον *Schenkl, alii aliter.* *Mbr.*

×**colōnus**, -ī *m.* [*a* colere. *Th.*]. AVG. civ. 10, 1 p. 402 ex hoc verbo (*colere*) ... -i ... vocantur. ISID. orig. 9, 4, 36 -i ... dicti a cultura agri. 10, 52 -us a colonia vel ab agro colendo (GLOSS. V 423, 15) dictus. *de formis: gen. sing. et nom. plur.* -ei: LEX agr. (Corp. I^2 585) 45. 66. 67 CORP. II 3414. *dativ.* -eis: CORP. I 1246. IX 5074. X 852. 6314. *de scriptura: adhibentur saepe compendia in titulis*: c: TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 138, 4. $141^{1.5}$. 142^{5}. $143^{5.6}$. $148^{4.6}$ c(olonorum) c(oloniae) V(eneriae) C(orneliae). CORP. I 1341 c(olonis) c(astri) N(ovi). LEX Vrson. (Corp. I^2 594) *semper in locutione* c(olonis) *vel* c(olonus) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae), *semel in alia*: 97, 16 c(olonis) a(grorum) d(andorum) a(dsignandorum). CORP. II 1178. 1188. 1194 c(olonorum) c(oloniae) R(omulensis). col: CORP. I 601 col(oni) col(oniae) Valent. CORP. IV *saepius* o(ro) v(os) col(oni), *ut* 7. 39. 45. 72. LEX Vrson. (Corp. I^2 594) *semel, sc.* 133, 34 col(oni) Gen(etivi) Iul(ienses). CORP. VIII 8270. IX 699. 888. X 4334. XI 6316 INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 84 *al.* colon: LEX Vrson. (Corp. I^2 594) *aliis ac supra l. 28 et 33 laudatis locis, ut* 79, 40. 92, 16. 95, 5. 20. 97, 15. 20. 21. 98, 35. 36. 100, 9. 103, 2. CORP. V 6887. EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 30. CORP. II 4511 *al.* colonor(um): TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 141^{5}. 145^{5} *al.* LEX Vrson. (Corp. I^2 594) 125, 14. *graecolatine: in titulis* κολωνός, *ut* INSCR. Graec. Rom. Cagnat III 314. 797. 1012. 1055. κολονός: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A. *de notionibus*: GLOSS. γεωργός. cultor, γεωργός. πάροικος. ἄποικος. agricola. vicinus (*add. m. 2*: gibuur; *i. anglosax.* gebur *i. q.* ʻagricola'; -i incolae aut peregrini; incolae, habitatores; incolae vel habitantes (*cf.* ISID. orig. 9, 4, 36 *sqq.*). AVG. civ. 10, 1 p. 402 non sicut appellantur -i, qui condicionem debent genitali solo propter agriculturam sub dominio possessorum, sed sicut *eqs. cf.* ISID. orig. 9, 4, 36 (*-orum generibus confusis*) -i sunt cultores advenae, dicti a cultura agri; sunt enim aliunde venientes atque alienum agrum locatum colentes ac debentes condicionem genitali solo propter agri culturam sub dominio possessoris pro eo quod iis locatus est fundus. -i autem quattuor modis dicuntur. nam -i aut Romani sunt aut -i Latini aut -i auxiliares aut -i ruris privati. *legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE. *adde nom. propr.* Colonus, Colona.

I *proprie*: A *latiore sensu: is qui agrum colit, rusticus, agricola; dein liberius qui incolit, habitat alicubi: paucis locis exceptis hoc sensu nonnisi apud poetas, qui in hexametro semper in fine versus ponunt.* *nota imaginem*: CLAVD. 21, 321 Dircaeis ... in arvis messis (*sc. viri ex draconis dentibus orti*) cum proprio mox bellatura -o (*sc. Cadmo*). *cf.* SIDON. carm. 9, 69 cum suus -us post anguis domiti satos molares ... florere in segetem stuperet hostem.

II *speciatim*: **A** *de proprietatibus columbarum, quae in proverbium venerunt*: *color*: CIC. fin. 3, 18 plumae *versicolores* -is *donatae* (ac. 2, 19. 79 in -a plures videri colores nec esse plus uno). ac. 2, 79 te negas ... -ae *collo* commoveri (LVCR. 2, 801 pluma -arum quo pacto in sole videtur ... cervices circum collumque. PROP. 4, 5, 65 torquatae -ae ... guttura. SEN. nat. 1, 7, 2 speciem falsi coloris ... -arum cervix et sumit et ponit. NERO carm. frg. 2 colla Cytheriacae splendent agitata -ae. PLIN. nat. 37, 72. APVL. met. 2, 9 -arum collis flosculos aemulatur *capillorum color*. 6, 6 candidae -ae ... picta colla torquentes. AVSON. 392, 16 *anates* collum -is aemulas. ISID. orig. 12, 7, 61 *v. p. 1730, 13*). OV. met. 2, 537 *niveis argentea pennis* ales ut aequaret totas sine labe -as (13, 674 niveas. 15, 715 niveis ... frequens Sinuessa -is. *cf.* EPIST. Sapph. 37 variis albae iunguntur saepe -ae. LACT. inst. 4, 15, 3 candidae). APVL flor. 11 p. 42 decolorum -arum. *plausus in volatu*: VERG. Aen. 5, 213 -a ... plausum ... exterrita pennis dat tecto ingentem. 5, 516 alis plaudentem. MART. 3, 58, 18 sonantque turres plausibus -arum. FRONTO p. 230, 2 N. non ut -ae alis plaudere. TRACT. in Luc. 5, 28 HIER. epist. 49, 20, 2. *vox*: TREB. Gall. 11, 8 non murmura vestra -ae ... vincant. VVLG. Nah. 2, 7 ancillae ... gementes ut -ae. AVG. serm. ed. Mai 57, 4 gementem. *timiditas*: VARRO rust. 3, 7, 4 nihil ... timidius -a. VERG. Aen. 2, 516 praecipites atra ceu tempestate -ae ... sedebant. VAL. FL. 8, 32 pavidae ... de more -ae. VVLG. Ezech. 7, 16 erunt in montibus quasi -ae convallium omnes trepidi.

opponitur avibus ferocibus et rapacibus: *accipitri*: LVCR. 3, 752 *potius* tremeret ... accipiter fugiens veniente -a. VERG. Aen. 11, 722 accipiter ... consequitur ... sublimem in nube -am. HOR. carm. 1, 37, 18. OV. ars 2, 363 accipitri timidas credis ... -as. met. 5, 605 ut fugere accipitrem penna trepidante -ae, ut solet accipiter trepidas urgere -as. fast. 2, 90 accipitri *iuncta* -a fuit (LACT. epit. 67, 5 -a cum accipitre congregabitur). trist. 1, 1, 75 terretur minimo pennae stridore -a unguibus *accipitri* ... saucia facta. SEN. dial. 4, 16, 1 adiuvat ... accipitrem impetus, -am fuga. PLIN. nat. 10, 22 -ae ... viso *accipitre* considunt vel subvolant. 10, 108 tinnunculus ... defendit -*as* ... terretque accipitrem (10, 109). SIL. 5, 282 territa pennas colligit accipitrem cernens ... -a. AVG. bapt. 3, 2, 22 raptores non -ae, sed accipitres dici possunt. *aquilae*: VERG. ecl. 9, 13 quantum Chaonias dicunt *valere* aquila veniente -as. DIRAE 5 fugient ... aquilae ante -as. HOR. carm. 4, 4, 32 neque imbellem feroces progenerant aquilae -am. OV. ars 1, 117 fugiunt aquilas timidissima turba -ae. met. 1, 506 aquilam penna fugiunt trepidante -ae. 6, 529. MART. 10, 65, 12 tam dispar aquilae -a non est. FRONTO p. 58, 15 N. AVG. civ. 19, 12. *miluo*: HOR. epod. 16, 32 adulteretur et -a miluo (PORPH. *ad l.* diversum animal sit miluus ac -a). PHAEDR. 1, 31, 3 -ae saepe cum fugissent miluum *eqs.* (*narratur fabula. cf. p. 1733, 20*). TERT. adv. Marc. 3. *corvo*: IVV. 2, 63 dat veniam corvis, vexat censura -as. AVG. bapt. 5, 16, 21 -a inter multorum corvorum improbitatem gemens. serm. ed. Mai 61, 4 SEDVL. hymn. 1, 104. *vulturi*: DRAC. satisf. 78 blanda -a avis est, aspera vultur avis.

caret felle: TERT. bapt. 8 quod *animal* etiam corporaliter ipso felle careat -a. AVG. serm. ed. Mai 59, 1 -a est sine dolo, sine felle, quod est amaritudo peccati. ORIENT. carm. app. 3, 132 *p. 1730, 81.* SEDVL. carm. pasch. 2, 171 volucrem quae felle caret (op. pasch. 2, 13). CASSIOD. in psalm. 54, 6 in nullum animal fellita voluntate consurgit. GREG. M. in euang. 5, 4 -a ... simplex est animal atque a malitia fellis alienum. ISID. orig. 12, 7, 61. CARM. epigr. 787, 3 sine felle -am. *at cf.* PLIN. nat. 11, 194 iungitur *fel* ... intestino tantum ... in -is. *osculatio*: OV. am. 2, 6, 56 oscula dat cupido blanda -a mari. ars 2, 465 quae modo pugnarunt iungunt sua rostra -ae. PLIN. nat. 10, 32 exosculationem ... qualem in -is. 10, 158 -ae proprio ritu osculantur ante coitum. MART. 1, 109, 2 Issa est purior osculo -ae. 11, 106, 9 basia me capiunt blandas imitata -as. 12, 65, 8 basio ... tam longo blandita, quam sunt nuptiae -arum. PACIAN. epist. 2, 7 nos tecum quasi -a ore potius quam dente confligimus. OP. imperf. in Matth. 24 p. 757 quasi -ae -is caritatis oscula porrigatis. ISID. orig. 12, 7, 61 osculo amorem concipiant. *fecunditas*: VARRO rust. 3, 7, 9 nihil -is fecundius. PLIN. nat. 10, 147 -ae deciens anno pariunt, quaedam et undeciens. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418[D] virgo puerpera ... -a fecunditate numerosior. SERV. Aen. 6, 193 *v. infra l. 44.* *libido*: TERT. anim. 32 non ... fient ... -ae ex pudicis. EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 949[A] libidinosa est -a. *pudicitia*: PLIN. nat. 10, 104 ab iis (*perdicibus*) -arum ... spectantur ... mores inter se; pudicitia illis plurima et neutri nota adulteria. TERT. monog. 8 avis non tantum innocuae, verum et pudicae, quam unam unus masculus novit. PORPH. Hor. epod. 16, 32 dicitur -a nulli alii succumbere, quam cui se semel iunxit. *amor*: PROP. 1, 9, 5 non me Chaoniae vincant in amore -ae. 2, 15, 27 exemplo iunctae tibi sint in amore -ae. PORPH. Hor. epist. 1, 10, 5 plurimus amor -arum. AVG. in psalm. 54, 8 -a ... pro signo dilectionis ponitur; ... nihil tam amicum gentibus quam -a. OP. imperf. in Matth. 4 p. 660 prae omnibus animalibus haec cultrix est caritatis. ORIG. in Matth. 17, 22 si de caritate locutus fuerit, protulit -am. *simplicitas, innocentia* (*cf. etiam p. 1731, 57 sqq.*): TERT. bapt. 8 animal *simplicitatis* et *innocentiae* (AVG. serm. ed. Mai 20, 3 -arum innocentiam teneamus. CASSIOD. in psalm. 54, 6 avis innocens, mansueta). VVLG. Matth. 10, 16 estote ... prudentes sicut serpentes et simplices sicut -ae (*cf.* TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 421, 23 simpliciter ut -ae. monog. 8 ad simplicitatem -ae provocat. AMBR. c. Aux. 21 quid sunt -ae nisi simplices mentes. in Luc. 2, 92 virginit. 12, 70 AVG. serm. ed. Mai 20, 2. EPIST. pontif. 375 [Coelestin.] Migne 50, 487[C] ei nec -ae simplicitatem nec prudentiam defuisse serpentis. SIDON. epist. 7, 13, 4 simplicitatem -ae in ecclesia servat, in foro serpentis astutiam. EVG. TOLET. carm. 7, 5). SEDVL. epist. 1 p. 8, 1 -ae simplicis animum. OP. imperf. in Matth. 1 p. 617 GREG. M. moral. 1, 2.

B *attribuitur dis*: *Veneri*: *cf.* SERV. Aen. 6, 193 Veneri consecratas propter fetum frequentem et coitum. ISID. orig. 12, 7, 61 -*as* antiqui Venerias nuncupabant ab eo, quod nidos frequentent et osculo amorem concipiant. *v. etiam infra l. 74.* VERG. Aen. 6, 190. PROP. 3, 3, 31 Veneris dominae volucres, mea turba, -ae. 4, 5, 65 cape torquatae, Venus ..., -ae ... ante tuos guttura secta focos (*cf.* OV. fast. 1, 452 uritur Idaliis alba -a focis). OV. am. 1, 2, 23 maternas *iunge* -as (met. 14, 597 iunctis *invecta* -is [CLAVD. 22, 354 Venus hic invecta -is. 31, 9. DRAC. Romul. 6, 72 Cypris subvecta -is vehitur]. CLAVD. carm. min. 25, 104 purpureas adnectunt frena -as. DRAC. Romul. 6, 75 florea purpureas retinebant frena -as). OV. met. 15, 386 Cythereiadas (NERO carm. frg. 2 *v. p. 1731, 39*). SIL. 4, 112. MART. 8, 28, 13 Paphiae -ae. 13, 66 ne violes ... -as, tradita si Cnidiae sunt tibi sacra deae. APVL. met. 6, 6. *adde*: PETRON. 71 ponas statuam Fortunatae meae -am tenentem. 85. *fortasse huc pertinet*: SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5, 488. *Iovi Dodonaeo et Ammoni sacra oracula dat*: *cf.* SERV. Verg. ecl. 9, 13 in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant -ae; quod ideo fingitur, quia lingua Thessala peleiades et -ae vaticinatrices vocantur (MYTHOGR. 1, 96). georg. 1, 8 ex hac *quercu*, cum fuisset excisa, -ae, quae vaticinabantur, volasse dicuntur. Aen. 3, 466 Iuppiter ... Hebae filiae tribuit duas -as ... quarum una provolavit in Dodonae glandiferam silvam ... altera autem -a pervenit in Libyam ... ut Iovis Ammonis oraculum constitueretur. PROB. Verg. georg. 1, 7 *sq.* -as existimatur ab ea regione (*i. Chaonia*) Chaonias dictas et in hoc oraculo fuisse vocales et responsa dedisse consulentibus. MYTHOGR. 2, 227 Iuppiter hic (*in silva Dodonae*) dabat responsa per -as aereas.

PROP. 1, 9, 5 Chaoniae. SIL. 3, 678 in gremio Thebes geminas sedisse -as. *adde*: SERV. Aen. 1, 393 -ae non nisi regibus dant auguria, quia numquam singulae volant, sicut rex numquam solus incedit. 6, 190 bene a -is Aeneae datur augurium et Veneris filio et regi; nam ad reges pertinet -arum augurium, quia numquam solae sunt

a Syris pro dea colitur: HYG. fab. 197 p. 126, 4 super quod *ovum* -ae consederunt et excalfactum exclusisse Venerem, quae postea dea Syria est appellata ... ob id Syri ... -as ex deorum numero habent. SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 22. 82, 10. TIB. 1, 7, 18 alba Palaestino sancta -a Syro. IVV. 6, 549. *nota metonym.*: VVLG. Ier. 25, 38 facta est terra eorum in desolationem a facie irae -ae (*i. Babylonis*). 50, 16 a facie gladii -ae.

C *vox in blanditiis usurpata*: PLAVT. Asin. 209 quasi -ae pulli in ore ambae meo usque eratis. 693 dic igitur me⟨d⟩ aniticulam,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-am vel catellum. Cas. 138 meus pullus passer, mea -a, mi lepus. VVLG. cant. 2, 10 amica mea, -a mea, formosa mea (2, 14. 6, 8 una est -a mea, perfecta mea. *cf.* OPTAT. 1, 10 p. 12, 4. 2, 1 p. 32, 7 ecclesiam -am suam et sponsam suam Christus appellat. 2, 18 p. 53, 15. PACIAN. epist. 1, 3 -am dei atque reginam ... scindere niterentur *haereses*. HIER. epist. 18^B, 4, 4. 65, 15, 13. PS. PROSP. prom. 1, 7, 2 ex quo *sanguine* -a ecclesia ... processit). *v. etiam infra l. 17.*

masc. **columbus**, -ī. DIOSC. 4, 55 *herba* peristerio ... ideo nomen accepit, quia utuntur eum -i libenter, quia -i peristere vocantur graeco vocabulo (GLOSS. II 332 κολουνβος περιστερός. 563, 35 colonbu peristeri). GLOSS. III 17, 51 φάσσα. 604, 38 palumbis: colu⟨m⟩bus maior. *legitur inde a* PLAVTO. [*it.* colombo, *francog. vet.* coulon. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

1 *generatim*: PLAVT. Rud. 887 illic in -um, credo, leno vortitur. COLVM. 8, 10, 2 locum aeque munitum et apricum, quam -i, desiderant *turdi*. PERS. 3, 16 teneroque -o et similis regum pueris (SCHOL. *ad l.* pueros ... blandientes -os et passeres et pullos vocant. *cf. p. 1732, 83 sqq.*). PLIN. nat. 10, 25. AVG. agon. 22, 24 verum corpus columbae sine aliorum -orum ministerio figurare. civ. 12, 22 in gregibus malint vivere ... -i. c. Petil. 2, 83, 184 miluus, cum pullos rapere territus non potuerit, -um se nominet (*cf. p. 1731, 77*). serm. 90, 7 proxima sunt sibi cuiusque generis animalia ... -us -o. CHRON. Alex. chron. I p. 122, 272 populus in Samaria stercora -orum comederunt. *adhibetur in re medica*: THEOD. PRISC. eup. faen. 60 -orum stercore combusto. 62 log. 108. ORIBAS. syn. 1, 35 stercus silvestrium -orum. *pro esca est hominibus*: COLVM. 8, 8, 1 palumbos -osque cellares pinguissimos facere (*ibid.* in -is farciendis). THEOD. PRISC. log. 38 dabo *aegrotanti* ... -os matri subductos (61). APIC. 6, 213. 226. ANTHIM. 29 -i agrestes non sunt congrui, de domesticis vero -is pipiones ... boni et sanis et infirmis. ORIBAS. syn. 4, 1 -i de turribus meliora sunt domesticis. 4, 3. 10. 16 -orum pulli ... digestibilia sunt.

2 *speciatim de proprietatibus eorum*: *vox*: AVG. doctr. christ. 2, 2, 3 -us gemitu columbam vocat: serm 82, 11, 14 geme ut -us. *libido*: CATVLL. 29, 8 perambulabit omnium cubilia ut albulus -us haut idoneus. *amor et osculatio*: CATVLL. 68, 125 nec tantum niveo gavisa est ulla -o compar quae ... dicitur ... oscula ... decerpere rostro. *inde iocose de amicitia*: HOR. epist. 1, 10, 5 cetera paene gemelli fraternis animis ... annuimus pariter, vetuli notique -i.

deriv.: columbar(e), columbarius, columbinus, columbulus. columbari. *cf.* Columbanus, Columbalia.

columbār(e), -is *n.* [*a* columbus, columba, *cf.* columbarium. *Th.*]. collumb- *fort. per iocum l. 49.* 1 *i. q. cavea columbarum*: GLOSS. III 357, 22 -e περιστερεών. 2 *i. q. locus quo ollae cinerum reponuntur, columbarium*: CORP. XIV 1650 Sulpicia ... -e et locum donavit. *adde*: VI 8131 Abucciae Helpidi columpar⟨e⟩ quinto ollas VI quas ile dedit Abuccia aucta. *v. etiam p. 1734, 18 sqq.* 3 PRISC. gramm. II 150, 10 -r quod significat genus vinculi. GLOSS. V 495, 4 genus vinculi (566, 1), catena ferri. PLAVT. Rud. 888 illic in columbum, credo, leno vortitur, nam in -i collum (collus *Prisc.*) haud multo post erit (*aut* collumbari *locutus est Plautus aut* nam *non eliditur*). [*huc pertinere volunt Scaliger al.* PLAVT. frg. inc. 17; *at in cod. Fest. p. 169 legitur* columbari. *v. infra l. 67.*] *adi.* **columbāris**, -e *vix latet* CORP. XV 4803 (*in amphora*) olivas colonbares. 4855 olibarum columbarum, *ubi potius nomen loci subintellegendum esse videtur; cf. adn. Dresselii et v. nom. propr. an est forma vulgaris vocis* colymbas? *v. sim. p. 1745, 51 sq.*

columbārius, -a, -um [*a* columbus, columba. *Th.*]. *scribitur cum apice* columbárium: CORP. VI 8022, 4 (*at ibid. 7 sine apice*). *abl. plur.* columbaris *v. p. 1734, 10 sqq.* *de abbreviata scriptura v. p. 1734, 17 sq.* *nom. insulae* Columbaria *et nom. locorum* Columbarium *v. nom. propr.*

masc. subst. **columbārius**, -ī: 1 *i. q. custos, dominus columbarum*: VARRO rust. 3, 7, 7 *accipitres* -i interficere solent duabus virgis. 2 *sensu dubio*: GLOSS. III 309, 20 -us: περιστεροποιός. 3 *fortasse is qui ad columbarium stat, remex* (*cf. l. 81 sq.*)?: PLAVT. frg. inc. 17 non ego te novi, navalis scriba, -i impudens (*vix interpretandum*: 'scriba navalis columbarii' *sensu infra l. 81 allato. cf. ad l.* FEST. p. 169 sive quod columbaria in nave appellantur ea, quibus †rem geminent [remi eminent *Turneb.*], sive quod -orum quaestus temerarius incertusque. *v. etiam supra l. 51 sqq.*).

neutr. subst. **columbārium**, -ī: 1 *i. q. aviarium columbarum*; GLOSS. II 405, 6 περιστερεών: VARRO rust. 3, 7, 3. 11 emi fictilia -a (COLVM. 8, 8, 3). *ibid.* -a qui in tegulis habent non videntur habere peristeronas? 3, 8 COLVM. 2, 14, 1 quod *stercus* ex -is egeritur (PLIN. nat. 17, 51. 52). 8, 8, 6 partes eae -i carent stercore. 8, 8, 7 vasa in angulis -i suspenduntur. 8, 11, 3 qualia *saepta* -i tectis superponuntur. VLP. dig. 10, 2, 8, 1 quae *columbae* emitti solent de -o. PALLAD. 1, 24. 25 -i cellae. *nota*: *i. q. singulae cellae aviarii*: VARRO rust. 3, 7, 4 singulis paribus *columbarum* -a fiunt. *ibid.* -a singula. 2 *i. q. foramen in latere navis*: FEST. p. 169 *v. supra l. 69.* ISID. orig. 19, 2, 3 -a in summis lateribus navium loca concava per quae eminent remi, dicta ... quod sint similia latibulis columbarum. GLOSS. V 617, 18 -a sunt loca in navibus per quae eminent remi.

3 *t. t. architecturae*: a *i. q. cubiculum tignorum*: VITR. 4, 2, 4 ὄπας ... Graeci tignorum cubicula et asserum appellant, ubi nostri ea cava -a. b *apertura tympani, quo aqua hauritur*: VITR. 10, 4, 2 secundum axem *tympani* -a fiunt excavata in singulis spatiis. 4 *i. q. caverna in pariete aedis, in quo ollae cinerum reponuntur, ollarium*: CORP. II 2002 -a pos⟨s⟩ideo numero VI dextra et sinistra. VI 1959 dedit Ti. Claudio ... -um totum. 5533 -a II ollae IIII. 7803^a, 6/7 emit ... -a n. X ollarum n. XXXX. 7803^b, 7. 8022 (*v. p. 1733, 59*). 8122 -a IX ollae XIIX. 8128 -a continua VII ab imo oll. XIV. 8133 ol. IIII -o I et II (8134). 12905. 15836 haec aedicula cum colu⟨m⟩baris quattuor adiunctis (*abl. plur. -ris*: 18049 cum aedificio ollis ossuar. columbaris. 26105 aediculam cum columbaris. XIV 1731, 10 adiectis columbaris n. XII. 1868 aedicula cu⟨m⟩ ollis et conditivo et columbaris n. II). CORP. VI 15869. 18065. 22216. 22607 patrono suo hoc -um emit et sibi. 23400 in hoc pariete quae sunt -a totius parietis sive ollaria ... comparavi. 26562. 28759 emit -um cum ollas duas. 28778. 29984. X 8299. XIV 1083. 1106, 5. *notatur*: columbar (*cf. p. 1733, 45 sq.*): CORP. VI 21161 columbar. I itum ambit(um) debetur. XIV 1530 ollas cum columbar. columb: CORP. VI 8129. 8135. 22216 -a quinque et ante columb. terram vacuam. 25677. 28126. XIV 1302. colu: CORP. XIV 1020. col: CORP. VI 8125. 8126. 8132. 29698. XIV 777. *de re v. Samter, PW. IV 593 et Daremberg-Saglio II 1333.*

columbella *v.* columella *p. 1735, 11.*

columbīna *herba v.* columbinus.

columbīnāceus, -a, -um [*a* columbinus. *Th.*]. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 111 molli gallinaceo pullo vel -o.

?**columbinora**. GLOSS. III 538, 55 herba dentaria id est stercus columpinora. columbinum *Götz* (*possis etiam* columborum *vel* columbinorum (*v. etiam p. 1731, 24. 1733, 24 infra l. 36. 71*). *ad* GLOSS. III 538, 23 dracontea *pertinere putat Stadler coniciens*: id est colubrina. *v. p. 1729, 25 sq.*

columbīnus, -a, -um *a* columbus, columba [*loc. dub.*: CELS. 5, 18, 15]. *adde nom. propr.* [*ferrar.* clumbin '*colore turbido*'. *M.-L.*]

1 *adiect.*: a *generatim i. q. ad columbam pertinens*: CATO agr. 36 stercus -um spargere (VARRO rust. 1, 38, 1. 2 secundum -um *stercus* ... esse hominis. COLVM. 2, 9, 9. 2, 14, 2 maxime ... -um probamus. 4, 8, 3. 11, 2, 87 arb. 5, 4. *adhibetur in medicina*: PLIN. nat. 29, 143 parotidas comprimit -um stercus. PELAGON. 131. 252. 342. 429 CHIRON 396. 441. 888. 932 DIOSC. 2, 83. *in officinis purpurariis*: PLIN. nat. 35, 46 qui adulterant, vero Indico *colore* tingunt stercora -a). CIC. epist. 9, 18, 3 plures iam pavones confeci quam tu pullos -os (VARRO rust. 3, 7, 9 saginare pullos -os. ITALA lev. 1, 14 [Lugd.] *et* 5, 7 [Lugd. Aug. quaest. hept. 3, 4 *et saepius*] duos turtures aut duos pullos -os. 5, 11. 12, 6. 8. 14, 22. 30. 15, 14 [Lugd.; 1, 14 LXX ἀπὸ τῶν περιστερῶν, VVLG. pullis columbae, *rell. locis* LXX νοσσοὺς περιστερῶν (12, 6 περιστεράς), VVLG. pullos columbae *vel* columbarum]. RVFIN. Orig. in Rom. 5, 9 OP. imperf. in Matth. 10 p. 687). HOR. sat. 2, 4, 56 -o limum bene colligit ovo (CELS. 6, 18, 7 -a ... ova coquenda sunt. CASS. FEL. 29 ovi -i album). PLIN. nat. 17, 259 *fimo* -o ac suillo plagis quoque arborum medentur (*adhibetur in medicina*: PLIN. nat. 22, 125. 30, 28. 30. 32. 35. 58. 60. 71. 78. 80. 81. 107. 109. 117. 120. 141 ORIBAS. syn. 2 add. p. 846). PLIN. nat. 30, 112 *sanguis* (CASS. FEL. 29 p 58 *super ovum* stillabis -um sufficientem sanguinem). TERT. adv. Val. 27 sotericiana *substantia*, id est -a. AVG. in psalm. 102, 16 quaerit deus ... confessionem in gemitu -o (*opp.* voce corvina. *cf.* serm. 82, 11, 14 non habuit gemitum -um. serm. ed. Mai 61, 4 pereat ... strepitus corvinus et assit gemitus -us). MART. CAP. 2, 213 intuens collum -um. OP. imperf. in Matth. 1 p. 617 et -us et serpentinus interpretatur Naason. b *i. qui colorem columbae habet* (*cf. l. 34*): PLIN. nat. 14, 40 sunt ... *vites* insignes uva ... -ae. 17, 43 est *marga* ... alba, rufa, -a *eqs.* (17, 46 margam -am Galliae ... eglecopalam appellant. 17, 48. *cf.* CET. FAV. 9 p. 295, 17 calx ... de albo saxo vel ... -o fluviatili coquatur. PALLAD. 1, 10, 3. ISID. orig. 19, 10, 9 -us *lapis* a colore avis nuncupatus natura vicinus gypso). PLIN. nat. 18, 124 est et *cicer* -um, quod alii Venerium appellant, candidum (22, 150).

2 *subst.*: a **columbīnus**, -ī *m. i. q. columbus, cf.* GLOSS. Althochd. Gl. III 203, 59 -us dubere (*theodisc. i. q.* '*columbus masculus*' "*Tauber*"): PLIN. nat. 30, 144 mustelae cinis si detur in offa gallinaceis et -is. EDICT. imp. Diocl. 4, 29 -orum par. CHIRON 748 -orum (*trad., at edd.* -um) stercus (808 -i [*edd.* -um] stercus combustum. *adde supra l. 29*). CAEL. acut. 1, 11, 94 pullos gallinarum et -orum. b **columbīna**, -ae *f. nomen herbae*: PS. APVL. herb. 4 Graeci ... peristereona hyption ... Latini ... -am supinam ... iidem cristam gallinaceam (DIOSC. 4, 60 W. περιστερεὼν ὕπτιος ... Ῥωμαῖοι ... κολουμβῖνα). 65 Graeci peristereon orthos ... Itali cristam gallinaceam, alii -am. DIOSC. 3, 141 W. λιθοσπέρμον ... Ῥωμαῖοι κολουμβ⟨ίν⟩αμ. GLOSS. III 557, 40 peristereon: -a. 544, 40 personacia: -a militaris.

deriv.: columbinaceus.

columbium, columbo (-āre) *v.* colymb-.

columbor, -ārī *a* columbus, columba. *i. q. osculari*: MAECEN. Sen. epist. 114, 5 feminae cincinnos crispat et labris -atur.

columbulātim *adv.* [*cf. c.* columbulus, columbari. *Th.*]. *i. q. more columbarum*: MAT. carm. frg. 12 -m labra conserens labris.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

columbulus, -ī *m.* *a* columbus *deminutive.* PLIN. epist. 9, 25, 3 tu passerculis et -is nostris inter aquilas vestras dabis pennas. *fem.* Columbula *v. nom. propr.*
deriv.: columbulatim. *Wulff.*

1. 2. columbus *v. p. 1733, 8 et v. s.* colymbus *p. 1745, 58.*

ˣ**columella**, -ae *f.* [*a* columna *deminutive. Th.*]. POMP. gramm. V 164, 17 diminutivum, id est -a. PRISC. gramm. II 112, 10 quae in primitivis ante n aliam habent in eadem syllaba consonantem. haec ... addunt ... syllabam diminutivis ..., ut columna, -a. 110, 14 feminina ... in na desinentia ... geminant in diminutivis e ante a, ut ... columna -a. *extant in codd. formae*: columbella: VARRO ling. 5, 125. columnella: CAES. civ. 2, 10, 3 RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 POMP. gramm. V 164, 17 PRISC. gramm. III 110, 14. 112, 10 GRAMM. suppl. 70, 28 ITIN. Anton. Plac. rec. A 22. colomella: GRAMM. suppl. 96, 3. *legitur inde a* CATONE *et* LVCILIO; *singulis locis apud* CAES. civ. PLIN. epist.; *bis* CIC. phil.; *ter* VARRONEM. [*cf. ven.* colmelo. *M.-L.*] *de nom. propr. v. infra l. 57.*

1 *proprie i. q. postis, columna, pes sim.* (GLOSS. *κιονὶς ἤτοι ἐπιστύλιον. ἐπιστύλιον*): **a** *postis*: VARRO rust. 3, 5, 14 ut in culcitas et -as convivae *aves* pedibus circumire possint. **b** *in architectura, i. q. columna*: CIC. Tusc. 5, 65 animum adverti -am non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. leg. 2, 66 super terrae tumulum noluit quicquam statui nisi -am tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut labellum. PAVL. FEST. p. 33 *ante Bellonae* templum erat -a, quae bellica vocabatur, super quam hastam iaciebant, cum bellum indicebatur (*v. p. 1740, 34*). ACT. Arv. a. 27 f 8 ⟨statua⟩m cum titulo et -a ... ponendam curavit. PLIN. epist. 5, 6, 36 vitem quattuor -ae Carystiae subeunt. CORP. VI 414b (*a. 191*) crateram cum -a et altarium cum -a marmorea et aliam, item orbiculum cum -a. ITALA num. 3, 36 (Lugd. Monac.) *tabernaculi* -as (*τοὺς στύλους*, VVLG. columnae) et bases (ipsius) et omnia vasa eorum. *al.* AMM. 25, 2, 2 *imperatori* sub -is tabernaculi parvis cenaturo. ITIN. Anton. Plac. rec. A 22 ibi est ... -a, in qua crux posita est ... Petri. CORP. VI 32463 sacerdos Isidis ... sigill(um) memphiticu(m) cum -a d(onum) d(edit). XIV 2215, 18 labellum marmoreum cum -a.
c *in machinis i. q. axis, pes, postis sim.*: CATO agr. 20 trapetum quo modo concinnare oporteat. -am ferream ... rectam stare oportet. *al.* VARRO rust. 3, 5, 15 in insula est -a, in qua intus axis, qui pro mensa *avium* sustinet rotam radiatam. CAES. civ. 2, 10, 3 trabes in solo ... collocantur inque eis -ae pedum in altitudinem V defiguntur. VITR. 9, 8, 7 in -a horae ex analemmatis transverse describantur menstruaeque lineae -a signentur. 10, 10, 4 *in scorpionibus et catapultis* -ae basis in solo foraminum VIII, latitudo in plinthide, in qua statuitur -a, foraminis S ∸. *al.* **d** *in supellectili i. q. pes*: VARRO ling. 5, 125 vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una -a. **e** *in codicibus et libris i. q. pars paginae, columna*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 Origenes ... in propriis paginis vel -is editiones eorum (*Iudaeorum*) singulas quasque descripsit. hist. 6, 16, 4 in quibus *codicibus* per singulas -as separatim opus interpretis uniuscuiusque descripsit *Origenes* (*διελὼν τε πρὸς κῶλον καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις*). **f** *t. t. medicorum*: GLOSS. *κιονὶς ἡ τοῦ ἀνθρώπου. σταφυλὴ ἀνθρώπου* (*sc. i. q. uva*).
2 *translate i. q. columen, subsidium*: LVCIL. 580 servus neque infidus domino neque inutilis cuiquam, Luceilei -a, hic situs, Metrophanes (MART. 11, 90, 4). DON. Ter. Phorm. 287 columen ... familiae: 'columen', culmen. an 'columen' columna, unde -ae apud veteres dicti servi maiores domus? *inde natum videtur cognomen* Columella, *v. nom. propr.*
deriv.: columellaris.

columellāris, -is *m.* *a* columella. *i. q. dens angularis vel caninus (qui est in superiore maxilla, i. q. 'Augenzahn'); v. Wölfflin, Archiv 13 (1904) 180*: VARRO rust. 2, 7, 2 *quarto anno equorum* incipiunt nasci *dentes*, quos vocant -es. PLIN. nat. 11, 168 cum subeunt dicti -es. VEG. mulom. 2, 33, 1 si animal iuxta -es (*trad.* collum vel molares, *cf.* colomellos CHIRON 544) vel alio oris loco os fregerit. CHIRON 775 nascuntur ei (*equo*) -es. *bis.*

columellus, -ī *m.* *a* columna. *i. q. dens angularis vel caninus, columellaris*: CHIRON 544 si iumentum mentum iuxta -os ... fregerit. DIOSC. 2, 24 de cane rabido -u(s) eius collo suspensus impetum canis rabidi non admittit. ISID. orig. 11, 1, 52 *dentes caninos* vulgus pro longitudine et latitudine et rotunditate -os vocant. [*hisp.* colmillo '*dens columellaris*'. *M.-L.*] *Mertel.*

columen, -inis *n.* [*idem vocabulum esse videtur quod* culmen, *cf. c.* collis, *lituan.* kalva '*locus editus*', kelti '*levare*', *fortasse c.* celsus, ex-cellere. *Th.*]. *legitur inde a* PLAVTO TER. CATONE *per totam latinitatem; habent singulis locis*: TER. CATO VARRO HOR. OCTAVIA CVRT. COLVM. VAL. FL. SIL. HOMER. LVCAN.; *binis*: CATVLL. VITR. APVL.; *ternis*: LIV. PLIN. nat. TAC.; *saepius*: PLAVT. (5^{ies}) CIC. (6^{ies}) VAL. MAX. (8^{ies}) SEN. (*quater*); *deest*: LVCR. CAES. SALL. NEP. VERG. TIB. PROP. OV. GRATT. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. CELS. PHAEDR. PERS. PETRON. STAT. MART. IVV. SVET. CHAR. gramm. I 38, 10 *neutrale* in en ... -n *στερέωμα*. DON. Ter. Phorm. 287 -n culmen. an '-n' columna, unde columellae apud veteres dicti servi maiores domus? (*cf.* GLOSS. -n culmen unde et columnae dicuntur. culmen, columna. columna fulcrum. V 187, 10 culmen aut a -e dictum est *eqs.*). GLOSS. Plac. V 11, 10 (56, 6) vel sanitas vel sustentaculum, quia (*cod. Pal.*, qui *ceteri*) a columna fit (*cf.* DON. Ter. Phorm. 287 *p. 1735, 82.* ISID. diff. 1, 111 -n sanitas est vel sustentaculum. *cf.* TAC. hist. 2, 28. *v. Meiser, Jahrb. Phil. 129 p. 775; W. Heraeus, Hermes 21, 429*). GLOSS. *ἐπιστύλιον. ἐπιστύλιον, κορυφῶνα.* -a: *ἐπιστηρίγματα.* -n est salus vel firmitas. salus. GLOSS. Pap. colum⟨en⟩ fastigium templi. [*loc. dub.*: ACC. trag. 660 *v. p. 1737, 38*]. *cf. etiam* culmen. *nomen loci* Columen *v. nom. propr.*

i. q. altitudo, pars summa alicuius rei: **1** *proprie*: **a** *de domo i. q. fastigium*: PLAVT. Most. 765 umbram aestate tibi esse audivit perbonam sub divo -e (sub s⟨ud⟩o *A*, sub diu *P*) perpetuom diem (*i. sub aperto caelo et sub tecto.* ACT. Arv. a. 91 I 28 magister fratrum Arvalium manibus lautis velato capite sub divo -e contra orientem. a. 183 I 10 [*sed eadem saepius* sub divo culmine]. *cf. Leo, Archiv 10 [1896] p. 273 sq.*). PLAVT. Trin. 85 *surrupuisse* Iovi coronam de capite ex Capitolio, qui (quod *AP*) in -e (culmine *P*) astat summo (OBSEQ. 41 flamma a fastigio ad summum -n penetravit). VARRO rust. 3, 7, 1 *columbarum genus* saxatile, quod habetur in turribus ac -bus villae, a quo appellatae columbae. CIC. carm. frg. 3 (de consul.) 21 *Phoebi fax* magnum ad -n flammato ardore volabat. 55 excelsum ad -n formata decore sancta Iovis species. [LIV. 42, 3, 7 detractum culmen (-n *V*) templo]. VAL. MAX. 2, 8 pr. *disciplina militaris* e parvula Romuli casa totius terrarum orbis fecit -n (*in imag.*). SEN. Thy. 54 ornetur altum -n et lauro fores laetae virescant. GAVDENT. serm. 8 p. 888B probavit sanctam virginem suum esse domicilium deus, ubi -n pudoris perpetuum servet ingressus (*in imag.*). *nota i. q. fastigium muri*: CATO agr. 15 macerias ex calce calceamentis silice. uti dominus omnia ad opus praebeat, altam p. V et -n p. I. *de contignatione tecti*: VITR. 4, 2, 1 sub tectis, ... si commoda *spatia*, -n et cantherii prominentes. 4, 7, 5 supraque id fastigium -n, cantherii, templa ita sunt collocanda, ut stillicidium tecti absoluti tertiario respondeat. **b** *de summo monte*: CATVLL. 63, 71 ego vitam agam sub altis Phrygiae -bus? VAL. MAX. 6, 1 pr. tu (*Pudicitia*) Palatii -n ... celebras. **c** *de capite*: PLIN. nat. 11, 135 hoc -n (culmen *rv*) altissimum, hic mentis est regimen. **d** *de summo caelo*: NIGID. frg. Serv. auct. georg. 1, 218 oritur enim Canicula cum Cancro, in -n venit cum Geminis, occidit cum Tauro. SEN. nat. 1 praef. 12 observat ubi -n eius summum cursus sit, quousque descendat. **2** *translate i. q. auctoritas, summitas sim.*: LIV. 6, 37, 10 consulatum superesse plebeis, eam esse arcem libertatis, id -n. LVCAN. 7, 594 *Caesar* nondum attigit ... humanum -n (culmen *G*), quo cuncta premuntur. PLIN. nat. 9, 106 principium ergo -nque omnium rerum pretii margaritae tenent. FRONTO p. 60, 27 N. ne meus animus amorem tuum usque ad summum -n eius persequi posset. APVL. flor. 16 p. 74 quid igitur superest ad honoris mei tribunal et -n, ad laudis meae cumulum? ARNOB. nat. 3, 35 in philosophiae studio memorabiles atque ad istius nominis -n vobis laudatoribus elevati. 7, 50 rursus urbs exiluit ad imperii -n et regium principatum (PS. LACT. inst. interpol. 1, 1, 13 *dies* quo te deus summus ad beatum imperii -n [culmen *g*] evexit). 7, 51 *eos* ad -n dominationis evexit. LACT. inst. 6, 13, 5 ad summum -n iustitia procedit. AMM. 20, 5, 3 Caesarem ad potestatum omnium -n sustulistis. 27, 6, 2 ad id escenderat -n (*VA*, culmen *G*). 30, 4, 2 quod infra imperiale -n (culmen *G*) causarum essent minutiae privatarum. SERV. Aen. 8, 664 columnae mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum -n. alii dicunt non propter eminentiam dignitatis hoc factum, sed *eqs.* ENNOD. opusc. 3, 81 p. 351, 20 quorum possit deliberatione ... in antiquum -n soliditas desperata restitui. *fortasse huc pertinet*: TVBERO hist. 12 hinc in millesimum annum eorum -e civitas continebitur. *nota i. q. gravissima pars*: COLVM. 3, 4, 3 id enim quasi caput et -n est impensarum. *i. q. finis*: PLIN. nat. 15, 57 pars haec vitae iam pridem pervenit ad -n. **3** *metonymice i. q. caput*: **a** *de ipsis personis*: PLAVT. Amph. 367 audaciai -n. Cas. 536 senati -n, praesidium popli (Epid. 188 senati qui -n cluent. AVSON. 418, 56 patriaeque decus -nque senati). TER. Phorm. 287 -n vero familiae (DON. *ad l.* sustentatio vel decus, unde columnae dictae. EVGRAPH. *ad l.* dignitas vel certe sustentatio, unde *eqs.* *cf.* CIC. Verr. 4, 176 Timarchides autem, -n familiae vestrae. HIER. epist. 50, 1 hunc Dialecticum, ... Plautinae familiae -n. *adde*: COM. pall. inc. 53 te tutamen fore sperarat familiae, domuique -n). CIC. Flacc. 41 istud -n actionis tuae, Mithridates, postea quam biduum retentus a nobis effudit quae voluit omnia, ... discessit. Sest. 19 imaginem antiquitatis, -n rei publicae diceres intueri. Phil. 13, 26 in quibus *castris est* ... -n ... amicorum Antonii, Cotyla Varius. CATVLL. 64, 26 vos (*heroas*) carmine compellabo teque adeo eximie taedis felicibus aucte Thessaliae -n Peleu. HOR. carm. 2, 17, 4 Maecenas, grande mearum decus -nque rerum (ARNOB. nat. 1, 29 caput rerum et -n *deus*. CARM. epigr. 1107, 5). LIV. 38, 51, 4 unum hominem caput -nque imperii Romani esse (PRISC. Anast. 262 bello quicumque lacessunt imperii -n vestri pacemque). VAL. MAX. 4, 4, 1 fastorum illud -n *decessit.* 6, 4 ext. 2 *Socrates* Graecae doctrinae clarissimum -n. 8, 9, 3 *divus* Iulius, quam caelestis numinis tam etiam humani ingenii perfectissimum -n. 9, 12, 1 -n urbis (*Tullus Hostilius rex*) in ipsa

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

urbe raptum ne supremo quidem funeris honore a civibus decorari posset. SEN. Tro. 124 -n patriae (HOMER. 529 pugnat patriae -n [*sic FMNV*, culmen *vel* lumen *al. codd.*], Mavortius Hector. CARM. epigr. 587,6). VAL. FL. 1,117 socium nostrae -nve carinae. SIL. 15,385 Ausonii -n regni *Marcellus*. OCTAVIA 168 puer, modo sidus orbis, -n augustae domus (*cf.* CVRT. 9,6,8 Macedoniae -n ac sidus. -n domus *v. p. 1736, 71*). GELL. 19,14,1 aetas Ciceronis et Caesaris ... doctrinarum ... multiformium variarumque artium ... -a habuit M. Varronem et P. Nigidium. APVL. Socr. 17 p. 158 duo -a totius exercitus dissident, Agamemnon *et Achilles*. PANEG. 10,25 *Ruricius* tyrannicorum ducum -n. ARNOB. nat. 1,8 Plato ille sublimis apex philosophorum et -n. 2,46 deus omnium virtutum caput, benignitatis et -n. ZENO 1,5,6 p. 299,34 *Susanna* -n matronatus. AVSON. 191,1 primus Burdigalae -n dicere, Minervi. 406,23 -n curulis Romulae primum. AMM. 29,2,9 patriciatus -a ipsa pulsavit. 30,8,13 Lycurgos ... ⟨et⟩ Cassios, -a iustitiae prisca. HIER. epist. 57,12 o -n litterarum et nostrorum temporum Aristarche. 98,17 ille, -n veritatis, terminabilem dei asserit fortitudinem. 147,8 tu bonae spei -n. in Is. 5 pr. papa Amabilis, -n caritatis et nomen. adv. Rufin. 1,13 sapientiae -n *Rufinus*. CLAVD. carm. min. app. 2,1 Pieridum -n *Phoebe*. MART. CAP. 5,436 inter utrumque vero -n sectatorum praeniteat Tullius meus. SIDON. epist. 8,5,1 amicitiae -n, Fortunalis. carm. 2,30 sceptrorum -n, regina Orientis (CARM. epigr. 1365,1 [*a. 506*] sceptrorum -n, terrae decus et iubar orbis). CARM. epigr. 511,1 -n morum ac pietatis laudibus ac titulis ornatus vixit honeste.

b *de rebus i. q. summa pars, decus*: VAL. MAX. 5,1,10 *caput Pompei* paulo ante Romani imperii -n habitum. 5,3 ext. 3 discordes foci tui pagisque dividua tuguria Graeciae facta sunt -n (*de Athenis*). 8,14,1 *quamdiu totius* terrarum orbis summum -n arx Capitolina possideret. SEN. Tro. 6 -n eversum occidit pollentis Asiae, caelitum egregius labor. TAC. hist. 2,28 sin victoriae [sanitas, sustentaculum (*inclusit Nipp.*)] -n in Italia verteretur, non abrumpendos ut corpori validissimos artus. 4,84 *Memphim* inclutam olim et veteris Aegypti -n. ann. 6,37 -n partium Abdagaeses gazam et paratus regios adicit. [*Schwering.*

derivata: *fort.* columinalis? *de* columna *v. infra l. 51 sqq.*

?**columinālis**, -e *si vera vox, a* columen *ductum videtur. fort. latet*: ACC. trag. 660 (Non. p. 235,1) hinc -e geminis aptum cornibus (colomen ala *B E Gen.*, colomen ale *G L al.* -e *sc. i. q. columen?* colomen alte *Ribbeck*).

columis, -e [*si vera vox est, quomodo c. adi.* incolumis *iuncta sit, non liquet; varia temptant Vetter, Glotta 2 (1910) 247 sqq.; Niedermann, Indogerm. Forsch. 26 (1909) 52 sqq. Th.*]. ISID. orig. 10,55 -is a columna vocatus eo quod erectus et firmissimus sit. GLOSS. salvus. salvus, sospes. -es salvos. -e sanum. GLOSS. Salom. (*cf. Löwe, Gloss. nom. p. 183*) -is corpore, incolumis animo dicitur. *ibid.* -em et incolomem hoc interest: incolomem animo accipimus, -em corpore. PLAVT. Trin. 743 neque ita ut sit data *dos a patre* -em te (columen te *P*, incolumem [*om.* te] *A*) sistere illi (*filiae*) et detraxe autument. [823 *coni. Schöll.*] *Mbr.*

ˣ**columna**, -ae *f.* [*plerique a* columen *ducunt. sed dubito, an potius fuerit participium praesens passivum verbi* colere, *quod olim* '*versare, torquere*' *significasse s. v.* coluber *dixi, ita ut* columna *a rotunditate appellata sit. cf.* alumnus, -a *ab* alere. *Th.*]. *cf.* DON. SERV. EVGRAPH. GLOSS. *p. 1735, 82 sqq. 1736, 56. 67.* *de formis: in* INSCR. *legitur* columna, *ex. gr.*: LEX vic. Furf. (Corp. IX 3513,5). colomna: CORP. I 1307 (= IX 4875). *cf.* NOT. Tir. 100,84. PROB. app. gramm. IV 197,25 columna non colomna. columpna: FEST. p. 290 PASS. Petr. Paul. long. 6 *al.* columa: QVINT. inst. 1,7,29 -am et consules exempta n littera legimus. POMP. gramm. V 283,11 quando dico columa pro eo, quod est -a, ... dicitur barbarismus. *de significatione*: PAVL. FEST. p. 55 -ae dictae, quod culmina sustineant. GLOSS. κίων. κιονίς. στῦλος. στῦλος κίων, στήριγμα. *legitur inde a* PLAVTO ENNIO CATONE *per totam latinitatem (in versu heroico ponitur in ultimo pede); singulis locis apud* CATONEM TIB. MANIL. MELAM ASCON. PETRON. VAL. FL. FLOR.; *binis*: ENN. VAL. MAX. LVCAN. TAC. PLIN. epist.; *ternis*: PLAVT. CVRT.; *quaternis*: LVCR. HOR. QVINT.; *quinis*: SIL.; *senis*: VERG. IVV. SVET.; *septenis*: PROP. MART.; *novenis*: OV. STAT.; *11ies*: LIV. *deest*: TER. RHET. Her. CATVLLO CAES. HIRT. SALL. NEP. VELL. PHAEDRO SEN. rhet. COLVM. PERS. [*it.* colonna, *francog.* colonne. *M.-L.*] *cf. etiam nom. propr.*

I *proprie i. q. fulcimentum, postis, pilus erectus*: **A** *in architectura, domibus, templis sim.*: PLAVT. Asin. 425 iussin -is deici operas araneorum? Bacch. 823 abducite hunc intro atque astringite ad -am fortiter. ASELL. hist. 2b bubo in -a aedis Iovis sedens conspectus est. VARRO rust. 3,5,11 primoribus -is lapideis, pro mediis arbusculis humilibus (VITR. 5,9,1 PLIN. nat. 35,172). 3,5,12 ut ... in aede Catuli, si pro parietibus feceris -as. frg. Prob. Verg. ecl. 6,31 tres arae sunt in circo medio ad -as. CIC. Verr. 2,51 quae *signa* apud te nuper ad omnes -as, in omnibus etiam intercolumniis, in silva denique disposita ... vidimus. 2,133 hic quod moliare, non habes, nisi forte vis ad perpendiculum -as exigere. 2,154 quattuor -as dealbandas ... locaverit. dom. 60 qui parietibus ... tectis ... -is ac postibus meis ... bellum intulistis. *ibid.* cupidos liminum meorum et -arum et valvarum. 62 -ae marmoreae ex aedibus meis ... ad socrum consulis portabantur (ASCON. Scaur. p. 27 Cl. *in* domus atrio. PLIN. epist. 9,39,3 VEG. mil. 4,23 VVLG. Esth. 1,6. *cf.* PLIN. nat. 36,121 -as e marmore. *adde infra l. 46*). Scaur. 45 Albanas habeo -as, clitellis eas apportavi (QVINT. inst. 5,13,40 SVET. Aug. 72). de orat. 3,180 -ae templa et porticus sustinent. leg. 2,64 si quis bustum ... aut monimentum ... aut -am violarit, laeserit, fregerit. Att. 4,16,8 Paulus in medio foro basilicam iam paene texerit isdem antiquis -is. ad Q. fr. 3,1,2 -as neque rectas neque e regione Diphilus collocarat. LVCR. 4,400 atria versari et circumcursare -ae ... pueris videantur, ubi ipsi desierunt verti. VERG. Aen. 1,428 alii immanes ... -as rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris. 6,552 solido ... adamante -ae. 7,170 tectum ... centum sublime -is. 12,92 quae mediis ingenti adnixa -ae aedibus astabat *hasta*. HOR. carm. 2,18,4 non trabes Hymettiae premunt -as ultima recisas Africa (*cf. infra l. 23. 45. 66. 81*). epist. 1,10,22 inter varias nutritur silva -as. ars 373 mediocribus esse poetis non homines, non di, non concessere -ae (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1,4,71 bibliopolae stationes vel armaria circa pilas vel -as habebant. *ibid.* in pilis vel in -is epigrammata scribebant poetae. ars 373 -as dicit, ubi ponebant poetae pittacia, indicantes se, quo die recitaturi essent). PROP. 2,14,25 magna ego dona tua figam, Cytherea, -a. 2,31,3 in speciem Poenis digesta -is *porticus* (*cf. l. 15*). 2,32,11 umbrosis sordet Pompeia -is porticus. 3,2,9 non Taenareis domus est mihi fulta -is. 3,23,23 i puer et citus haec aliqua propone -a. 4,7,83 carmen media ... scribe -a. VITR. *persaepe, ex. gr.* 1,1,5 caryatides ... pro -is in opere statuerit. 3,2,3 -as ... angulares duas. 3,2,6 -as medianas. 4,1,1 -ae Corinthiae. 4,1,6 Dorica -a. 5,9,4 Ionicae -ae. LIV. 1,56,4 anguis ex -a lignea elapsus (PLIN. nat. 33,68 VEG. mil. 4,24 CORP. VI 975ª, III 31 [*a. 136*] -ae ligneae. VII 1069 col(umnam) lign(eam) deo Mercurio). LIV. 40,51,3 aedem Iovis in Capitolio -asque circa poliendas albo locavit. OV. ars 1,495 nec tibi de mediis aliquot transire -as sit pudor. met. 2,1 regia Solis erat sublimibus alta -is. 5,160 ad magnae saxa -ae. fast. 3,529 pars ... pro rigidis calamos statuere -is. Pont. 3,2,49 templa ... vastis innixa -is. LYGD. 3,13 quid ... domus prodest Phrygiis innixa -is (IVV. 14,307 *infra l. 68*). VAL. MAX. 9,1,4 obiecit, quod -as Hymettias in porticu domus haberet (PLIN. nat. 17,6 -as VI Hymetti marmoris). CVRT. 8,9,26 regia auratas -as habet (APVL. met. 5,1. *cf.* VVLG. exod. 26,32 *p. 1739, 10. cf.* aurea *infra l. 73*). SEN. Phaedr. 497 mille non quaerit tegi dives -is. dial. 3,19,4 quid se in -a impingere? benef. 7,1,5 -arum novissime intervalla iungantur. nat. 1,3,9. 6,20,6 fortasse aliqua pars terrae velut -is quibusdam ac pilis sustinetur. epist. 115,8 nos ingentium maculae -arum, sive ex Aegyptiis harenis sive ex Africae solitudinibus *eqs.* PETRON. 79 omnes pilas -asque notaverat creta. PLIN. nat. 1,36,3 quis primus peregrino marmore -as habuerit Romae. 1,36,56 de -is, genera -arum. 14,9 Metaponti templum Iunonis vitigineis -is stetit (*cf.* RVFIN. Clement. 7,12 *p. 1739, 12*). 18,302 suspendunt granaria lignea -is et perflari ... malunt. 33,52 aureae camarae, argenteae trabes et -ae atque parastaticae (VVLG. cant. 3,10). 34,40 modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi, opposita -a. 36,49 Numidici marmoris vestigium ... non in -is tamen crustisve ... sed in massa. 36,56 neque ex ophite -ae nisi parvae. 36,86 introitu lapidis e Paro -isque. 36,88 -ae porphyrite lapide. 36,102 -is e Phrygibus. 36,179 sunt quae vocantur Atticae -ae. MART. 2,14,9 petit centum pendentia tecta -is. 3,19,1. 4,18,1 qua vicina pluit Vipsanis porta -is. 5,13,5. 12,50,3. STAT. Theb. 2,67 ut ... celsis suamet iuga nixa -is vidit. 7,44 ferratis incumbunt tecta -is (*cf.* VVLG. Ier. 1,18 *p. 1739, 35*). silv. 1,2,152 pendent innumeris fastigia nixa -is. 3,1,99 distinctis stat porticus alta -is. 3,5,90 innumeris spatia interstincta -is. 4,2,29 Luna (*marmor*) ... portandis tantum suffecta -is. 4,2,38 Indis ... innixa -is robora. SIL. 14,644 fora et celsis suggesta theatra -is. PLIN. epist. 8,8,7 leges multa multorum omnibus -is, omnibus parietibus inscripta. IVV. 1,13 assiduo ruptae lectore -ae. 7,182 longis Numidarum (*cf. l. 81*) fulta -is ... cenatio. 14,60 verre pavimentum, nitidas ostende -as. 14,307 attonitus pro electro, signisque suis Phrygiaque -a. AMPEL. 8,16 Herculis aedes ... ibi e -a pendet cavea ferrea rotunda, in qua conclusa Sibylla. GAIVS inst. 4,17 ex nave ... et -a aliqua pars defringebatur. *et sim. apud ceteros iurisconsultos.* APVL. met. 2,4 atria longe pulcherrima -is quadrifariam per singulos angulos stantibus *eqs.* 5,1 laquearia ... subeunt aureae -ae (*cf. supra l. 39*). ITALA (Lugd.) *et* VVLG. iud. 16,25 statuerunt eum (*Samson*) stare (feceruntque eum stare VVLG.) inter duas -as (ἀνὰ μέσον τῶν κιόνων), supra quas domus posita erat. TERT. spect. 2 quod saxa, quod caementa, quod marmora, quod -ae dei res sunt. ANTH. 443,1 quod tua mille domus solidas habet alta -as. SOL. 52,42 *physeteres* enormes supra molem ingentium -arum ... se ... extollunt. PANEG. 10,35 circo ... maximo sublimes porticus et rutilantes auro -ae tantum inusitati ornatus dederunt. VOPISC. Tac. 10,5 -as centum Numidicas (CAPITOL. Gord. 32,2. *adde l. 52*). CAPITOL. Pius 11,8 mirans ... -as porphyreticas. Gord. 32,2 villa ... ducentas -as in tetrastylo habens, quarum quinquaginta Carysteae, quinquaginta Claudianae, quinquaginta Synnades, quinquaginta Nu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

midicae. TREB. Gall. 18, 5 ut primus ordo pilas haberet et ante se -as cum statuis, secundus et tertius et deinceps διὰ τεσσάρων -as. LAMPR. Alex. 26, 7 ut tota *basilica* -is penderet. AVIEN. orb. terr. 376 templa . . . nixa -is. AVSON. Mos. 336 innumeris . . . super nitentia tecta -is. DAMAS. epigr. 57, 6 addere . . . dextra laevaque -as. AMM. 15, 8, 18 locum duabus -is insignem. 20, 11, 10 dolia desuper cadebant, molae et -arum fragmenta. HIER. epist. 64, 9 tabernaculum, mensam, candelabrum, altare, -as *eqs.* VVLG. *saepissime, ex. gr.* exod. 26, 32 *velum* appendes ante quattuor -as de lignis setim, quae . . . deauratae erunt et habebunt capita aurea, sed bases argenteas. III reg. 7, 2 deambulacra inter -as cedrinas. 7, 15 duas -as aereas. RVFIN. Clement. 7, 12 -as viteas (*cf.* GLOSS. id est in simili vitis scalpantur). hist. 5, 1, 6 viros stabiliores -is (στύλους). CLAVD. rapt. Pros. 1, 245 celsas . . . -as. 3, 162 niveae . . . coepere -ae ditari subitoque trabes lucere. 5, 135 purpureis . . . -is (*cf.* SIDON. epist. 2, 2, 8 *l. 23*). 10, 89 trabibus . . . supposuit caesas hyacinthi rupe -as. 10, 214 picturatis . . . -is. 22, 341 rutilis . . . -is. AVG. quaest. hept. 2, 104 vel canalibus sicut sunt -ae tortiles, aut implicatis duabus virgulis in modum restis. 2, 110 bases non eas tantum videtur dicere scriptura, quibus -ae ab imo fulciuntur, sed etiam . . . capitella. SVLP. SEV. chron. 1, 28, 5 templum . . . duabus subnixum -is. SIDON. epist. 1, 11, 7 fugere post statuas, occuli post -as. 2, 2, 8 nec pilae . . . sed -ae, quas purpuras nuncupavere. 2, 2, 10 porticus . . . magis rotundatis fulta coluriis quam -is invidiosa monolithis (monobilibus *codd.*). ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 25 -arum ancipitum series. CASSIOD. var. 3, 9, 2 -as et lapides vetustatis invidia demolitos. 4, 34, 2 -ae vel marmora. BREV. de Hier. p. 153, 7 novem -ae, quae sustinent illud altare et ipsa(m) absida. CORIPP. Iust. 3, 9 mille -arum species. 4, 64 buxea populeis aptans capitella -is CORP. VIII 23121 -am sp⟨iram⟩.

in imagine: IVV. 8, 77 miserum est aliorum incumbere famae, ne collapsa ruant subductis tecta -is. SVET. vita Verg. p. 60 *Vergilius in Aeneide componenda* quaedam imperfecta transmisit, alia levissimis verbis velut fulsit, quae . . . interponi aiebat ad sustinendum opus, donec solidae -ae advenirent. VVLG. Ier. 1, 18 dedi te . . . in civitatem munitam et in -am ferream et in murum aereum. PAVL. NOL. carm. 28, 307 -as eriget in nobis Christus veteresque resolvet pilas. AVG. serm. ed. Mai 72, 2 *in paradiso* inter spatia virentium -arum pendens . . . amoenitas (*cf. p. 1740, 75*). SVLP. SEV. dial. 3, 9, 2 visam . . . parilem quodammodo -am ruere de caelo. EVSTATH. Bas. 9, 5 p. 962^{c} *pedes elephanti* tamquam -ae quaedam. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 huic ossium naturae . . . veluti quibusdam -is . . . totius corporis onus imponit. ISID. eccl. off. 2, 8, 3 *diaconi* quasi -ae altaris (*cf. l. 13 et p. 1741, 67*).

B *singulae -ae vel in memoriam alicuius rei positae vel ad inscribendum, plerumque ad superponendam statuam sim.*:
1 *generatim*: ENN. frg. var. 2 quantam statuam faciet populus Romanus, quantam -am, quae res tuas gestas loquatur. VARRO Men. 320 quod Delphice cantat -a litteris suis ἄγαν μηδέν (AVSON. 303, 9 nosce te, quod in -a iam tenetur Delphica). CIC. Balb. 53 quod . . . nuper in -a aenea . . . incisum et perscriptum fuisse (*cf. l. 59*. LIV. 2, 33, 9 nisi foedus cum Latinis ⟨in⟩ -a aenea insculptum . . . esset. LAMPR. Alex. 28, 6 -is aereis, quae gestorum ordinem continerent). CIC. div. 1, 48 Hannibalem . . . -am auream, quae esset in fano Iunonis Laciniae, auferre *Coelius scribit* (LIV. 24, 3, 6 facta et sacrata est. TREB. trig. tyr. 22, 13). 2, 47 redemptor, qui -am illam de Cotta et de Torquato conduxerat faciendam. LABER. mim. 38 cum provincias despoliavit, -as monolithas. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 60 . . . ⟨commentarium ludorum⟩ saecularium in -⟨n⟩am aheneam et marmoream inscribi, statuique . . . utramque. HOR. carm. 1, 35, 14 iniurioso ne pede proruas stantem -am, *Fortuna*. TIB. 2, 3, 44 portatur validis mille -a iugis. LIV. 40, 2, 2 signa . . . in circo maximo cum -is, quibus superstabant. OV. trist. 3, 1, 61 signa peregrinis . . . sunt alterna -is, Belides *eqs.* FEST. p. 290 *super ossa* -a cum ipsius effigie posita est. CVRT. 10, 1, 14 in medio . . . nemore -am eminere, Erythri regis monumentum, litteris gentis eius scriptam. SEN. nat. 2, 42, 1 *Iuppiter fulmine* -as, arbores, . . . statuas suas petere. epist. 86, 7 quantum -arum est, nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, impensae causa! PLIN. nat. 1, 34, 11 quibus primum in -a *statuae positae sint*. 7, 214 primum statutum in publico secundum Rostra in -a *horologium*. 34, 27 -arum ratio erat attolli super ceteros mortales. VAL. FL. 6, 91 quis . . . signa rotae ferrataque dorso forma suum truncaeque Iovis simulacra -ae. QVINT. inst. 5, 11, 42 signum Iovis -ae impositum. IVV. 6, 590 consulit ante falas delphinorumque -as. SVET. Iul. 85 *plebs* solidam -am prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit scripsitque 'Parenti Patriae'. AMPEL. 8, 17 Magnesiae . . . -ae sunt quattuor: inter has -as est Victori a ferrea pendens. 8, 19 colossicum signum Solis . . . super -a marmorea cum quadriga (ACT. lud. saec. Claud. *supra l. 59*. BREV. de Hier. p. 153, 8 *l. 84*). TERT. spect. 8 -ae Sessias a sementationibus . . . sustinent. TREB. Claud. 3, 5 in rostris posita est -a palmata statua superfixa. LAMPR. Heliog. 24, 7 constituerat et -am unam collocare ingentem, ad quam ascenderetur intrinsecus, ita ut in summo Heliogabalum deum collocaret. VOPISC. Aurelian. 37, 2 in -is divo Aureliano statuae constitutae sunt. BREV. de Hier. p. 153, 8 duodecim -ae marmoreae, super ipsas -as hydriae argenteae duodecim. p. 155, 2 ibi illa est virga inclusa in -a argentea. FILASTR. 21, 2 *obeliscus*, qui erat in templo . . . pro -a, et in eo incisiones et impressiones. SERV. Aen. 8, 664 -ae mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum columen. 11, 849 super cadavera aut pyramides fierent aut ingentes collocarentur -ae. HYG. fab. 28 p. 57 ad -am aversi alter ab altero serpentibus sunt deligati. SVLP. SEV. dial. 3, 9, 1 -am immensae molis, cui idolum superstabat. CORP. I 1555 (= II 3408) genio opidi -am pompam ludosque. VIII 23399, 25 in -a corpo⟨ris⟩ (*vel* corpo⟨ratorum⟩) *in qua nomina corporatorum incisa sunt*. 23867, 2 ⟨colum⟩nas tres medianas. XIII 38 qui primi hinc -as vicenarias c(a)elaverunt et exportaverunt. *in imagine et comparatione*: CIC. carm. frg. 3 (de consul.), 63 una fixi ac signati temporis hora Iuppiter excelsa clavabat sceptra -a. PLIN. nat. 9, 8 in Gallico oceano physeter, ingentis -ae modo se attollens.

2 *speciatim*: *columnae singulae notiores*: columna Maenia: LVCIL. 1203 Maenius -am cum peteret. CIC. div. in Caec. 50 ut . . . aliquos ad -am Maeniam . . . reos reperiatis. *cf.* Cluent. 39 ad eam -am, ad quam multorum saepe conviciis perductus erat, tum suffragiis populi pervenerat. Sest. 18 ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam fretu ad -am adhaeresceret. 124. PLIN. nat. 7, 212 a -a Maenia ad carcerem inclinato sidere supremam pronuntiavit *horam*. 34, 20 antiquior -arum *celebratio*, sicuti C. Maenio. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 21 *Maenius* unam -am . . . sibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo Maeni -a nominabatur (PS. ASCON. div. in Caec. p. 120). SCHOL. Cic. Bob. p. 87 Hild. -a . . . Maenia, apud quam debitores a creditoribus proscribebantur. columna rostrata: VERG. georg. 3, 29 navali surgentes aere -as (*cf.* SERV. georg. 3, 29 -as dicit, quae in honore Augusti et Agrippae rostratae constitutae sunt . . . rostratas Duilius posuit). LIV. 42, 20, 1 -a rostrata in Capitolio . . . tota ad imum fulmine discussa est. SIL. 6, 664 navale tropaeum, rostra gerens nivea surgebat mole -a. QVINT. inst. 1, 7, 12 -a rostrata, quae est Duilio in foro posita. SVET. Galba 23. CLAVD. 28, 48 densum . . . aera vestitis numerosa puppe -is. -a bellica (*cf. p. 1735, 25 et vol. II p. 1811, 67*): OV. fast. 6, 206 est ibi non parvae parva -a notae, hinc solet hasta . . . mitti. PAVL. FEST. p. 118 Lactaria -a, in foro holitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant. PROSP. chron. I p. 421, 580 *ossa Traiani* sub -a posita. *cf.* CASSIOD. chron. II p. 141, 766 cuius -ae altitudo in CXL pedes erigitur. NOT. urb. Const. 7, 7 *continet regio VI*: -am purpuream Constantini. 8, 13 *regio VII*: -am Theodosii, intrinsecus usque ad summitatem gradibus perviam. POL. SILV. not. urb. chron. I p. 545 -ae cochlides *eqs.* (REG. urb. p. 11, 9. 15, 2. CVRIOS. urb. p. 10, 7. 12, 2 MARCELL. chron. II p. 480, 92, 8. *v. p. 1400, 35 sqq.*). -a centenaria Marci *imp. v. p. 813, 28*. *de columna salis, in quam uxor Loth transmutata est*: ITALA gen. 19, 26 (Lugd.) facta est -a salis (στήλη ἁλός, VVLG. statua; ITALA Hil. myst. p. 27, 5 in -am salis demutatur). ITIN. [Silv.] 12, 7 -a ipsa iam non paret. *de Christi baptismate et passione*: ITIN. Theod. 20 ubi dominus baptizatus est, ibi est una -a marmorea et in ipsa -a facta est crux ferrea. ITIN. Burdig. p. 592 -a . . . in qua Christum flagellis ceciderunt. ITIN. [Silv.] 37, 1 orare ad -am illam, ad quam flagellatus est dominus. ITIN. Theod. 7 ANTON. Plac. rec. A 22. 25 BREV. de Hier. p. 154, 20. *in proverbio, ut videtur*: CIC. Att. 14, 15, 1 de saxo, in crucem, -am tollere.

II *latiore sensu de rebus columnis similibus*: **A** *in machinis sim.*: CATO agr. 18 si trabes minores facere voles, canales extra -am expolito *in torculario*. *in horologio*: VITR. 9, 8, 6 in -a aut parastatica horae describuntur. 9, 8, 7 ea . . . -a versatilis perficiatur. *in catapulta et ballista*: VITR. 10, 10, 5 posterior minor -a, quae graece dicitur ἀντίβασις. 10, 11, 9 compingitur . . . dimidia altitudinis k. -a. *in lecto*: VVLG. Iudith 13, 8 cum haec dixisset *Iudith*, accessit ad -am. *in tentorio*: CORIPP. Ioh. 2, 277 ardua . . . excelsis sustentant vela -is.

B *in hominum corpore*: 1 *in imaginibus*: *de bracchio*: PLAVT. Mil. 209 ecce autem aedificat: -am mento suffigit suo. *de pene*: PRIAP. 10, 8 nimirum tibi salsa res videtur astans inguinibus -a nostris. MART. 9, 49, 3 nec quae stat rigida supina vena, de ligno mihi quolibet -a est. 11, 51, 1 tanta est quae Titio -a pendet, quantam Lampsaciae colunt puellae. 2 *t. t. medicorum*: *pars matricis*: VINDIC. gyn. p. 445^{c} ut est masculo veretrum, ita est matricis -a. *de naso*: PS. SORAN. quaest. med. p. 366, 26 *nasi* recta . . . pars vocatur -a. ISID. orig. 11, 1, 48 narium recta pars, propter quod aequaliter sit in longitudine et rotunditate porrecta, -a vocatur.

C *de rebus naturae aliis*: 1 *de arboris trunco*: GREG. TVR. vit. patr. 10, 3 amputata arboris -a. 14, 2 glor. conf. 23.
2 *de lapidibus et metallis*: PLIN. nat. 31, 30 *destillantes guttae* in quibusdam speluncis . . . -as . . . faciunt. *de auri massa*: TAC. ann. 16, 1 lateres . . . *auri* praegraves iacere, astantibus parte alia -is
3 *de rebus physicis*: *de aqua, in -ae formam se erigente* (*i. q.* "Wasserhose"): LVCR. 6, 426 nam fit ut interdum tamquam demissa -a in mare de caelo descendat *prester*. 6, 433 *vis venti deprimit nubem*, ut sit in mare de caelo tamquam demissa -a. SEN. nat. 7, 10, 3 turbinis . . . rotunda facies est. in eodem enim vestigio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versatur et -ae modo circumagentis se volvitur. PLIN. nat. 2, 134 vocatur et -a, cum spissatus umor rigensque ipse se sustinet. *de igne et luce*: MANIL. 1, 841 *cometes* quadratam ... trabem fingit teretemve -am. SEN. nat. 6, 26, 4 fuere ... notabilia -a ignis immensi et Delos agitata. 7, 20, 2 -ae clipeique flagrantes aliaeque insigni novitate flammae. epist. 94, 56 -as ... ac trabes et varia simulacra flammarum. LVCAN. 7, 155 adversas ... faces immensoque igne -as detulit *aether*. VVLG. exod. 13, 21 dominus ... praecedebat eos ... per diem in -a nubis et per noctem in -a ignis (*cf.* Ps. ORIG. tract. 16 p. 174, 19 in -a nubis per diem et in -a ignis per noctem praeivi eos. COMM. apol. 619 hic praeibat eos in -a nubis et ignis. HIL. in psalm. 51, 6 *populus Israel* secundum diei noctisque tempora -a nunc nubila nunc ignea usus est. SVLP. SEV. chron. 1, 15, 3 *Hebraeis* -a nubis interdiu, noctu -a ignis praeferebatur. DRAC. laud. dei 2, 796 candida dux fuerat nubes flammaeque -a. PASS. Petr. Paul. long. 6 -a nubis vobis per diem in caelo apparuit et ignis per noctem. *sic saepius*). VVLG. apoc. 10, 1 pedes *angeli* tamquam -ae ignis (στῦλοι). PRVD. cath. 12, 168 lucis -am praeferens *Moyses*. SVLP. SEV. chron. 1, 19, 7. CHRON. Gall. chron. 1 p. 649, 528 rec. B signum in caelo -a pendens. *de umbra*: PLIN. nat. 2, 51 umbram -ae effigie iaci. *de nube v. supra l. 8 sqq.* *de fumo*: VVLG. iud. 20, 40 viderent quasi -am fumi. 4 *in nominibus locorum: columnae Herculis* (*sing. v. hac linea et infra l. 38*): VARRO Men. 76 tit. -a Herculis (NON. p. 82. -is *Mommsen*). PROP. 3, 11, 19 qui pacato statuisset in orbe -as *Hercules*. LIV. 21, 43, 13 ab Herculis -is, ab Oceano terminisque ultimis terrarum. 23, 5, 11 ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculisque -is. CVRT. 10, 1, 17 *Gadibus* -as Herculis esse fama vulgaverat. MELA 1, 27 hunc *montem* Abilam, illum Calpen vocant, -as Herculis utrumque (SOL. 23, 13). 2, 95. LVCAN. 9, 654 *Medusa* sub Hesperiis stantem Titana -is in cautes Atlanta dedit. PLIN. nat. 2, 167 a Gadibus -isque Herculis Hispaniae et Galliarum circuitu. 2, 242. 3, 4 laborum Herculis metae. 5, 2. 6, 212. 13, 138. 19, 4. 27, 2. 29, 18. SIL. 1, 142 dum fert Herculeis Garamantica signa -is. 14, 147. 15, 643. FLOR. epit. 2, 6, 38 a Pyrenaeis montibus in Herculis -as. AMPEL. 7, 2 ob impositas Herculis -as. APVL. mund. 6 a -is Herculis. *ibid.* ⟨a⟩ -is navigantibus. *ibid.* Gaditanas -as circumvectus Oceanus orbis nostri metas includit. 7 Europa ab Herculis -a usque Ponticum et Hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habet. CHALC. transl. p. 24^{E} quod os a vobis Herculis censetur -ae (Ἡρακλέους στήλας). p. 25^{A}. 25^{B} gentes, quae intra Herculis -as consistunt (ἐντὸς ὅρων Ἡρακλείων). AVIEN. orb. terr. 99 ora ... terrae ultima proceras subducit in astra -as. 277 proceras zephyri regione -as. 414 tellus Europa -is proxima magnanimos alit ... Hiberos. 611 ora 86. 116. 163. 341 Herculanae ... -ae. 355. 370. 375. 381. 417. 562. SERV. Aen. 11, 262 -as Herculis legimus et in Ponto et in Hispania. HYG. astr. 1, 8. *adde minus accurate*: IVL. HON. cosmogr. rec. A 15 mare quod -as Herculis appellant. *huc pertinere videtur*: AVIEN. orb. terr. 1383 geminas telluris fine -as. *nota de -is Herculis in Germania sitis*: TAC. Germ. 34 superesse adhuc Herculis -as fama vulgavit. *in Ponto: v. supra l. 46.* *aliae*: VERG. Aen. 11, 262 Protei Menelaus adusque -as exulat. MELA 2, 68 in Bruttis sunt -a Rhegia (PLIN. nat. 3, 71 a quo *promunturio Palinuro* ... traiectus ad -am Regiam. 3, 73. 86 SERV. Aen. 3, 411. ITIN. Anton. Aug. p. 98, 4 ad -am, id est traiectum Siciliae. p. 106, 4. 111, 5 RAVENN. p. 263, 12. 331, 15. Guid. p. 471, 9 -a regia qui nunc Stilos [*i.* στῦλος]. p. 508, 9. *eadem vocatur* CORP. X 6950 ad statuam, *apud Graec.* Ῥηγίνων στυλίς. *v. Hülsen, PW. IV 603*). PLIN. nat. 6, 199 navigantes ... non posse ... ultra quasdam -as — ita appellantur parvae insulae (*sc. in Rubro mari*) — provehi. EPIT. Alex. 12 Macedones ... usque ad Liberi Patris -am pervenisse dicuntur (*fort. eaedem*: AVIEN. orb. terr. 824 Bacchi ... -as, ultimus Oceani qua terras alluit aestus). AVIEN. ora 646 rupis ... latus ... gentici cognomina⟨n⟩t Solis -am. *nomen vici v. nom. propr.* *adde*: AMBR. Iob 1, 5, 13 non immerito ... -ae orbis terrarum motae sunt, *cum moreretur Christus*. *nota*: VVLG. Iob 26, 11 -ae caeli contremiscunt.

III *translate*: A *de hominibus, qui alicuius rei adiutores, defensores sunt*: *cf.* SCHOL. Hor. Vind. ars 373 -ae id est illi qui sunt sustentaculum rei publicae. EVCHER. form. 9 p. 56, 5 -a: firmamentum vel stabilitas spiritalis. ENN. ann. 348 regni versatum summam venere -am. TERT. adv. Marc. 1, 20 Petrum ceterosque, -as apostolatus. 4, 3 Petrus et Iohannes et Iacobus, qui existimabantur -ae (AMBR. Iob 1, 5, 13 *l. 84* VVLG. Gal. 2, 9 [στῦλοι]). pudic. 16 Paulum -am immobilem disciplinarum. scorp. 12 -am fieri in dei templo. CLEM. ad Cor. 5 fortissimae -ae (*sc. martyres*) usque ad mortem certatae sunt. HIL. trin. 6, 24 ad visionis ac vocis fidem tribus -is ecclesiarum testibus assumptis (HIER. in Ier. 1, 18 p. 843 epist. 52, 10. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 23 ecclesiarum -a quaedam et turris inexpugnabilis. hist. 5, 1, 17 *Attalus* -a [στῦλον] et firmamentum ecclesiae. BACHIAR. fid. 7 doctores, qui sunt capita populi et -ae ecclesiarum. OROS. apol. 1, 4 *Augustinus et Hieronymus* qui sunt -ae et firmamenta ecclesiae catholicae). SEV. MINOR. p. 740^{C} Theodorus -a synagogae nostrae. AMBR. fid. 2 prol. 4 his duodecim tamquam lapidibus pretiosis fidei -a consurgit. Iob 1, 5, 13 ego confirmavi -as eius. audi, quas -as confirmaverit: Petrus et Iacobus et Iohannes, qui videbantur -ae esse. MAXIMIN. c. Ambr. 124 Petrus, qui pro primatu suo apostolorum -a erat. HIER. epist. 168, 14 reliqua -arum Christi nomina. VVLG. apoc. 3, 12 faciam illum -am (στῦλον) in templo dei mei. AVG. in psalm. 140, 25 qui futuri erant duces ecclesiae et -ae terrae. OROS. apol. 27, 3 *apostoli* -ae et firmamenta veritatis (FACVND. defens. 8, 5 *syn.* propugnatores pietatis). hist. 7, 26, 3 Maximianus ... nostrae ... religionis antiquitatem -a inexpugnabilis fulsit. EPIST. pontif. Thiel Anast. 2 (*a. 497*) esto illi (*ecclesiae*) in -am ferream. SIDON. epist. 6, 1, 4 te ... norma morum, te, -a virtutum *eqs.* POMER. 2, 2, 1 -ae firmissimae *sacerdotes*. PALLAD. hist. mon. I 10 velut -a caelestis stetit Paulus immobilis. *nota de homine quasi -a execrata*: CIC. Phil. 1, 5 talis ... eversio *fuit* illius execratae -ae. *de ecclesia*: ITALA (Maximin. c. Ambr. 53 Rufin. Orig. in cant. 3 p. 180^{B}) *et* VVLG. I Tim. 3, 15 ecclesia dei ..., -a (στῦλος) et firmamentum veritatis. PS. PETR. CHRYS. serm. 138 p. 572^{B} pax alumna fidei, -a iustitiae.

B *de rebus variis*: *i. q. dies intercalaris*: COMPVT. Carth. 1, 5 in -a ... bissextili, quae cancellis lunaribus glutinata certo limite sociatur. *cf.* 1, 7 de -is ..., quibus in circulorum capite cum suis sunt lineis picturatae. *i. q. terminus*: PRISC. anth. 680, 4 *annus* ternis gaudet divisus stare *dies* -is, scilicet Idibus et Nonis simulatque Kalendis.

synonyma et iuxta posita ad I: atrium, basis, bustum, caementum, camara, crusta, epistylium, firmamentum, intercolumnium, lapis, limen, marmor, mola, monimentum, parastatica, paries, pila, pluteus, porticus, postis, saxum, stabilitas, statua, tectum, trabs, turris, valvae.

derivata: columnaris, columnarius, columnatio, columnatus, columniacus. columella (-us). *compos.*: columnifer.

columnāris, -e *a* columna. *ad columnam pertinens, columnae forma similis*: PRVD. ham. 476 *de columna lucis Israelitas per eremum ducente* (*v. p. 1741, 8*): medias ... tenebras luce -i scindens exercitus. *in imagine*: VEN. FORT. vita Germ. 37, 107 genua -is imbecillitas roboratur *paralytici*. *neutr. subst.* **columnar**, -āris: *i. q. officina, ubi columnae exciduntur*: DECRET. decur. Castrimoen. (Corp. XIV 2466) 18 *locus*, in quo antea -r publicum fuit. 30 in quo -r fuit.

columnārius, -a, -um *a* columna. *ad columnam pertinens. adi.*: AMM. 22, 16, 12 Serapeum ... atriis ... -is amplissimis et spirantibus signorum figmentis et reliqua operum multitudine ... exornatum. *masc. subst.* **columnārius**, -ī: *homo inter columnas vagans*. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 5 nolo te putare Favonium a -is praeteritum. *huc fortasse pertinet* CORP. V 2856 locum columnariorum⟨m⟩. VIII 23121 co⟨lumnarii⟩; *nisi potius sunt operarii, qui columnas fabricant.* *neutr. subst.*: **columnārium**, -ī. *i. q. vectigal a columnis sumptum*: CIC. Att. 13, 6, 1 -um vide ne nullum debeamus: quamquam mihi videor audisse ... commutatam esse legem. CAES. civ. 3, 32, 2 -a, ostiaria, frumentum, milites, arma, remiges, tormenta, vecturae imperabantur. *cf. v. Premerstein, PW. IV 603.*

columnātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* columnatus. *Th.*]. *aedificium columnis fultum*; GLOSS. περίστυλον. II 405, 14 περίστυλον: ⟨atrium, colu⟩mnatio. APVL. flor. 18 p. 83 in auditorio hoc genus spectari debet non pavimenti marmoratio nec proscaenii contabulatio nec scaenae -o. ITALA Ezech. 42, 5 (Wirc.) quoniam eminebat -o (τὸ περίστυλον, VVLG. porticus) eius ex inferiori et intervallum, sic -o et intervallum et sic portae.

columnātus, -a, -um [*a* columna. *Th.*]. *i. q. columnis fultus*: *proprie*: VARRO rust. 3, 5, 12 accessus ... in tholum, qui est ultra rotundus -us, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris columnas. VITR. 4, 8, 1 aedes rotundae, e quibus aliae monopteroe sine cella -ae constituuntur, aliae peripteroe dicuntur. AMPEL. 8, 3 pons magnus -us duplex. ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579 a) 2 quotiens vel hoc ibidem ⟨...⟩ orum -is (incolumitatis *coni. Mommsen*) trans⟨...⟩. CORP. VIII 23280 porticum -am cum gradibus VII. IX 2448 tribunal -um. GLOSS. III 312, 64 περίστυλον atrium -um. *translate*: PLAVT. Mil. 211 os -um poetae esse indaudivi barbaro. AMBR. Cain et Ab. 1, 5, 19 ne forte incomptam domus magnitudinem putes et diversoria te -a delectent. ENNOD. opusc. 3, 102 p. 357, 11 alterius ecclesiae -us repente paries impulsu callidi serpentis ... eiectus est. *cf. de voce Funck, Archiv 6 (1889) 256.*

fem. subst. **columnāta** *nomen loci, v. nom. propr.* *neutr. subst.* **columnātum**, -ī. *i. q. porticus*; GLOSS. περίστυλον. ITALA Ezech. 40, 17 (Wirc.) et ecce pastoforia in -a (περίστυλα, VVLG. *aliter*) atrii, XXX pastoforia in -is (ἐν τοῖς περιστύλοις), et porticus in dorsu portarum secundum mensuram -um (περίστυλον). *inde fort. it.* colonnato.

columnella *forma vulgaris voc.* columella, *q. v.*

columniacus, -a, -um [*a* columna. *Th.*]. *i. q. columnae similis*: LIB. col. I p. 242, 8 ratio militiae assignationis prima triumvirales lapides Gracchani, rotundi -i.

columnifer, -a, -um *a* columna *et* ferre. *i. q. columnae similis*: PRVD. perist. 3, 53 sic habuit generosa patrum turba -um ra-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dium, scindere qui tenebrosa potens nocte viam face perspicua praestitit.

columpār⟨e⟩ *v.* columbare. **cōluo** *v.* colluo.

colūrium, -ī *n. cf.* HESYCH. κολουρία: ἀποτομία (*v. Benndorf ap. Blümner, Technol. III 80 adn. 1*). *genus quoddam columnae formae minus expolitae*: SIDON. epist. 2, 2, 10 ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta -is quam columnis invidiosa monobilibus (monolithis?). PASS. coron. 4 coeperunt artifices quadratarii incidere lapidem ad -um columnae.

colurnus, -a, -um [*mutatum pro* *corulnus, *a* corylus. *Th.*]. SERV. georg. 1, 305 sunt aliquae derivationes ex usu magis quam ex ratione venientes, ut ... -um a corylo. CHAR. gramm. I 266, 10 'colurnis' cum sit corulus arbor. PRISC. gramm. II 70, 20 fere omnia ad materiam pertinentia e brevem ante us habent ... inveniuntur enim pauca sine e ut quernus, -us *eqs.* 81, 12 *facit* corylus -us. SCHOL. Hor. sat. 1, 8, 1 quomodo ... a corylo -us, ita a fico ficulnus. GLOSS. λεπτοκαρύϊνον ἢ κρανέϊνον. κρανέα τὸ δένδρον. -a: λεπτοκάρυον. Plac. V 14, 37 (56, 7) -is ex cornu factis. nam et -i qui ex corulo fiunt. 180, 36 colirnus ex arborico libri (arbore coryli *Götz*) factis (*spectat utrumque ad l. 21 sq.*).

adi. i. q. ad corylum pertinens: VERG. georg. 2, 396 pinguiaque in veribus torrebimus exta -is (*v.* SERV. *ad l. et* GLOSS. *supra l. 17 sq.*). *neutr. subst.* **colurna,** -ōrum: PAVL. FEST. p. 37 -a: hastilia ex corno arbore facta. *cf.* corylus *vol. IV p. 1080, 59.*

***colūrus,** -a, -um, κόλουρος. *i. q. mutilatus*: **1** *adi. t. t. metricorum*: FORTVN. gramm. VI 283, 12 versus ... dicimus ... a passionibus, ut -os et scazontas. SACERD. gramm. VI 521, 1 de Alcmanico trimetro brachycatalecto -o. *saepius, ex. gr.* 524, 8 -um *tetrametrum*, quod sit κολοβόν, id est curtum, ἐν τῇ οὐρᾷ, id est in coda, in fine. 530, 19 in -o metro (*ut videtur*) ... semper duae syllabae desunt, ut sit metrum acatalectum integrum. 533, 18 inter miurum et -um et catalecticum hoc interest ... -um, cum novissimi pedis duae syllabae novissimae tolluntur. GRAMM. VI 637, 13 -us est sive colobus, cum versus quasi prosa oratione decurrit. **2** *subst.* **colūrus,** -ī *m. ubique pluraliter* -i (*praeter l. 43*). *i. q. circuli sphaeram dividentes*: ANTH. 761, 21 *sphaeram*, quam gemini findunt aequa sub sorte -i. 761, 24 linea, quae scindit medios utrosque -os. MACR. somn. 1, 15, 14 praeter hos *circulos* alii duo sunt -i, quibus nomen dedit imperfecta conversio. MART. CAP. 8, 823 consequens reor -os demonstrare, quorum pars desuper, quaedam alia in uno versatur occulta. 8, 832 melius -os demonstremus, licet ipsi quoque aliquid curvationis abdentes non se totos visibus repraesentent. 8, 833 alter autem -us, qui etiam tropicus dicitur, ab octava parte Cancri consurgit. *Mertel.*

1. colus, -ī *et* -ūs *m. et f.* [*idem esse videtur ac gr.* πόλος, *cf. c. boruss.* kelan *island.* kvel *'rota' et c.* colere, coluber, columna. *collationem verborum gr.* κλώθειν, *ind.* kr̥ṇatti *'net' (Osthoff, Verhandl. d. 41. Philol.-Versamml. 1891 p. 302) dissuadet forma vocabuli latini. Th.*]. ISID. orig. 19, 29, 2 -us, quod sit in longitudine et rotunditate quasi 'columna' (GLOSS. V 180, 40). *grammaticorum de declinatione et de genere vocabuli doctrina*: CAPER gramm. VII 108, 17 -us haec lanificii. PROB. cath. gramm. IV 24, 6 haec -us secundae est declinationis 'li' faciens genetivo, huius -i: nam Vergilius (*Aen. 8, 409*) ..., et quartae declinationis 'us' terminans genetivum, sicut Statius Thebaidos libro III (*241*). NON. p. 198 -us generis feminini. Cicero de Oratore lib. II (*277, v. p. 1744, 24*). SERV. Aen. 8, 409 '-o': hunc sequimur: nam 'huius -i' dicimus, non ut Statius 'huius -us' (*de additamento in D cf. adnot. crit.*). CHAR. gramm. I 21, 19 longe solent errare qui secundae declinationis feminina negant esse, cum plura inveniantur, velut haec -us, -i. PHOC. gramm. V 420, 8 *inter feminina secundae declinationis in -us*: haec -us, -i. PRISC. gramm. II 163, 6 domus, -us ... tam secundae quam quartae declinationis inveniuntur. 169, 11 (*ex Probo de dub. gen.*) vetustissimi ... inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut 'hic' et 'haec ... -us'. 269, 16 '-us -i' et '-us'. Virgilius in VIII (*409*) ... Statius in (*Theb.*) VI (*379*). III 445, 23 haec -us huius -i vel -us (GRAMM. suppl. 129, 9). DVB. NOM. gramm. V 573, 29 -us in lanificio ⟨*generis feminini?*⟩ sicut Cicero (*de orat. 2, 277*) docet. GLOSS. II 323, 58 hic -us. *formae declinationis heteroclitae (adnotavi genus quoad fieri potuit)*: *sing. nom.* colum: GLOSS. II 323, 58 *al.* *gen.* coli: AMM. 23, 4, 14 *masc.* colūs: SEN. Oed. 985 *fem.* Herc. O. 1097 (*corrupt. in A*) *m.* VAL. FL. 2, 148. *dat.* colo: VERG. Aen. 7, 805 (*nisi abl.*) SYMM. epist. 6, 67 (68), 2. *abl.* colo: VERG. Aen. 8, 409 TIB. 1, 3, 86 (*AP*; -u *M*) *f.* PROP. 4, 1, 72 *m.* 4, 9, 48 *m.* OV. am. 2, 6, 46 *m.* ars 1, 702 *m.* APVL. mund. 38 IVST. 1, 3, 2 AVG. serm. 37, 9, 13 *quinquies.* OROS. hist. 1, 19, 1 CARM. epigr. 471, 8 (*ex Verg. Aen. 7, 805*). 1205, 6. colu: CIC. de orat. 2, 277 *f.* (*codd. integri et Non. p. 198*; -o *masc. cod. Harl. et recc. mutili*). SEN. Herc. O. 563 (ψ, -is *E*, -us *A*) *f.* PLIN. nat. 8, 194 (*FR*, -o *E*). 21, 90 STAT. Theb. 6, 380 (*P, Serv. Verg. Aen. 8, 409, Prisc. gramm. II 269, 16*; -o *rell.*) *f.* AVSON. 171, 5 (*sic* V^1) POMP. gramm. V 178, 18 *f.* 178, 19 SIDON. carm. 5, 313 *f.* CARM. epigr. 1144, 2. 1189, 3. *plur. nom.* colūs: TIB. 2, 1, 63 (*nisi sing.*; *v. p. 1744, 30*) STAT. Theb. 3, 242 *f.* 9, 839 *f.* *acc.* colos: OV. epist. 3, 76 *m.* (*sic* P^1E, plenas ... colos *cett.*). 3, 818 *f.* SEN. Herc. f. 559 Herc. O. 372. 668 (*in* -us *corr.* E^1) *f.* STAT. Theb. 5, 150 Ach. 1, 582 (*sic P*) silv. 1, 4, 64 MART. 9, 17, 2 CLAVD. 20, 389 carm. min. 26, 87 *f.* RVT. NAM. 1, 34. 2, 56 *f.* *acc.* colūs: AFRAN. com. 227 *f.* SEN. Herc. O. 218 (*E*, -os *rell.*). 768 (-os *A*) *f.* 1084 (-os *A*) *m.* (*f. sec.* ψ). 1180 (turpe scelus *E*, turpes colos *A*) VAL. FL. 6, 445 *f.* 6, 645 *f.* SIL. 8, 436 STAT. Theb. 10, 649 Ach. 1, 635 silv. 3, 1, 172 MART. 7, 47, 8 *f.* IVV. 14, 249 *f.* FRONTO p. 233, 8 N. SIDON. carm. 22, 197 *f.* CARM. epigr. 1550ᴮ, 10 *f.* *de genere: ad locos p. 1743, 70 sqq. allegatos adde hos: masc.*: -um: CATVLL. 64, 311. *fem.*: -us: PLIN. nat. 8, 194 STAT. Theb. 8, 12 CLAVD. 8, 594. *legitur inde a* PLAVTO. GLOSS. ἠλακάτη. ἠλεκάτη. lorg (*anglosax. i. instrumentum textrinae, 'lignum in quo licium involvitur'*). uuilmod (*anglosax.?*). III 270, 13 στυππεῖον stuppa -us. V 180, 40 -um est instrumentum lanificii. IV 220, 24 -us virga quae per coclea (-am *al.*) volvitur. Plac. V 12, 3 (56, 5) -um ... unde mulieres nent. [*non huc pertinere videtur* GLOSS. II 573, 43 colum lorg (*qua de voce v. l. 12*) covel (*i. q. anglosax.* cawel *'holus, crambe, caulis'*).]

I *generatim de instrumento lanificii (de ipsis filis, ut videtur,* SEN. Herc. O. 668, *v. infra l. 46; cf. etiam infra l. 51)*: *descriptio*: AVG. serm. 37, 9, 13 in lanificio duo instrumenta *esse* ..., -um et fusum. in -o lana involuta est, quae filo ducenda et nenda transeat in fusum. PLAVT. Cas. 169 iussin -um ferri mihi? AFRAN. com. 227 satis fortiter .. vestras scicidistis -us. CIC. de orat. 2, 277 (*verba Opimii consularis*) venis cum tua -u (*v. p. 1743, 78*) et lana? CATVLL. 64, 311 laeva -um molli lana retinebat amictum. VERG. Aen. 7, 805 non illa (*Camilla*) -o calathisve Minervae femineas assueta manus (CARM. epigr. 471, 8 ⟨pia, d⟩octa -o calathisque Minervae). CIRIS 177 *Ciris* nulla -um novit, carum non respicit aurum. TIB. 1, 3, 86 anus ... deducat plena stamina longa -u. 2, 1, 63 hinc (*ab ovibus*) et femineus labor est, hinc pensa -usque, fusus et apposito pollice versat opus. PROP. 4, 9, 48 *Hercules*: Sidonia feci servilia palla officia et Lydo pensa diurna -o (*item de Hercule*: SEN. Herc. O. 372 ad leves sedit -us udum [unum *A*, colum *E*] feroci stamen intorquens manu. STAT. Theb. 10, 649 Lydia coniunx Amphitryoniaden ... ridebat ... turbare -us. DON. Ter. Eun. 1027 cum ipsa [*Omphale*] calathum et -um ... sagittis clava ... mutavisset). OV. ars 1, 702 *Achilles* fortia ... posito sumpserat arma -o (*sic opp.* tela: epist. 9, 116. 14, 66 [*ibid.* ferrum]. bella: met. 12, 474). epist. 3, 76 nos (*Briseis*) ... data pensa trahemus et minuent plenos stamina nostra -os. 9, 116 femina ... ferre gravem lana vix satis apta -um. 14, 66 lana -usque. met. 4, 229 et -us et fusus. 12, 474 -um ... cape cum calathis et stamina pollice torque. fast. 3, 818 lanam mollire ... et plenas exonerare -os. SEN. Herc. O. 218 dominae captiva (*Iole*) -us fusosque legam. 563 prolata vis (*virus*) est quaeque Palladia -u lassavit omnem texta famularum manum (*sc. Deianirae donum*). 668 herbae tinxere -us, quas indoctae nevere manus. PLIN. nat. 8, 194 lanam in -u et fuso *dedicatam. ibid.* ut nubentes virgines comitaretur -us compta et fusus cum stamine. 21, 90 *cneco* -u antiquae utebantur. VAL. FL. 2, 149 Threissa ... non forma, non arte -us ... par tibi. SIL. 8, 436 fucare -us nec Sidone vilior Ancon murice nec Lybico. STAT. Ach. 1, 582 *Deidamia* reficit ... -os et perdita dura pensa manu *Achillis.* 1, 635 tenuare -us. IVST. 1, 3, 2 purpuram -o nentem *Sardanapallum* (OROS. hist. 1, 19, 1 purpuram -o tractans). SYMM. epist. 6, 67 (68), 2 *feminas* -o et telis animum ... intendere. AMM. 23, 4, 14 *sagitta* in muliebris -i formam, quo nentur lintea stamina, concavatur. CLAVD. 8, 594 quae ... potuit digitis mollire rigorem ambitiosa -us? 20, 389 inter anus interque -os. SIDON. carm. 22, 197 Syrias vacuasse -us. *metonymice de ipso opere nendi*: VERG. Aen. 8, 409 tolerare -o vitam tenuique Minerva. AVSON. 171, 5 vitamque -u famamque tueri. *translate*: PROP. 4, 1, 72 quo ruis ... dicere fata, Properti? non sunt a! dextra condita fila -o.

II *speciatim de colu Parcarum, proprie et in imaginibus; hinc etiam translate de ipso fato (fatis), ut l. 69. 74. 76. 78. 79. 82. p. 1745, 4. 12 al. (de plurali q. d. poetico cf. l. 69. 70. 72. 74. 77. 78. 82. 84 al.*; SCHOL. Stat. Theb. 3, 242 *l. 78*): OV. am. 2, 6, 46 septima lux venit non exhibitura sequentem, et stabat vacuo iam tibi Parca -o. SEN. Herc. f. 559 evincas ... iura ... Stygis Parcarumque -os non revocabiles. Oed. 985 servat ... suae decreta -us Lachesis nulla (dura *codd.*) revoluta manu. Herc. O. 768 ipsas ... -us Clotho manu proiecit et fata Herculis timet peragere. 1083 consumptos iterum deae supplent Eurydices -us. 1097 nulli non avidi -us (avidas polo *A*) Parcas stamina nectere. 1180 si me cadere feminea manu voluere fata perque tam turpes -us mea mors cucurrit. LVCAN. frg. 6 plenas posuere -os et stamina Parcae. VAL. FL. 6, 445 *Medea* recolit fessos aetate parentes datque alias sine lege -us. 6, 645 diva supremas rumpit iniqua -us. STAT. Theb. 3, 242 sic fata mihi nigraeque sororum iuravere -us (SCHOL. pensa. notandum: plurali numero declinatur). 5, 150 solare domos iuvenumque praecipitare -os (SCHOL. indiscrete omnes occidere. *cf. p. 1745, 16*). 6, 380 huius extrema iam fila -u. 8, 12 ipsa Fatorum deprensa -us (*cf.* 8, 13 rumpebant stamina Parcae). 9, 839 hinc plenae tibi, parve (*Parthenopaee*), -us (SCHOL. finita est ... vita). silv. 1, 4, 64 *Aesculapius ad Epidauriam prolem*: teneamus adorti — tendatis iam fila! — -os (*Gallici*). 3, 1, 172

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Hercules: Parcarum fila tenebo extendamque -us: duram scio vincere mortem. MART. 7, 47, 8 regnator Averni ... raptas Fatis reddidit ipse -us. 9, 17, 2 Latonae .. nepos, ... mitibus herbis Parcarum exoras pensa brevesque -os. IVV. 14, 249 grave tardas expectare -us; morieris stamine nondum abrupto. FRONTO p. 233, 8 N. poetae ... -us et fila fatis assignant. POMP. gramm. V 178, 18 '-u feminea (?) Parcarum dirupta' (*ibid.* 'pereunte -u'). APVL. mund. 38 quod nondum ex -o tractum est subactumque cura digitorum, id futuri ... saeculi posteriora ... ostendere (*cf. infra*: futuri temporis Lachesis a fine cognominata. AVG. serm. 37, 9, 13 quod in -o est involutum, est futurum *eqs.*). CLAVD. carm. min. 26, 87 (*de aquis salubribus*) Parcarum ... -os exoratura severas flumina. rapt. Pros. 1, 64 firmatas pacis dissolvere leges, quas dedimus nevitque -us (*loquitur Lachesis*). RVT. NAM. 1, 134 fatales non vereare -os (*ibid.* victuras ... leges). 2, 56 Stilicho aeterni fatalia pignora regni et plenas voluit praecipitare -os (*cf. p. 1744, 79*). SIDON. carm. 5, 313 imperium ... aurea volvebant bona fata -u. CARM. epigr. 524, 3 functus fati co⟨...⟩ (-lu *vel* -lis *suppl. Büch.*) vita felix de luce recessi. 1144, 2 tempus victuro mihi longum stamine Parca aetatis nostrae ⟨p⟩r⟨aerip⟩uit⟨q(ue) c⟩olu. 1189, 3 huic non dura -u Cloto decrevit in annis. 1205, 6 ⟨hi⟩c iaceo ... cinis et ... ⟨f⟩avilla, hic sunt discordi ⟨sta⟩mina ducta -o. 1550B, 10 erubuit nostras Atropos ipsa -us. ANTH. 792, 2 (*fort. medii aevi*) Clotho -um baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

deriv.: coluc(u)la, colucella. *Hey.*

2. 3. 4. cōlus *v.* 1. caulis *p. 652, 28*; colon *p. 1695, 46*; 1. colum *p. 1729, 49.*

5. colus *i. q.* color, *v. p. 1713, 19.*

colustra, -um *v.* colostra.

?**colūtea** (*gr.* κολυτέα, κολοιτία, κολοιτέα, κολουτέα, *nomen herbae*) *conicitur* PLAVT. Persa 87 (*ad cocum*) commisce mulsum, struthea -a (coluthequam *codd.*) appara (*quod, cum* colūtea *expectandum sit, versus non recipit*).

coluthia, (-ōrum *n.*) [*vocabulum gr. non traditum. Th.*]. *genus concharum*: PLIN. nat. 32, 84 muricum generis sunt quae vocant Graeci -a, alii coryphia. 32, 147 -a sive coryphia, concharum genera. 1, 32, 27.

colȳfia *v.* colyphium.

cōlȳma (-atis) *n.*, κώλυμα. POMP. gramm. V 177, 13 -a, -ata (*inter nomina Graeca*). *Mbr.*

colymbas, -adis *f.*, κολυμβάς. *acc. plur.* -das: COLVM. 12, 49, 8 CAEL. AVR. acut. 3, 21, 204 chron. 1, 1, 25 (-dēs *acc. non legitur*). *nomen olivae conditiciae*: COLVM. 12, 49, 8 eo ... iure olivas poseas -as faciunt. 12, 50, 5 maturam olivam in statura factam -em de muria tollito. PLIN. nat. 15, 16 aliquae *olivae* oleo suo ... innatant, -es. 23, 73 -es sordida ulcera purgant. APIC. 6, 248 in olivis -bus. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 204 de cellario *dabimus* -as olivas fractas. chron. 1, 1, 25 olivas ex viridi novitate messas, quas -as vocant. ISID. orig. 17, 7, 67 (*interpr. excidit in lacuna*). GLOSS. II 352, 38 κολυμβὰς ἡ ἐλαία -as granea. *fort. addendum*: THEOD. PRISC. log. 76 olivas -es (*trad.* columbares). DIOSC. 1, 114 olivas -es (*trad.* columbares). *sed cf. p. 1733, 53 sqq.*

colymbium, -ī *n*, *κολύμβιον, *cf. c.* colymbus. GLOSS. II 529, 21 collumbium: limen (*leg.* λίμνη). *adde fort. infra l. 70.*

colymbo, -āre [κολυμβᾶν. *Th.*]. GLOSS. V 279, 1 columbare: graece natare.

colymbus, -ī *m.*, κόλυμβος. *legitur* colimbum: CORP. X 5348. columbus: GLOSS. II 319, 21 *et fortasse* CORP. VIII 2658 columb⟨os⟩. GLOSS. V 566, 2 aquae ductus (GLOSS. Hülsen, Röm. Mitt. 17 [1902] p. 261 *codd. CMR*). 584, 9 locus ubi mundantur vestimenta vel aquarum lacus fluentes (GLOSS. Hülsen, Röm. Mitt. 17 [1902] p. 261 *cod. B*). 593, 26 locus ubi mundantur vestimenta. II 319, 21 εὔριπος. GLOSS. Hülsen, Röm. Mitt. 17 (1902) p. 261 puteus sive cisterna vel locus, ubi congregant aquam ducentes de domo in domum. locus ubi aquae veniunt in medio coquinae, ubi aquae influunt.

i. q. locus balnearius: LAMPR. Heliog. 23, 7 marinae aquae -os exhibuit in mediterraneis locis. PRVD. perist. 12, 36 donec virenti fluctuet -o *liquor*. PASS. Thom. p. 140, 11 in undecimo -um (*var. lect.* colibbum, colymbium, colimbum, columbas, columpnas, columnas) et aquarum lacus influentes. CORP. VI 1179 -um nemus vetustate lapsum ... ador⟨navit⟩. X 5348 porticos ... circumcingentes colimbum a solo constituit (*v. Saglio, Daremberg-Saglio II 1355*).

deriv.: colymbium. *Wulff.*

cōlȳphium (cōloephium, colēp(h)ium), -iī *n.* [*tractum a gr.* κωλύφιον *vel* κωλοίφιον. *Th.*]. *in codd. leguntur formae*: colyph-: PLAVT. Persa 92 *B* IVV. 2, 53 (*idem latere videtur* GLOSS. III 14, 44 colusium). coliph-: PLAVT. Persa 92 *CD* GLOSS. Plac. V 12, 5 (*R*). colip-: GLOSS. Plac. V 55, 39 (*lib. gl.*). colif-: GLOSS. V 180, 32. coloeph-: MART. 7, 67, 12. coloef-: CHIRON 495 GLOSS. III 287, 53. 314, 45. 658, 17. colof-: CHIRON 970 GLOSS. III 87, 34. coloph-: GLOSS. V 608, 54. colaep- (*cf.* κωλήπιον?): PETRON. 70. coleph-: CHIRON 576. colef-: CHIRON 813 APIC. 4, 179 *bis.* 5, 208 GLOSS. V 495, 8. calef-: CHIRON 588. *cf.* VEG. mulom. 2, 82, 5 calefaciunt *codd.* *masc.*: GLOSS. V 495, 6. *graeca declinatione* coloefion: GLOSS. III 314, 45. *de re*: GLOSS. iunctura coxae (*cf.* VEG. mulom. 2, 82, 5 *l. 15 sq.*). κωλήν. κωλεός. quod Graeci ἀκρωνύχιον (*Götz,* αρχρανυχων *cod.*) dicunt. Plac. V 12, 5 (55, 39) genus carnium, quod athletae vescuntur ad corporis sanitatem, ut fortes sint. Scal. V 608, 54 pulpidinem (*lege*: pulpedinem) -a. SCHOL. Iuv. 2, 53 pulmentum sive membrum virile ... athletarum cibum dicit. *cf. de voc. Heraeus, Sprache d. Petron. p. 19.*

PLAVT. Persa 92 collyrae facite ut madeant et -a, ne mihi incocta detis. PETRON. 70 cocus meus de porco faciet ... de perna turturem, de -o gallinam. MART. 7, 67, 12 cum -a sedecim comedit (IVV. 2, 53 luctantur paucae, comedunt -a paucae [*cf.* SCHOL. *ad l. supra l. 6*]). CHIRON 495 coques in aqua[m] -um porcinum (813 -um porcinum decoctum. 970). 576 de -is. 588 si quod iumentum -um fregerit. VEG. mulom. 2, 82, 5 vino et oleo calefacto -um ipsum, hoc est iuncturam coxae, diutissime confricant. GLOSS. III 287, 53 (658, 17) date sinape et collarem et -um (τὸν κολεόν *vel* κωλεόν). *nota!* APIC. 4, 179 collocas in caccabo super acronem -um (5, 208). *ibid.* -um acronem (*sc. diremptum pro* acrocolyphium; *v. s. v.* acron *vol. I p. 434, 12*).

compos. gr.: acrocolefium (-yphium?). *Mbr.*

colȳrium *v.* collyrium.

com *i. q.* cum, *v. vol. IV p. 1340, 35 sqq. 79 sqq.*

***coma**, -ae *f.*, κόμη (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 30 *infra l. 49*). DVB.

NOM. gramm. V 575, 9 -ae et -a. nam quidam vetabant dici; sed nunc admittitur (*cf.* 574, 2). NOT. Tir. 78, 64 -a. *legitur inde ab* ENNIO (*at deest* PLAVTO TER. CATONI) *per totam latinitatem, sed ita ut poetae saepius quam scriptores hoc vocabulo utantur; habent*: VARRO CIC. LIV. PAVL. FEST. SEN. rhet. SEN. phil. CVRT. PETRON. PLIN. nat. QVINT. FRONTIN. TAC. PLIN. epist. SVET. *al.*; *auctoribus p. 314, 16 sqq. enumeratis* (*ubi corrigas*: VARRO *quater* CIRIS *semel* CALP. ecl. *5ies* PLIN. nat. *31ies* STAT. *91ies*) *adde*: FRONTIN. CAPITOL. LAMPR. *singulis locis* FLOR. *bis* APVL. *10ies* SOL. *5ies* AVIEN. *16ies* AVSON. *8ies* AMM. *bis* VVLG. *13ies* CLAVD. *34ies*. PAVL. FEST. p. 63 -ae dicuntur capilli cum aliqua cura compositi. GLOSS. -a κόμη, capilli. -am crinem, caesariem. -as (comax *codd.*) cacumen herbarum. summitas herbarum. *cf. Daremberg-Saglio II 1355—1371. in usu est maxime pluralis, singularis collective usurpatus inde a* PACVVIO *et* ACCIO. *de singulis pilis locum certum non legi, nisi forte* CATVLL. 66, 93 *huc refers, ubi* -a *i. q. cincinnus,* πλόκαμος, βόστρυχος *significare videtur.* [*loc. corrupt.*: APVL. met. 2, 2 aurum in gemmis (-is *Hild.*) et in tunicis. SER. SAMM. 1088 facilis (frondis *leg.?*) lapathi -a latior (*sic vulgo*; cumulatior *codd.*).] *graecam scripturam* comē *v. p. 1754, 67 sqq.* [*val.* coamă, *it.* chioma, *prov. hisp* coma. *M.-L.*] *v. etiam nom. propr.*

I ***proprie*** (SERV. Aen. 5, 556 proprie -ae sunt non caesi capilli [ISID. orig. 11, 1, 30]. *cf.* 12, 89 'cornua cristae', id est -as quas Graeci κέρατα nominabant, unde et κείρειν dicunt tondere [tonderi *codd. pler. cf.* ISID. orig. 11, 1, 30 -a est Graecus sermo. nam -as Graeci κόμας a secando nominant, unde et κείρειν tondere]): **A** *generatim i. q. capilli capitis* (*rarius barbae; v. p. 1747, 47*): **1** *de hominibus* (*alios locos v. sub iuncturis*): ENN. ann. 349 aegro corde, -is passis. PACVV. trag. 350 agite, ite, evolvite rapite, -a tractate per aspera saxa et humum *eqs.* LVCIL. 288 iactari caput atque -as, fluitare capronas altas frontibus immissas. AFRAN. com. 244 et propter patruelem tuam constituit hilare anhelans, deiecta (delecta *codd.*) -a. VARRO frg. Non. p. 318, 26 hoc nomine antiquos secundis rebus -am (-as *codd.*) habitasse. LVCR. 4, 1224 *Venus* refert voltus vocesque -asque *maiorum.* VERG. Aen. 1, 319 dederatque -am diffundere ventis *Venus.* 2, 552 implicuitque -am laeva (-a laevam *P*). 2, 684 lambere flamma -as et circum tempora pasci. 7, 394 ventis dant colla -asque matres. HOR. carm. 3, 28, 10 cantabimus ... Neptunum et virides Nereidum -as. 4, 10, 3 et quae nunc umeris involitant deciderint -ae. TIB. 1, 8, 10 quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos saepeque mutatas disposuisse -as? 2, 2, 20 dum tarda senectus inducat rugas inficiatque -as. 2, 3, 26 Phoebi quaereret ille -am. PROP. 2, 1, 8 gaudet laudatis ire superba -is. 3, 14, 28 est neque odoratae cura molesta -ae (*sic Canterius,* domi *codd.*). 4, 8, 52 Cynthia ... non operosa -is, sed furibunda decens. LYGD. 6, 64 debueram sertis implicuisse -as. OV. am. 1, 14, 2 tingere quam possis, iam tibi nulla -ast. 1, 15, 37 sustineamque -a metuentem frigora myrtum. 3, 1, 12 fronte -ae torvae. epist. 11, 92 contigit inque meas unguibus ire -as. 20, 166 spissaque de nitidis tergit amoma -is. ars 1, 734 nec turpe putaris palliolum nitidis imposuisse -is. met. 2, 124 imposuitque -ae radios. 4, 7 serta -a, manibus frondentes sumere thyrsos. 4, 657 nam barba -aeque in silvas abeunt (14, 498 -aeque in plumas abeunt). 6, 552 arreptamque -a. 13, 410 tractata -is antistita Phoebi. fast. 4, 616 imposuitque suae spicea serta -ae. 6, 636 inque -is flammeus arsit apex. trist. 1, 7, 2 deme meis hederas ... -is. SEN. contr. 2, 6 (14), 2 quod unguento -a madet, tuum est. 7, 2 (17), 7 apprensum -ā caput. SEN. Herc. O. 1546 et -as nullo cohibente nodo. Phaedr. 731 crinis tractus et lacerae -ae, ut sunt, remaneant. 833 staretque recta squalor incultus -a. Tro. 272 ego esse quicquam sceptra nisi vano putem fulgore tectum nomen et falso -am vinclo decentem. dial. 10, 12, 3 dum aut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

disiecta -a restituitur aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur. epist. 115,2 iuvenes barba et -a nitidos. CVRT. 10,5,17 Persae -is suo (*sic Palmer*, commisso *codd.*) more detonsis in lugubri veste ... lugebant. LVCAN. 2,39 nunc laniate -as (genas *var. lect.*). 5,143 tum torta priores stringit vitta -as. 10,139 colloque -isque divitias Cleopatra gerit. CALP. ecl. 2,32 et mihi Flora -as pallenti gramine pingit. PLIN. nat. 37,190 polythrix in viridi capillaturam ostendit, sed defluvia -arum facere dicitur. VAL. FL. 2,26 prensum ... -is *Typhoeum*. 3,50 patet ad medias per devia noctes saetigerum latus et torvae -a sibila frontis (*sc. Panis*). SIL. 7,601 tum Garadum largumque -ae prosternit Adherben. 9,414 flavusque -arum Curio. STAT. Ach. 1,368 quantum cervice -isque emineat. 1,505 aut cur serta -is et multus honos? 1,523 exiliunt crines rigidisque laborat vitta -is. 1,617 serta -is mitramque levat. silv. 1,3,11 tunc Venus Idaliis unxit fastigia sucis permulsitque -is. 3,4,87 umerosque -a (*sic Schrader*, manu *M*) nudare nitentes. Theb. 3,431 terga -amque deae Scythica pater increpat hasta. 4,698 viridisque -is exhorruit umor. 5,606 ut laceros artus gremio miseranda recepit intexitque -is. 6,196 obnubit tenuia ora -is. 8,486 puer malasque -amque integer. 10,169 sertaque mixta -is. 10,422 puerique trahuntur ora supina -is. 11,227 raptumque -is diadema cremavit. 11,643 lacrimisque -isque siccabat *sanguinem vulneris*. 11,674 steteruntque trementes ceu visu squalore -ae (*P*, genae ω). 12,320 pressumque -is ac veste cruorem. 12,363 sub veste -isque squalentem. MART. 2,29,5 cuius olet toto pinguis -a Marcelliano. 12,23,1 dentibus atque -is ... uteris emptis. 12,64,1 vincentem roseos facieque -aque ministros Cinna cocum fecit. QVINT. inst. 1,6,44 -am in gradus frangere (*cf.* SVET. Nero 51 -am semper in gradus formatam). FRONTIN. strat. 1,11,10 hominem coturnis et veste purpurea ⟨ac⟩ -a venerabilem. TAC. hist. 2,9 caput insigne oculis -aque et torvitate vultus. SVET. Vit. 17 reducto -a capite. APVL. flor. 3 p. 13 quod erat et -ā relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus *eqs.* met. 10,30 inter -as eius aureae pinnuleae ... prominebant. AMPEL. 30,3 aures tectas -is. TERT. anim. 51 -ae quoque alimenta de cerebro. virg. vel. 7 -a pro operimento est *mulieri*. ITALA num. 6,5 (Lugd.) sanctus erit nutriens -am capilli sui (τρέφων κόμην τρίχα, VVLG. crescente caesarie capitis eius). PORPH. Hor. epist. 1,18,7 bene non '-ā tonsa', sed 'cute', ut de capillis id videatur remanere, quod cutis est. NEMES. ecl. 1,9 hos annos canamque -am, vicine Timeta, tu iuvenis carusque deis in carmina cogis? SOL. 17,1 iuxta viros ac feminas taedet crinium: uterque sexus -as tondet. ITIN. Alex. 6 relicinam -am iacere sibi in contrarium fecerat. CAPITOL. Ver. 10,7 dicitur ... tantam habuisse curam flaventium capillorum, ut capiti auri ramenta respergeret, quo magis -a illuminata flavesceret. AVIEN. orb. terr. 1311 effluа semper his -a liventes imita[n]tur crine hyacinthos. ANTH. 374,2 Diogenem meretrix derisum Laida monstrat barbatamque -am (*i. barbam*) frangit amica Venus. AVSON. 106,4 (= CARM. poet. min. V 50,9,4) ut complexa manu madidos salis aequore crines humidulis spumas stringit utraque -is (*sc. Cypris Apellis opus*). EVTR. 7,18 erecto -ā capite. SERV. Aen. 6,300 veteres enim non solum -am ornabant, sed etiam barbam, ut nonnullas videmus statuas. AMBR. epist. 69,6 ergo et pariant, ergo parturiant, qui crispant -am sicut feminae. HIER. epist. 17,2,3 catena, sordes et -ae non sunt diadematis signa, sed fletus. 64,13 *pileolum* non habet acumen in summo nec totum usque ad -as caput tegit. in Soph. 1 p. 687 qui in femineo languore mollitus -am nutrit, vellit pilos, cutem polit ad speculum comitur. VVLG. Iudith 13,9 apprehendit -am capitis eius. cant. 5,11 -ae eius sicut elatae palmarum. 7,5 et -ae capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus. CLAVD. 13,1 solitas galea fulgere -as ... molli necte corona. 24,247 sine lege -ae. PAVL. NOL. epist. 23,19 levis est sanctorum -a, impiorum gravis. *ibid.* -a tristi leonem ... referens. 23,20 *bis*. 23,24 feminis tantum -am apostolica reliquit auctoritas. NICET. symb. frg. 3,10 p. 168 capilli acu crispati, -ae retro quidem cervicem cooperientes, ante autem frontem penitus abscondentes. PHYSIOGN. 131 interdum -a capitis gloriabuntur. MART. CAP. 1,75 ipsius vero divi auro tinctam caesariem -asque crederes bracteatas. VEN. FORT. vita Leob. 2,6 -a capitis detonsus efficitur monachus. CORP. VIII 1523,1 detrahe serta -is. IX 3146 Acca L. f. prima ministra Matris Magnae Matrem refecit Magnam et inauravit et Attini -am inauravit et Bellonam refecit. *nota -a personata*: CATVLL. 66,51 *v. p. 1748,23*. STAT. silv. 3,4,1 ite, -ae, facilemque, precor, transcurrite pontum *eqs.* **2** *de bestiis i. q. vellus, saeta, pilus*: ACC. trag. 211 agnum inter pecudes aurea clarum -a. VERG. Aen. 10,725 gaudet ... -asque arrexit *leo*. OV. fast. 3,452 creditur hic (*i. equus Gorgoneus*) caesae gravida cervice Medusae sanguine respersis prosiluisse -is (*sic R*, iubis *V*). SEN. Herc. f. 789 attollit hirtas angue vibrato -as. Herc. O. 735 sic languet omne vellus et perdit -as. Thy. 227 -a *arietis*. PLIN. nat. 31,14 nam qui (*boves*) e Sybari bibant, nigriores esse durioresque et crispo capillo, qui e Crathi, candidos mollioresque ac porrecta -a. VAL. FL. 3,436 glaucasque -is praetexere frondes imperat. APVL. met. 6,11 de -a pretiosi velleris floccum ... quaesitum afferas censeo. SOL. 27,13 *leones* longiores et -a (ca- *M*) simplici acres magis. 27,59 sphinges villosae -is (*sic pars codd. cum* ISID., *alii aliter*). AVG. ord. 1,8,25

in eisdem ipsis gallis erat videre intenta proiectius capita, inflatas -as (*i. cristam gallinam*). SIDON. epist. 4,20,1 flammeus cocco rutilus auro lacteus serico, tum cultui tanto -a rubore cute concolor *equus*. LEX Visig. 8,4,3 tit. si caballi aut cuiuscumque animalis -a vel cauda turpetur. **3** *de rebus personatis*: SEN. Oed. 592 Luctus avellens -am. MART. 5,30,4 cultis ... Elegia -is. 10,50,4 *de Gloria*. ANTH. 409,1 Corduba, solve -as et tristes indue vultus (409,13). AVSON. 220,3 Virtus ... incomptas lacerata -as. PRVD. psych. 312 Luxuria ... delibuta -as. RVT. NAM. 1,116 erige crinales lauros seniumque sacrati verticis in virides, Roma, refinge (recinge *B*) -as.

B *sensu artiore*: **1** *crines flexi vel pexi*: TIB. 1,9,68 tune putas illam pro te disponere crines aut tenues denso p e c t e r e dente -as? (2,5,8 longas nunc bene pecte -as. OV. epist. 13,39 ipsa -as pectar, galea caput ille premetur. IVV. 6,496 pectitque -as). PETRON. 126 flexae pectine -ae (MART. 10,65,6 tu flexa nitidus -a vagaris). MART. 7,58,2 -a ... pexaque barba. **2** *crines compti*: VERG. Aen. 6,48 non comptae mansere -ae. TIB. 3,8,10 seu solvit crines, fusis decet esse capillis, seu compsit, comptis est veneranda -is. OV. am. 1,1,20 aut longas compta puella -as. epist. 20,88 comuntur nostrae matre iubente -ae. fast. 2,560 nec tibi ... comat virgineas hasta recurva -as. Pont. 3,3,16 nec bene dispositas comptus, ut ante, -as. QVINT. inst. 2,5,12 inustas -as acu comentibus.

3 *crines abscissi sim.*: CATVLL. 66,51 abiunctae paulo ante -ae mea fata sorores lugebant. VERG. Aen. 4,590. OV. epist. 11,116 in tua non tonsas ferre sepulcra -as. fast. 3,562 mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillae vertice libatas accipiuntque -as. STAT. Theb. 6,516 tibi Lerna -as Larisaque supplex poneret. MART. 5,68,1 Arctoa de gente -am tibi, Lesbia, misi. *cf. etiam p. 1750,50 sqq.*

iuncturae: **1** *nominales*: **a** *genetivus pendet a substantivo*: comae (comarum): crementum: TERT. anim. 51 Democritus crementa unguium et -arum . . denotat. decus: CLAVD. 20,282 aurea sanctarum decus immortale -arum defluxit capiti turris. defluvium: PLIN. nat. 37,190. discordia: PAVL. NOL. epist. 23,19 qua hominum -arumque discordia decemur. fucus: MART. CAP. 6,696 omnes Indi -arum fuco decorantur alii caeruleis alii crocinis fulgoribus tincti. honor: STAT. silv. 3,4,10 forsan et ipse -ae numquam labentis honorem praemetet. horror: LVCAN. 5,154 nulloque horrore -arum excussae laurus. VAL. FL. 1,229 STAT. Theb. 8,389. insigne: STAT. Theb. 11,559. intervalla: CLAVD. 18,115 deserta patebant intervalla -ae. libamen: STAT. Theb. 12,489 maestarumque super libamina secta -arum. libertas: CLAVD. rapt. Pros. 2,149 aspernata choros libertatemque -arum. margo: STAT. silv. 2,1,45 castigatae collecta modestia frontis ingenuique super crines mollisque decorae margo -ae. moles: STAT. Theb. 10,908. nubes: STAT. Theb. 6,587 intonsae sub nube -ae. odor: CLAVD. 10,239 fundique -arum gratus odor. orbis: MART. 2,66,1 unus de toto peccaverat orbe -arum anulus. orbita: STAT. Theb. 10,551 resupinarum patet orbita lata -arum. ornatus: TIB. 1,10,62. pars: LVCAN. 9,672. praesidium: PETRON. 105 notae quoque literarum non adumbratae -arum praesidio. serta: CLAVD. rapt. Pros. 3,126 quotiens flaventia serta -arum sponte cadunt. silva: IVV. 9,13 horrida siccae silva -ae. squalor: SIL. 3,541 CLAVD. 15,408. strues: PAVL. NOL. carm. 25,85 aut implexarum strue tormentoque -arum turritum sedeas aedificata caput. suggestus: STAT. silv. 1,2,114 celsae procul aspice frontis honores suggestumque -ae. tormentum: *v. supra l. 53.* **b** *adiectiva*: *α de colore*: alba: OV. am. 1,8,111. albentes: OV. ars 2,666 met. 13,534 Pont. 4,12,30. aurea: ACC. trag. 211 (*proprie*). OV. met. 12,396 (*i. flava, rutila*). caerula: OV. met. 11,158 quercu -a caerula tantum cingitur. cana: TIB. 1,2,92 et manibus canas fingere velle -as. 1,6,86 PROP. 2,18,18 LYGD. 1,10 SEN. Phoen. 440. Tro. 184 cana nitentem perculit iuvenem -a. MART. 4,53,3 NEMES. ecl. 1,9. *cf.* semicanae: APVL. met. 9,30. croceae: OV. ars 1,530. flammea: SEN. Herc. f. 87 ignem flammeae spargant -ae *Eumenidum*. flava: HOR. carm. 1,5,4 TIB. 1,5,44. OV. fast. 3,60 et suberat flavae iam nova barba -ae. VAL. FL. 8,237 sua flavis reddita cura -is. SIL. 5,220 (*cf.* OV. met. 6,118 flava -as ... mater. 9,307. AVSON. 328,10 flava -as). flavens: VERG. Aen. 4,590 OV. epist. 5,122 STAT. Theb. 4,262. fulva: PROP. 2,2,5 OV. Pont. 3,2,74. myrtea: LYGD. 4,28. nigra: PROP. 3,5,24 (integras *codd.*). OV. am. 2,4,42 trist. 4,8,2 MART. 4,36,1. 8,64,7 sit moro -a nigrior caduco. nigrantes: SEN. Herc. f. 689 horrent opaca fronde nigrantes -ae. purpurea: TIB. 1,4,63 carmine purpurea est Nisi -a. PROP. 3,19,22 tondes purpurea regna paterna -a (*sc. Scylla*). rutilae: LVCAN. 10,131 crines, ut nullis Caesar Rheni se dicat in arvis tam rutilas (nitidas *pars codd.*) vidisse -as. PLIN. nat. 6,88 STAT. Theb. 3,408. TAC. Agr. 11 rutilae Caledoniam habitantium -ae. Germ. 4 MART. CAP. 6,697. semicana *v. supra l. 62.* viridis: HOR. carm. 3,28,10 TIB. 1,7,34 COLVM. 10,70. *β de natura et cultu*: ambrosiae: VERG. Aen. 1,403 SIL. 12,245. 15,24. aniles: SEN. Herc. O. 925. antiquae: OV. trist. 4,10,94. bratteata: MART. CAP. 1,75. brevis: SEN. Phaedr. 803 MART. 9,17,8. IVV. 2,15 supercilio brevior -a. caelestis: OV. fast. 5,220. captivae: MART. 14,26,2 captivis poteris cultior esse -is. conglomerata: PACVV. trag. 20[a] -a prolixa impexa conglomerata atque horrida. crispa: SIL. 16,120 DARES 13 capillis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nigris -a crispa. culta: *v. p. 1750, 59.* decens: SEN. Tro. 272. decora: STAT. silv. 2, 1, 44. deiecta: AFRAN. com. 244. densae: Ov. am. 1, 14, 42. dives: MART. 11, 8, 10. dividua: Ov. am. 1, 5, 10. efflua: AVIEN. orb. terr. 1310. faciles: SIL. 8, 559 Martia frons facilesque -ae nec pone retroque caesaries brevior. flexilis: VAL. FL. 5, 585. florens: CIRIS 387 -a Sidonio florens ... ostro. formosae: Ov. am. 1, 14, 31. gracilis: MORET. 88 Ov. am. 1, 14, 23. gratae: SEN. Phaedr. 769 et gratae capiti deficiunt -ae. STAT. Ach. 1, 162. gravidae: VAL. FL. 6, 709 sanguine vultus et gravidae maduere -ae. gravis: PROP. 2, 26, 4 SEN. Thy. 505 PAVL. NOL. epist. 23, 19. 20. hirsuta: Ov. ars 1, 108 fast. 3, 332 (*cf.* trist. 1, 1, 12 hirsutus sparsis ut videare -is). CVRT. 9, 10, 9. hirta: SEN. Herc. f. 789 Herc. O. 376 CVRT. 5, 6, 18 LVCAN. 8, 680. SIL. 1, 613 (-ae *Sang.*; togae *Col.*). 13, 861. horrida: PACVV. trag. 20ª. TIB. 1, 9, 14 ventis horrida facta -a *est*. LVCAN. 6, 656. impexa: PACVV. trag. 20ª. Ov. fast. 3, 398 impexas debet habere -as. LVCAN. 6, 518 facies ... impexis onerata -is. implexae: PAVL. NOL. carm. 25, 85. incomptae: AVSON. 220, 3. *cf.* SEN. Ag. 586 incomptae -as Iliades. incultae: Ov. fast. 3, 470 CLAVD. rapt. Pros. 1, 55. indignae: EPICED. Drusi 40. indocilis: CLAVD. rapt. Pros. 2, 31 indociles errare -ae. ingentes: IVV. 2, 96. inornatae: Ov. am. 3, 9, 52 epist. 8, 10. insignis: TIB. 1, 3, 66. instabiles: CLAVD. 11, 12. intonsa: ACC. trag. 672 VARRO Men. 123 TIB. 2, 3, 12. 3, 10, 2 (*cf.* Ov. met. 5, 87 intonsumque -as Helicen). SEN. Phaedr. 754 CVRT. 4, 13, 5. 9, 10, 9 SIL. 4, 204. 15, 671 Rhodanique -as intonsa iuventus. STAT. Theb. 6, 587. invisae: Ov ars 3, 242. inustae: QVINT. inst. 2, 5, 12. lacerae: SEN. Phaedr. 731 LVCAN. 2, 31. VAL. FL. 3, 314 laceras ... fusa -as. FLOR. epit. 1, 1, 14. lēvis: Ov. met. 12, 409 ut sit -a pectine levis. lĕvis: PAVL. NOL. epist. 23, 19. longa: HOR. epod. 11, 28 TIB. 2, 5, 8 Ov. am. 1, 1, 20 fast. 4, 238. 6, 91 trist. 5, 7, 50. 5, 10, 32 MART. 1, 31, 4. 4, 45, 8. 6, 16, 4. 9, 17, 8. madida: Ov. am. 1, 6, 38 epist. 14, 30. 17, 104 ars 3, 224. Pont. 4, 1, 30 (*cf.* SEN. Thy. 780 madidus unguento -am). MART. 3, 65, 8 quod madidas nardo passa corona -as *olet.* 4, 3, 6 et madidis Helicen dissimulare -is. 14, 50, 2. maestae: Ov. fast. 4, 854 STAT. Theb. 12, 489. merita: STAT. Theb. 6, 625 MART. 4, 54, 2. mollis: Ov. met. 14, 554 SEN. Ag. 712 STAT. Theb. 9, 375 MART. 4, 42, 7. nitida: PROP. 3, 10, 14 Ov. epist. 20, 166 ars 1, 734 fast. 3, 2 trist. 2, 172 STAT. silv. 3, 5, 28. nitidissima: Ov. ars 3, 443. nodosae: Ov. Pont. 3, 1, 124. odorata: PROP. 3, 14, 28 (adoratae *N*). Ov. ars 2, 734. pinguis: MART. 2, 29, 5. SVET. Nero 20 insignes pinguissima -a. plurima: Ov. met. 13, 844. priores: LVCAN. 5, 142 (*i. prope frontem sitae*). prolixa: PACVV. trag. 20ª APVL. flor. 15 p. 51. putris: MART. 4, 53, 3 cana putrisque. rara: Ov. am. 1, 8, 111. recta: SEN. Phaedr. 833 epist. 95, 24. regalis: VERG. Aen. 7, 75. rigidae: SEN. Phaedr. 757 SIL. 3, 541 STAT. Ach. 1, 523 CLAVD. 20, 234. saevae: MART. 2, 66, 4. sancta: TIB. 1, 10, 22. 2, 2, 6 STAT. Theb. 3, 466. 10, 908 CLAVD. 20, 282. saucia: STAT. silv. 3, 4, 84. severae: STAT. Ach. 1, 289. sibila: VAL. FL. 3, 50. sicca: IVV. 9, 12. simplex: SOL. 27, 13. sordida: MART. 8, 3, 10 unguento. spissa: HOR. carm. 3, 19, 25 spissa te nitidum -a. splendidae: SEN. Phaedr. 246. squalens: Ov. fast. 3, 640 SIL. 2, 668. 6, 428 STAT. Theb. 2, 135. squalida: SEN. Oed. 625 Tro. 450. summa: Ov. fast. 3, 14. tenuis: TIB. 1, 9, 68. teres: VARRO Men. 132. torvae: Ov. am. 3, 1, 12 STAT. Theb. 10, 644. tristis: STAT. Theb. 10, 606 PAVL. NOL. epist. 23, 19. turbida: Ov. epist. 10, 16 utque erat e somno turbida, rapta -ast.

γ *adiectivum pro genitivo possess. subst.*: CATVLL. 66, 93 -a regia fiam. VERG. Aen. 6, 288ᵇ vipereae circum ora -ae cui sibila torquent. Ov. epist. 9, 64 aptior Herculeae populus alba -ae. fast. 2, 560 virgineas ... -as (SEN. Ag. 312. STAT. Theb. 2, 255 virgineas libare -as). Ov. trist. 4, 4, 78 cinxerat et Graias barbara vitta -as. 4, 7, 12 ora Medusae Gorgonis anguineis cincta fuisse -is. LVCAN. 9, 632 femineae ... more -ae. MART. 8, 33, 20 Latias ... -as. 9, 16, 6 nec Ganymedeas mallet habere -as. 12, 82, 10 dicet Achilleas disposuisse -as.

2 *verbales*: **a** *pro subiectivo*: absentes fiant: MART. 9, 37, 2. ardent: VERG. Aen. 11, 77. STAT. silv. 2, 1, 162 liquores arsuram lavere -am. cadunt: SIL. 12, 245 (decidunt: HOR. carm. 4, 10, 3). cedit: STAT. silv. 3, 4, 84. cingunt: Ov. trist. 4, 7, 12 ora Medusae Gorgonis anguineis cincta fuisse -is. consurgit: CLAVD. carm. min. 30, 3 gemmis. cooperiunt: NICET. symb. frg. 3, 10 p. 168 cervicem. dat: MART. 9, 36, 11 an tibi si dederit vultus -a tonsa viriles. decet: Ov. ars 3, 153 (*adde* decens *supra l. 1*). dedecent: Ov. am. 1, 7, 12. deficit: SEN. Phaedr. 769 dial. 10, 12, 3. dependet: Ov. met. 12, 396. errant: CLAVD. rapt. Pros. 2, 31. fallit: Ov. ars 3, 443 nec -a vos fallat liquido nitidissima nardo. ferunt: Ov. am. 1, 14, 24 cum graciles essent tamen et lanuginis instar ... male vexatae quanta tulere -ae. flagellant: MART. 4, 42, 7 mollesque flagellent colla -ae. flagrat: SEN. Med. 839 vincatque suas flagrante -a nova nupta faces. flavescit: CAPITOL. Ver. 10, 7. fluctuant: GELL. 5, 14, 9 toris -isque cervicum fluctuantibus. fluunt: PROP. 2, 3, 13 nec de more -ae per levia colla fluentes. AMM. 16, 12, 36. CLAVD. 8, 200 nec adhuc per colla fluebant moturae convexa -ae (defluunt: Ov. met. 6, 141 PRVD. perist. 10, 273 dum defluentem leniter flectens -am limat capillos et corymbos Liberi). fulgent: CLAVD. 13, 1. fulgurat: STAT. Theb. 5, 440 simili a fulgurat astro. horrent: Ov. fast. 2, 502 SEN. Herc. f. 468. 689 Herc. O. 789 Oed. 230 Tro. 884 STAT. Theb. 2, 544 AMM. 16, 12, 38 RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 2. horrescit: PHAEDR. app. 6, 3 SEN. Ag. 712. iacent: PROP. 2, 8, 34 *sparsae* caede. Ov. fast. 2, 772 neglectae. SEN. Phaedr. 804 ITIN. Alex. 6. insunt *v. s.* perire. involitant: HOR. carm. 4, 10, 3. iuvat: MART. 7, 58, 2 dum -a te nimium pexaque barba iuvat. labuntur: Ov. ars 3, 238 STAT. silv. 3, 4, 10. ludunt: CLAVD. 11, 12 ludentque ventis instabiles -ae. CORIPP. Ioh. 3, 98 ludunt cervixque -aeque. madet: CIC. p. red. in sen. 13 vini somni stupri plenus, madenti -a, composito capillo. SEN. contr. 2, 6 (14), 2 unguento. SEN. Herc. f. 469 LVCAN. 10, 165 VAL. FL. 6, 709. manent: VERG. Aen. 6, 48 STAT. Theb. 2, 97. mutat: MART. 8, 33, 20 et mutat Latias spuma Batava -as. CLAVD. 15, 210 seniique colorem mutavere -ae. nitet: STAT. Ach. 1, 162 fulvoque nitet -a gratior auro. STAT. Theb. 9, 702. obruit: SEN. Thy. 506 multo gravis squalore vultus obruat maestos -a. obumbrat: APVL. flor. 15 p. 51 cervicem. olet: MART. 2, 29, 5. onerant: LVCAN. 6, 518 facies ... onerata -is. perdit: MART. 14, 146, 2 perdidit unguentum cum -a. pereunt: Ov. am. 1, 14, 31. perfundunt: SEN. Phaedr. 394. prominet: Ov. met. 13, 845. CVRT. 5, 6, 18 -ae prominent hirtae. prosunt: TIB. 2, 3, 12. radiat: CLAVD. carm. min. 30, 4 solitam ... Rubro radiare mari ... -am. rapiunt: Ov. met. 7, 288 barba -aeque ... rapuere colorem. remanent: SEN. Phaedr. 732. rigent: Ov. met. 3, 100 gelidoque -ae terrore rigebant. LVCAN. 1, 193. STAT. Theb. 5, 238 (derigescunt [dir-]: Ov. fast. 3, 332 hirsutae deriguere -ae. epist. 5, 122). rorant: Ov. met. 5, 488 rorantesque -as a fronte removit ad aures. STAT. Theb. 2, 136. sedent: CLAVD. 20, 234 rigidae. senescit: SVET. Dom. 18. sordet: STAT. Theb. 4, 262 pulvere belli. APVL. met. 9, 30. spargunt: SEN. Herc. f. 87. spectant: PETRON. 126 quo spectant? spirant: VERG. Aen. 1, 403 divinum ... odorem. VAL. FL. 5, 585 multa ... aura. stant: VERG. Aen. 2, 774 steteruntque -ae et vox faucibus haesit (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.; item* 3, 48). *cf.* 4, 280. 12, 868 arrectaeque horrore -ae et vox faucibus haesit. Ov. met. 7, 631 SEN. Herc. f. 893 STAT. Theb. 10, 606. 11, 674 (*v. p. 1747, 23*). MART. 4, 53, 4. stillat: LYGD. 4, 28 Syrio ... rore. succrescunt: ARNOB. nat. 5, 14. surgit: VAL. FL. 1, 208 per auras. STAT. Ach. 1, 856 fronte relicta. tegit: Ov. am. 1, 5, 10 colla. trist. 5, 7, 50. 5, 10, 32 pellibus et longa corpora tecta -a. MART. 6, 57, 2. AMPEL. 30, 3 aures (*cf.* obtegit: SEN. Tro. 450 squalida obtectus -a). torquent: VERG. Aen. 6, 288ᵇ. volant: VARRO Men. 132. **b** *pro obiecto* (*legitur* -am *vel* -as *saepissime in accusativo qui vocatur graecus, exempla v. infra passim*): abiungere: CATVLL. 66, 51. accipere: PROP. 4, 11, 34 vinxit et acceptas altera vitta -as. SEN. Phaedr. 1182. adurere: LAMPR. Comm. 17, 3 -am et barbam timore tonsoris. amare: MART. 4, 42, 8 tortas non amo ... -as. ambire: Ov. Pont. 3, 2, 74 ambiat ut fulvas infula longa -as. arrigere: VERG. Aen. 4, 280. 10, 725. 12, 868 (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.*). VAL. FL. 2, 213 (*adde*: erigere: Ov. epist. 15, 67 gelidusque -as erexerat horror. LVCAN. 5, 171. CLAVD. carm. min. 17, 11. subrigere: SIL. 13, 861 cui subrigitur -a fronte). aspicere: STAT. silv. 3, 4, 32. auferre: SEN. Phaedr. 1094 auferunt dumi -as. caedere: TIB. 1, 7, 34 dura ... falce. EPICED. Drusi 98 (abscidere: SEN. Phaedr. 1182 laceraeque frontis accipe abscisam -am. decidere: CIRIS 387. recidere: MART. 1, 31, 4). calamistrare: CIC. Sest. 18. cingere: VERG. Aen. 8, 274 fronde. HOR. carm. 3, 30, 16 lauro. PROP. 3, 17, 30 Ov. am. 1, 7, 36 met. 11, 158 trist. 4, 4, 78 SEN. Med. 574 Oed. 412. Herc. O. 578 cinctus -am. COLVM. 10, 165 tu cinge -as, tu dissere crines. VAL. FL. 4, 418 cincta -as. SIL. 13, 331 MART. 4, 54, 2. 7, 89, 2 CLAVD. 28, 66. cogere: SEN. Phaedr. 402. cohibere: SEN. Herc. O. 1546. colere: TIB. 1, 4, 4 non tibi barba nitet, non tibi culta -a est. VAL. FL. 5, 587 MART. 5, 30, 4. comere: *v. p. 1748, 16 sqq.* compellere: SEN. dial. 10, 12, 3. componere: Ov. epist. 12, 156 sertaque compositis demere rapta -is. rem. 679 SIL. 15, 29 QVINT. inst. 11, 3, 148 (recomponere: Ov. am. 1, 7, 68 pone recompositas in statione -as). concutere: Ov. fast. 2, 846 CLAVD. 26, 487. condere: MART. 14, 50, 2. contorquere: PROP. 4, 7, 80 molli contortis alligat ossa -is. coronare: MART. 10, 50, 4. crispare: AMBR. epist. 69, 6. HIER. epist. 52, 5, 6 calamistro. damnare: STAT. silv. 5, 1, 136 maestaque -am damnare cupresso. decorare: TIB. 2, 2, 6 cui decorent sanctas mollia serta -as. deformare: VAL. FL. 3, 716 multaque ... harena. delibuere: PRVD. psych. 312 delibuta -as. deradere: APVL. met. 5, 30. discerpere: APVL. met. 9, 30. disicere: Ov epist. 12, 63 disiectamque -as. SEN. dial. 10, 12, 3. dispergere: CLAVD. rapt. Pros. 1, 55 dispersa -as. disponere: TIB. 1, 8, 10 Ov. Pont. 3, 3, 16 MART. 12, 82, 10 ANTH. 458, 2. dissipare: SEN. Tro. 468. emere: MART. 12, 23, 1. erigere: *v. supra l. 46*. excutere: STAT. Theb. 2, 136 excussa -as. QVINT. inst. 11, 3, 71 VVLG. Ier. 51, 38 IV Esdr. 1, 8. expedire: STAT. silv. 3, 4, 89. exuere: STAT. Theb. 11, 460 vittis exuta -am. ferre: Ov. epist. 11, 116 SVET. Dom. 18. figere: MART. 14, 24, 2. fingere: TIB. 1, 2, 92. PROP. 3, 10, 14 presso pollice. Ov. medic. 29 ars 1, 306 MANIL. 5, 149 SEN. Phaedr. 372 STAT. Theb. 5, 228. flectere: PRVD. perist. 10, 273 defluentem leniter flectens -am. *adde p. 1748, 15.* foedare: PROP. 2, 9, 13. COMM. instr. 2, 8, 11 barbam ⟨atque⟩ -am. formare: SVET. Nero 51 (deformare: *supra l. 46*). frangere: QVINT. inst. 1, 6, 44 (*v. p. 1747, 27*) ANTH. 374, 2. fundere: TIB. 2, 5, 66 iactavit fusas et caput ante

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-as. PROP. 3, 13, 18 OV. rem. 594 fast. 4, 458 SEN. Ag. 314 Oed. 440 Tro. 468 OCTAVIA 745 LVCAN. 2, 32. VAL. FL. 3, 315 fusa -as. SIL. 7, 196. 14, 570 fusa -as. STAT. Theb. 8, 243 (diffundere: VERG. Aen. 1, 319 OV. epist. 5, 114 fast. 3, 538 SIL. 15, 24. AVIEN. Arat. 593 diffusamque -as. AVSON. 353, 8. effundere: TIB. 1, 3, 8. PROP. 2, 13, 56 effusa ... isse -a. OV. am. 1, 9, 38 epist. 7, 70 ars 3, 784. met. 13, 688 effusaeque -as ... matres. fast. 1, 405. 6, 514 SEN. Oed. 403 LVCAN. 2, 335. 9, 172 solutas ... effusa -as. AVIEN. orb. terr. 1129. perfundere: SIL. 9, 514 multa . . . harena. refundere: STAT. Theb. 5, 220 per colla. PAVL. NOL. carm. 25, 128 fronte micans gemmis, pone refusa -am). gerere: STAT. Theb. 1, 406. habitare (*i. habere*): VARRO frg. Non. p. 318, 26. honorare: OV. Pont. 2, 2, 92. iacere: SEN. Phaedr. 394 temere (deicere: AFRAN. com. 244. disicere: *p. 1750, 71.* proicere: CLAVD. rapt. Pros. 2, 30. *adde*: iactare: LVCIL. 288 VARRO Men. 132 TIB. 2, 5, 66 OV. fast. 4, 244 FLOR. epit. 2, 7, 4). illuminare: CAPITOL. Ver. 10, 7. impedire: OV. am. 3, 6, 56 epist. 14, 30. implicare: VERG. Aen. 2, 552 LYGD. 6, 64. OV. epist. 9, 94 implicitis angue minante -is. fast. 5, 220. increpare: STAT. Theb. 3, 431. induere: VAL. FL. 2, 265. inficere: TIB. 2, 2, 20. OV. trist. 4, 8, 2 inficit et nigras alba senecta -as. inflare: AVG. ord. 1, 8, 25. involvere: SIL. 16, 120 crispamque involvere visa est mitis flamma -am. lacerare: OV. met. 11, 726 ora, -as, vestem lacerat. 13, 534 lacerata -as. SEN. Tro. 409 OCTAVIA 329 COLVM. 10, 70. AVSON. 220, 3 lacerata -as (dilacerare: HOMER. 29). lambere: VERG. Aen. 2, 684. laniare: OV. met. 4, 139 laniata -as (EPICED. Drusi 317 SEN. Phoen. 440 LVCAN. 2, 335). LVCAN. 2, 39 (dilaniare: OV. am. 3, 9, 52 inornatas dilaniata -as). lavare: PROP. 4, 6, 74 perque lavet nostras spica Cilissa -as. STAT. silv. 2, 1, 162. Theb. 2, 723 lota -as. 3, 408. laudare: PROP. 2, 1, 8. legere: OV. ars 2, 666. libare: OV. fast. 3, 562 STAT. Theb. 2, 255. ligare: LVCAN. 3, 280 auro. STAT. Ach. 1, 289 fronde. AVIEN. orb. terr. 1129 (deligare: PRIAP. 83, 10 saepe floribus novis tuas sine arte deligavimus -as. religare: HOR. carm. 1, 5, 4. 2, 11, 24 in comptum ... nodum. irreligare: OV. ars 1, 530). mentiri: PROP. 2, 18, 28 *puella* mentita suas vertit inepta -as. minuere: OV. am. 1, 14, 42. mirari: OV. am. 1, 14, 47 STAT. silv. 3, 4, 81. miscere: OV. trist. 4, 10, 94 canities ... venerat antiquas miscueratque -as. STAT. Theb. 12, 386 lacrimasque -asque. mittere: MART. 5, 68, 1. 10, 50, 4 (*cf.* demittere: PROP. 2, 24, 52 demissis plangas pectora nuda -is. SEN. Tro. 100 [dimissa *libri*]. HIER. in Ier. 7, 29 p. 896 apud veteres haec erat omnium consuetudo lugentium tondere caesariem. at nunc e contrario -am demittere luctus indicium est. emittere: SEN. Phaedr. 402. promittere: VARRO Men. 311 quod tum erant in Graecia -a promissa, rasa barba, pallia trahentes. OV. trist. 4, 2, 3 promissis [prolixis *et* demissis *alii codd.*] ...-is. EPICED. Drusi 86 LIV. 38, 17, 3 STAT. Ach. 1, 629. summittere: SVET. Cal. 47 Nero 51). movere: OV. am. 1, 7, 12 nec dominam motae dedecuere -ae. epist. 19, 20. STAT. Theb. 10, 75 (removere: OV. met. 5, 488). mutare: TIB. 1, 8, 10. 43 OV. Pont. 1, 4, 50 MART. 10, 103, 10. nectere: OV. am. 1, 2, 23 myrto. epist. 18, 134. fast. 6, 92 nexa -as. Pont. 3, 1, 124 nexaque nodosas angue Medusa -as. STAT. Ach. 1, 10 Theb. 7, 170 CLAVD. 13, 1. 22, 229 nexa -am (innectere: VERG. Aen. 7, 353. CLAVD. 28, 378 -as innexus. subnectere: STAT. silv. 5, 3, 115 specieque -am subnexus utraque). neglegere: OV. ars 3, 153 fast. 2, 272. STAT. Theb. 4, 743 neglecta -am. nodare: CLAVD. 3, 119 adamante (renodare: HOR. epod. 11, 28). nutrire: ITALA num. 6, 5 (Lugd.) HIER. in Soph. 1 p. 687 quaest. hebr. in gen. p. 69, 18 VVLG. Ezech. 44, 20. I Cor. 11, 14 *et* 15 (*κομᾷ. cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 11, 14/5 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 6, 11 PELAG. in I Cor. 11 p. 749[D] RVFIN. hist. mon. 7 p. 419[B]). AVG. op. monach. 31, 39 ISID. reg. monach. 12, 4. LIB. pontif. p. 15, 5 *opp.* tondere. obnubere: VERG. Aen. 11, 77 amictu. STAT. Theb. 1, 305. ornare: OV. ars 3, 138. STAT. Theb. 3, 467 cānentis olivae fronde. SERV. Aen. 6, 300 CLAVD. 22, 473 carm. min. 30, 4 (exornare: SEN. Herc. f. 912 populea nostras arbor exornet -as). ostendere: SEN. Phoen. 440 SIL. 2, 669. pandere: ENN. ann. 349 -is passis. OV. met. 2, 238. pectere: *v. p. 1748, 11* (repectere *infra l. 83*). perdere: SEN. Herc. O. 735. permulcere: OV. met. 2, 733. perurere: PROP. 4, 9, 46 Libyco sole perusta -a. pingere: CALP. ecl. 2, 32 MART. 6, 57, 2. polluere: MART. 10, 66, 4 uncto . . . igne. ponere: OV. am. 1, 7, 68. ars 1, 306 quid totiens positas fingis inepta -as? 3, 434 rem. 606 fast. 1, 406 SEN. Herc. f. 853 STAT. Theb. 6, 516 CLAVD. rapt. Pros. 3, 380 (componere: *v. p. 1750, 60.* deponere: OV. ars 3, 38 MART. 5, 48, 6. disponere *v. p. 1750, 72*). porrigere: PLIN. nat. 31, 14. prehendere: OV. met. 12, 223 STAT. Theb. 9, 881. premere: VERG. Aen. 5, 556 OV. am. 1, 10, 6 epist. 3, 120 Pont. 4, 1, 30 SEN. Phaedr. 651 (*cf.* deprimere: SEN. Tro. 884 horrentes -as. exprimere: OV. ars 3, 224 nuda Venus madidas exprimit imbre -as. *adde*: pressare: STAT. Theb. 3, 129). quaerere: TIB. 2, 3, 26 STAT. Ach. 1, 629 [Theb. 10, 931[b] *in vers. spur.*]. rapere: OV. epist. 10, 16 MART. CAP. 1, 88 (*cf.* diripere: PROP. 4, 8, 61 direptisque -is tunicisque solutis). redimire: SEN. Oed. 403 effusam redimite -am. apocol. 4 Lachesis redimita -as, ornata capillos. MART. 8, 65, 5 lauru. CLAVD. 20, 528 radiis. referre: LVCR. 4, 1224 IVV. 11, 188. repectere: STAT. Theb. 2, 722 tu Libyco Tritone repexas lota -as. restituere: OV. fast. 3, 16 SEN. dial. 10, 12, 3. revocare: MANIL. 5, 148 aut vinclis revocare -as et vertice denso fingere. rotare: VAL. FL. 1, 209 vittamque -amque ... laurusque rotat. rutilare: LIV. 38, 17, 3 SVET. Cal. 47 AMM. 27, 2, 2. sacrare: PHAEDR. app. 6, 3. scindere: ACC. trag. 672. VERG. Aen. 9, 476 scissa -am. EPIST. Sapph. 114. STAT. Theb. 11, 317 scissa -am. MACR. sat. 5, 9, 12 ululans et -am scissa (abscindere: VERG. Aen. 4, 590 flaventesque abscissa -as. LVCAN. 6, 563). secare: STAT. Theb. 6, 625 (resecare: OV. ars 1, 518 scita . . . manu. trist. 5, 7, 18). servare: STAT. Theb. 6, 178. siccare: OV. epist. 17, 104 et madidam siccas aequoris imbre -am. solvere: OV. fast. 3, 2 nitidas casside solve -as. 4, 854 soluta -as. EPICED. Drusi 40 SEN. Med. 752 Herc. O. 729 Phaedr. 371 LVCAN. 6, 469. 9, 171 STAT. Theb. 9, 352 ANTH. 409, 1. 14 (resolvere: TIB. 1, 3, 31 resoluta -as. OV. ars 3, 238 OCTAVIA 719. ANTH. 429, 4 resoluta -as. CLAVD. 28, 153 resoluta -am). spargere: PROP. 2, 8, 34 caede. 3, 5, 24 sparserit et nigras alba senecta -as. OV. ars 3, 76 met. 3, 190 trist. 1, 1, 12 SEN. Oed. 230. SIL. 5, 221 sanguine . . . sparsa -am. CLAVD. 24, 303 sparsa -am (respergere: OV. fast. 3, 452 sanguine. dispergere *p. 1750, 72*). stringere: LVCAN. 5, 143 (*cf.* astringere: OV. ars 3, 146. ANTH. 429, 4 astricta -as. perstringere: APVL. met. 5, 30. substringere: LVCAN. 3, 281 substringens, Arimaspe, -as. 6, 656 CLAVD. 28, 527). struere: TERT. pall. 4 adhuc sustinet stolam fundere, -am struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere *eqs.* sumere: SEN. Tro. 806. sustinere: MART. 14, 24, 2. tangere: OV. met. 6, 140 tristi medicamine tactae defluxere -ae. tegere: OV. ars 1, 108 qualibet . . . fronde. tingere: PROP. 4, 4, 24 et sibi tingendas (tinguendas *N*) dixit in amne -as. OV. am. 1, 14, 2 MART. 4, 36, 2 PAVL. NOL. carm. 21, 70. tollere: PROP. 2, 26, 4 nec iam umore graves tollere posse -as. STAT. Theb. 3, 135 sublata -am (*cf.* attollere: SEN. Herc. f. 789). tondere: LYGD. 1, 10 pumex et canas tondeat ante -as. OV. epist. 11, 116 SIL. 3, 28 MART. 9, 36, 11 SOL. 17, 1 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 7 FIRM. math. 3, 6, 17 AVSON. 355, 9 (*cf.* attondere: VVLG. lev. 19, 27 neque in rotundum attondebitis -am. *cf.* Ier. 9, 26. 25, 23. 49, 32 qui attonsi sunt in -am. detondere: CVRT. 10, 5, 17). torquere: MORET. 33 torta -am. OV. ars 2, 304 SEN. Herc. O. 1003 Tro. 47 MART. 4, 42, 8. 14, 24, 2. trahere: VERG. Aen. 1, 477 per terram. OV. fast. 4, 238 EPICED. Drusi 98 APVL. met. 5, 11 (detrahere: VAL. CEM. hom. 6, 4 per iocos. distrahere: OV. am. 1, 8, 111). turbare: OV. fast. 3, 16 turbatas restituitque -as. SEN. dial. 10, 12, 3 STAT. Theb. 5, 304 QVINT. inst. 10, 3, 148. CLAVD. carm. min. 25, 28 turbata -as. turpare: LEX Visig. 8, 4, 3 tit. velare: VERG. Aen. 3, 174. 405. 8, 277 CLAVD. 8, 166 AVG. op. monach. 31, 39. vellere: MORET. 88 MART. 2, 11, 5. 5, 37, 19 (avellere: SEN. Oed. 592). vertere: PROP. 2, 18[b], 28 (pervertere: OV. ars 3, 246). vexare: PROP. 4, 5, 31 si tibi forte -as vexaverit utilis ira *eqs.* OV. am. 1, 14, 24 IVV. 11, 189. vincire: HOR. epist. 2, 1, 110 fronde. TIB. 2, 1, 16. PROP. 4, 9, 52 Puniceo . . . stamine. 4, 11, 34 SEN. Thy. 946 (evincire: OV. am. 3, 6, 56 vitta nec evinctas impedit alba -as. revincire: SEN. Herc. O. 789 revinctus populo horrentem -am). vittare: STAT. silv. 3, 3, 3. unguere: OV. am. 3, 6, 48 fast. 5, 340. volvere: IVV. 6, 496 in orbem.

II ***translate et in imagine*:** **A** *de stellis, luce, flammis fere i. q.* r a d i i: CATVLL. 61, 78 viden, ut faces splendidas quatiunt -as? (*cf.* 61, 99 vide ut faces aureas quatiunt -as). EPICED. Drusi 256 aethera subiectis lambit et astra -is (*i. radii igniti*). MANIL. 1, 836 flamma -as imitata volat. GERM. frg. 4, 77 -am en alto Phrixeae rutilo pecudis radiaverit astro. SEN. Oed. 311 clarus ignis ... summam in auras fusus explicuit -am. nat. 7, 6, 1 alii *cometarum* in unam partem ignem vagum in modum -ae porrigunt et stellas praetermeant. 7, 20, 3 -ae (cometae *Gronov.*) autem radios solis effugiunt. OCTAVIA 3 surgit Titan radiante -a mundoque diem reddit clarum. PLIN. nat. 2, 89 cometas Graeci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo et -arum modo in verticem hispidas. STAT. Theb. 3, 322 caelumque trisulca territat omne -a (*i. fulmine*). FIRM. math. 1, 10, 11 quid iam de -arum crinibus dicam, ad quas varius color latenter irrepit? AVIEN. Arat. 81 rutilo cunctis *astris* flagrat -a flammea crine. 871 si boreae stringat rutili -a fulgoris auras. 1566 purusque -as. 1591 -arum *solis* vis confusa micans. 1687 stellarumque -as rumpi procul *cernes.* PRVD. apoth. 57 vulnificasque -as innoxius ignis agebat. CLAVD. 1, 3 sparge diem meliore -a, *Sol.* 22, 473. CYPR. GALL. exod. 550 quos lumine trino fervidiore -a torrebat lampada solis. VICTORIN. Christ. 125 sideribus gemmata domus, cui limina claris pandit stella -is. DRAC. Romul. 10, 569 et totum meliore -a perfunderet orbem *Phoebus.* CASSIOD. in psalm. 105, 18 flamma vero dicta est a flagello -arum suarum. 150 praef. ignis iste mortalis ad superiora festinans -as rutilas erigit in cacumen.

B *de herbis, arboribus i. q. folium, frons, arista, caulis, fibra* (*cf. p. 1754, 58*): **1** *additur adiectivum, quo significatur arbor herbave, cuius -a est*: PROP. 3, 16, 28 me tegat a r b o r e a devia terra -ā (OV. am. 2, 16, 36 frigidaque arboreas mulceat aura -as. SEDVL. carm. pasch. 4, 48. ENNOD. dict. 1, 7 p. 425, 2 cum in blandam lucem novelli praesegminis -ae explicantur arboreae). OV. am. 1, 7, 54 ut cum p o p u l e a s ventilat aura -as (epist. 14, 40 frigida populeas ut quatit aura -as). fast. 4, 438 illa papavereas subsecat ungue -as. CORN. SEV. carm. frg. 10 p i n e a frondosi -a murmurat Appennini (AVSON. 418, 14 cumque suis loquitur tremulum -a pinea ventis)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 26, 133 -is iunceis multis, nigris. AVSON. 325, 6 errantes ... inter arundineasque -as. *additur genetivus v. l. 6. 11. 18. 39. 41. 44. 45. 52. 53. 57. 62. 63. 69. p. 1754, 8. 11 al.* 2 *absolute*: TRAG. inc. 221 infulatas hostias, non lana, sed velatas frondenti -a (*cf.* VARRO ling. 7, 24). VERG. georg. 2, 368 tum stringe -as. 4, 137 ille -am mollis iam tondebat hyacinthi. Aen. 2, 629 illa (*ornus*) usque minatur et tremefacta -am concusso vertice nutat (*cf.* SERV. *ad l.* '-am' autem pro ramis). 7, 60 *laurus* sacra -am. 12, 209 sceptrum ... in silvis ... recisum matre caret posuitque -as et bracchia ferro. CVLEX 75 illum ... Tmolia pampineo subter -a velat amictu. HOR. carm. 1, 21, 5 laetam fluviis et nemorum -a (-am *magna pars codd. cf.* 4, 3, 11 spissae nemorum -ae fingent Aeolio carmine nobilem. LVCAN. 9, 627 arva ... non nemorum protecta -a. PLIN. nat. 16, 242 velut arte tonsili -a fagei nemoris. AVIEN. orb. terr. 1037 nemorum. 1330 vernat nemorum semper -a). 4, 7, 2 redeunt iam gramina campis arboribusque -ae. TIB. 1, 4, 30 quam cito *deperdit* formosas populus alba -as. 2, 1, 48 calidi cum sideris aestu deponit flavas annua terra -as. PRIAP. 83, 6 sub arboris -a (GELL. 19, 12, 9 -asque arborum laetissimas uberrimosque vitium palmites decidit. HIER. epist. 60, 12, 4 basilicas ... diversis floribus et arborum -is vitiumque pampinis adumbraret. in Os. 3, 14 p. 160 densissimis arborum -is protegitur. SIDON. epist. 2, 2, 16 arborum -is). PROP. 2, 19, 12 spectabis ... vitem docta ponere falce -as. 4, 2, 14 et -a lactenti spicea fruge tumet. OV. am. 3, 10, 12 falce coloratas subsecuitque -as *Ceres*. 3, 10, 36 deciderant longae spicea serta -ae. ars 1, 224 cui -a dependet caerula, Tigris erit. rem. 196 peregrinis arbor operta -is. met. 10, 103 et succincta -as hirsutaque vertice pinus. 10, 648 arbor ... fulva -am (*sic aliquot codd.*, -a *MN*, -as *multi, recte, ut videtur*) fulvo ramis crepitantibus auro. 11, 47 arbor tonsa -am (*var. lect.*) luxit. fast. 3, 34 contigeratque sua (*i. palma*) sidera summa -a. 3, 854 sustulerat nullas, ut solet herba -as. 5, 216 et variae radiis intepuere -ae. EPIST. Sapph. 144 *silva* saepe cubilia nobis praebuit et multa texit opaca -a. NVX 20 coepimus in patulas luxuriare -as. 34 quae sterilis sola conspicienda -a est. SEN. Med. 722 illa Pangaei iugis teneram cruenta falce deposuit -am. Oed. 154 silva sua decorata -a. 555 mortifera canam taxus astringit -am. Herc. O. 383 Boreas ... saeva totas bruma discussit -as. 1577/8 et -am silvis hiemes recident vel -am silvis revocabit aestas. [Oed. 228 imminens Phoebea laurus tremuit et movit domum (-am *Leo*).] COLVM. 10, 98 narcissique -as (10, 297 FIRM. err. 7, 2). 10, 188 Cypros item Paphio quam pingui nutrit in arvo punicea depexa -a, sed lactea crure est. 10, 277 tellurisque -as sacris aptate canistris. 10, 335 *eruca* exurit semina morsu, quae capitis viduata -a *eqs.* LVCAN. 3, 443 *arbores* posuere -as. 4, 128 tollere silva -as *incipit*. 6, 644 *humum* pallida pronis urguet silva -is. 9, 428 citri contenta -is vivebat et umbris. 9, 917 tamarix non laeta -is. 10, 304 laeta -is hebeni. PETRON. 109 vernantesque -as tristis abegit hiems. CALP. ecl. 1, 10 graciles ubi pinea denset silva -as. 4, 111 cui silva vocato densat odore -as, stupefacta regerminat arbos. 5, 100 nunc hiemi servare -as. PLIN. nat. 12, 113 folium proximum tuburi, perpetuā -ā. 12, 114 tenue et capillaceā -ā. 13, 30 -a omnis in cacumine et pomum est. 13, 34 pronas blandioribus -is. 13, 37 religant -as, ut in altitudinem exeant. 13, 128 -ā papyri. 16, 78 aliae sempiterna -a virent. 16, 84 quae semper retinent -as. 16, 158 crassiore paniculae -a. 16, 167 palustris *harundo* ... sub ipsa -a nascens (20, 241). 18, 53 milio -ae granum complexae fimbriato capillo curvantur. 18, 55 praegrandibus -is. 19, 102 schistam hieme cum -a sua relinquunt, vere folia detrahunt. 26, 62 -ā iunci. 26, 63 legitur semen autumno cum -a. 26, 66 colliguntur -ae. 26, 134 brevioribus et mollioribus -is candidioribusque. 26, 140 minoris -a decocta vel trita vetera quoque ulcera purgat et persanat. 27, 26 -ae tritae sanguineo suco manant. 27, 37 -ā (*sic Mayhoff*, omnia *codd.*) rubentes. *ibid.* -ae tritae velut cruentant. 27, 93 -ā (concava *codd.*) spinosa. 27, 131 odorata herba, -ā hysopi, amara gustu. 34, 133 e buxi -a. VAL. FL. 1, 777 taxi frons hirta -is. 3, 560 nil umbra -aeque turbavitque sonus surgentis ad oscula Nymphae. 6, 664 ante -as ac summa cacumina silvae. SIL. 4, 682 iamque ambusta -as abies. 5, 488 umbrabatque -a summi fastigia montis. 10, 531 altae populus alba -ae. 13, 595 dextra vasta -as nemorosaque bracchia fundit taxus, Cocyti rigua frondosior unda. STAT. silv. 3, 3, 98 hibernos citius numeraveris imbres silvarumque -as (Theb. 3, 257 silvarumque -as ... mulcet iners aestas. AVIEN. Arat. 1181 silvae colla -asque. 1585 silvarumque -as et celsa cacumina). STAT. silv. 5, 1, 151 alta -am ... pinus. 5, 2, 70 ceu nescia falcis silva -as tollit fructumque expirat in umbras. 5, 5, 30 en taxea marcet silva -is. Theb. 4, 714[e] non lucis mansere -ae. 5, 45 quippe obtenta -is et ineluctabilis umbra. 6, 91 sternitur extemplo veteres incaedua ferro silva -as. 6, 352 quercus olim omnes exuta -as. 9, 534 quercus caelo mixta -as. 9, 596 multo proscissam *quercum* vulnere cernit deposuisse -am. MART. 1, 76, 8 Palladis arbor inclinat varias pondere nigra -as. 7, 63, 4 Aoniae Bacchica serta -ae. 9, 61, 6 platanus densis Caesariana -is. 13, 19, 2 mittet praecipuos nemoralis Aricia porros: in niveo virides stipite cerne -as. PLIN. epist. 5, 6, 19 adiacentis hippodromi nemus -asque prospectat. APVL. met. 5, 25 proxime ripam vago pastu lasciviunt -am fluvii tondentes capellae. 10, 32 dominae voluptatum veris -ā blandientes. mund. 23 videas et viridantibus -is caesariatam esse terram. TERT. nat. 1, 12 arbor exurgit in ramos, in -am, in speciem sui generis. ANTH. 465, 3 iam platanus iactare -as ... coeperat. NEMES. ecl. 4, 23 nec longum tenet uva -as nec populus umbras. PERVIG. Ven. 4 et nemus -am resolvit de maritis imbribus. SOL. 5, 22 hoc pingue haeret harundinum -is de assiduo volutabro. 24, 8 quarum (*arborum*) odor gravis, -ae cupressi similes vestiuntur lanugine sericis velleribus nihilo viliore. PS. MAR. VICTORIN. phys. 13 herbarum -ae numeratae sunt (AVIEN. Arat. 492 herbarum carpsisse -as. PRVD. cath. 8, 46 reflexa vernat herbarum -a). AVIEN. Arat. 613 nec minus arenti cum crine attollitur aestas et cum cana -as redit anno bruma rigenti. orb. terr. 500 -a largi palmitis illic tenditur. 1114 calami -a pullulat almi. AVSON. 361, 33 haec modo, quae toto rutilaverat igne -arum, pallida collapsis deseritur foliis. 361, 37 defluxit rutili -a punica floris *rosis*. VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 p. 555[B] inter albentes liliorum per baptismum -as. AMBR. in psalm. 118, 4, 21 *cupressus* numquam amittit viriditatem suam, hieme ... atque aestate -am pascit nec diverso colore mutatur. HIER. psalt. sec. Hebr. 80, 12 expandit -as suas (VVLG. psalm. 79, 12 extendit palmites suos, κλήματα) usque ad mare. VVLG. Iob 14, 9 et faciet -am eius quasi cum primum plantatum est. RVFIN. Adamant. 5, 24 *frumentum* vernantes decoras gerit -as (εὐερνὴς γενόμενος). PRVD. cath. 3, 63 nos oleris -a, nos siliqua ... paverit innocuis epulis. CLAVD. 2, 8 orni securas ventis explicuere -as. 10, 246 laurus et ingentes ramos olimque futuras promittit iam parva -as. carm. min. 31, 40 glauca pinguis oliva -a. PAVL. NOL. carm. 7, 12 et fronde numquam defluente pervirens stabit perenni vividum lignum -a. MART. CAP. 9, 907 quo vidit rigidas glandibus ire -as (*i. silvas*) Ismaros et silvas currere monte suas. RVT. NAM. 1, 460 lauros ... fruticante -a. DRAC. laud. dei 1, 196. 2, 257 silva -is vestita. MEROB. carm. 3, 5 intertonsa -as ... buxus. CASSIOD. var. 5, 4, 5 -as per aperta distendit. PLIN. VAL. 5, 6 tysanae sucus habens -as porri aut apii radices. ORIBAS. syn. 1, 17 thymi -as (1, 26). syn. 2 add. p. 846 centauriae -am. eup. 2, 1 A 40 cuius si tundas -am et flores eius. CORIPP. Anast. 14 expandit satiata -as. Iust. 1, 323 pinguis oliva -is. 2, 323 flexis nutare -is. CARM. epigr. 439, 2 (*Sarsinae*) ver tibi (*mortuae*) contribuat sua munera florea grata et tibi grata -is nutet aestiva voluptas, reddat et autumnus *eqs.*

C *de serico i. q. filum*: CASSIOD. var. 1, 2, 4 cum albentes -as serici doctus moderator intinxerit. *adde de pila*: SYMPH. 190 non sum compta -is et non sum calva capillis; intus enim crines mihi sunt, quos non videt ullus.

III ***metonymice***: A *de hominibus*: PROP. 2, 18, 18 cum sene non puduit talem dormire puellam et canae totiens oscula ferre -ae. STAT. Theb. 11, 66 caeruleus dux ille -ae (*i. Tisiphones*). MART. 9, 23, 4 venit ad has ultro nostra corona -as (*i. imperator, Caesar*). B *de bestiis*: *i. q. anguis, colubra*: PROP. 2, 2, 8 Pallas ... Gorgonis anguiferae pectus operta -is. LVCAN. 1, 574 Erinys excutiens pronam ... pinum stridentesque -as (VAL. FL. 3, 54 talesque metus non Martia cassis Eumenidumque -ae ... sparserit. STAT. Theb. 11, 96 cui [*Megaerae*] totus adhuc furor exultantque recentes Cocyti de fonte -ae. silv. 5, 1, 28 nil cantus *Orphei*, nil fila deis pallentis Averni Eumenidumque audita -is mulcere valerent. 5, 3, 278 taedas auferte -asque Eumenidum). LVCAN. 9, 672 vigilat pars magna -arum (*i. angues, hydri Medusae*). MART. 7, 1, 2 ipsa Medusaeae quem timet ira -ae. *de ovibus sim.*: CALP. ecl. 5, 70 ante tamen secerne pecus gregibusque notatis consimiles include -as (*i. lanigera pecora*), ne longa minutis, mollia ne duris coeant, ne candida fuscis. C *de arboribus herbisque*: OV. trist. 3, 1, 40 cingit et angustas arbor opaca (*i. laurus*) -as (*i. folia quernae coronae*). STAT. silv. 5, 1, 214 Coryciaeque -ae (*i. crocus*) Cinyreaque germina. D *de aliis rebus*: STAT. silv. 5, 3, 183 cur Phrygii lateat -a (*i. apex*) flaminis. CORIPP. Ioh. 1, 93 vaginaeque leves, hastae clipeique -aeque (*i. q. cristae*) *per agros iacuere*. E *allegorice*: PAVL. NOL. epist. 23, 24 sint mulieribus nostris -ae, spiritalium acta virtutum, ieiunia misericordiae orationes. *cf.* ORIG. in Matth. 18, 115 quoniam Nazaraeus ... habebat -am plenam virtutis.

IV *graeca decl.* **comē**, *acc.* -ēn *f.*: *nomen* ***herbae***: PLIN. nat. 21, 89 ⟨come⟩ quae ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis. 27, 142 tragopo⟨go⟩n, quem alii -en vocant, caule parvo foliis croci, radice longa dulci, super caulem calice lato nigro, nascitur in asperis manditurque sine usu. 1, 27, 117. DIOSC. 2, 129 de tragopo⟨go⟩ne. tracopone, quem multi comin appellant *eqs.*

derivata: comans, comatus (PRISC. *p. 1755, 72*), comula. *graec.*: cometa. *compos.*: bicomis, horricomis. *graeca*: acersocomes, erythrocomis, leucocomis. *Leissner.*

comāctor *v.* coactor *p. 1369, 57.*

cōmacum (-ī) *n.*, κώμακον, *nomen herbae.* PLIN. nat. 12, 135 in Syria gignitur et cinnamum, quod -um (commacum *vel* camacum *codd.*) appellant, id est sucus nuci expressus *eqs.* 13, 18 regale unguentum ... constat myrobalano ... cinnamo -o. 1, 12, 63 cinnamum -um. *Mbr.*

comagister *v.* commagister. **comago** *v.* cogo *p. 1519, 13.*

comangusto *v.* coangusto *p. 1384, 27.*

comāns, -antis [κομῶν, *cf.* comare. *Th.*]. SERV. auct. Aen.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3,468 -es ... et est participium notum, non enim est verbum como. *abl. sing.* -i: VAL. FL. 3, 136. 402 [STAT. silv. 1, 2, 2? Theb. 5, 502? (*utroque loco fort. dativus*)]. GELL. 3, 9, 3 AVIEN. Arat. 1009. *abl.* -e: HIER. in Is. 41, 21 p. 503 SIDON. epist. 9, 9, 14. [*loci dubii*: VERG. Aen. 9, 268 cristasque rubentis (*sic M*, -is *R*). Ov. met. 11, 319 progenitore -i (*coni. Merkel*). STAT. Theb. 7, 369 -es (conantes *P*).] *i. q. coma praeditus, cf.* GLOSS. V 446, 58 -es: comas habentes. *legitur inde a* VERG. *et* DIRIS (comatus *inde a* CIC. *et* CATVLLO).

1 *proprie*: a *de hominibus*: VAL. FL. 3, 136 ruit ille -i ore facem supra. 5, 366 iam Talaum iamque Ampyciden astroque -es Tyndaridas ipse egregio supereminet ore. 5, 591 vide lata -em pectora et ingenti turbantem pocula barba. STAT. silv. 1, 2, 2 umeroque -i. SIDON. epist. 9, 9, 14 Diogenes barba -e. b *de bestiis*: VERG. georg. 3, 312 hirci saetasque -es. Aen. 12, 6 *leo* -es excutiens cervice toros. 12, 86 colla -ia pectunt *equorum* (STAT. Theb. 4, 827 CLAVD. carm. min. 52, 2). PLIN. nat. 10, 180 -es enim gloria superbire *equae*. GELL. 3, 9, 3 flora et -i iuba. AVIEN. Arat. 1009 -i cervice erigitur *Equus*. AMBR. hex. 6, 6, 37 -es cervice toros excutit *leo*. c *de aliis rebus*: VERG. Aen. 2, 391 -em Androgei galeam (3, 468 galeae cristasque -is [*cf.* SERV. *ad l.*]. SEN. Phaedr. 549 SIL. 16, 167 HOMER. 569 STAT. Theb. 2, 530. 9, 107. 698 CLAVD. carm. min. 46, 4). VAL. FL. 8, 122 villisque -em sidereis ... pellem. SIL. 4, 515 -is cassidis ... cristas. 16, 59 cudone -is disiecit crinis. STAT. Theb. 5, 502 -i mergit humo.

2 *translate*: a *de stellis*: Ov. met. 15, 749 stellamque -em. CORIPP. Iust. 2, 17 rutilis ... -em ... solem radiis. AVIEN. Arat. 1009 *v. supra l. 18.* b *de herbis, arboribus*: VERG. georg. 4, 122 -em narcissum. Aen. 12, 413 caulem foliis et flore -em purpureo. DIRAE 28 nec laeta -es iactabis mollis ramos inflantibus auris (SIL. 6, 183 -es ... ramos). SEN. epist. 114, 5 quid turpius 'amne silvisque ripa -bus?' PLIN. nat. 13, 59 -bus foliis. 21, 50 -bus fulgore auri corymbis (24, 83 -bus acinorum corymbis). VAL. FL. 1, 429 silvasque -es struxerat. 3, 402 stant tacitae frondes immotaque silva -i horret verna iugo (EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 920^A iuga montium arboribus -ia). SIL. 10, 549 manu celsam pinum flammaque -em attollens (14, 419 AMBR. hex. 3, 13, 54). HIER. in Is. 41, 21 p. 503 -e varietate arborum. SIDON. epist. 8, 8, 1 prati -is exuvias. GREG. TVR. glor. conf. 104 florentes vineas segitesque -es. *inde neutr. plur. subst. i. q. silva*: DRAC. laud. dei 1, 575 amoena -ia frondent. *Leissner.*

cōmarchus, -ī *m.*, κώμαρχος, κωμάρχης. PLAVT. Curc. 286 nec ⟨homo⟩ quisquamst tam opulentus, qui mi obsistat in via, nec strategus nec tyrannus quisquam nec agoranomus nec demarchus nec -us. *cf.* GLOSS. V 417, 16 -us (cuimarsus *cod.*) princeps villae.

comarguo *v.* coarguo *p. 1388, 62.*

comaros (comarus), *acc.* -on (*f.?*), κόμαρος, *nomen herbae* ('*arbutus unedo*' *Linné*). *scribitur* -us *ap.* DIOSC. *et* GLOSS. PLIN. nat. 15, 99 duobus tamen *unedonem* his nominibus appellant Graeci -on et memaecylon. PS. APVL. herb. 38 -on Graeci, Romani fragum nuncupant. DIOSC. 1, 33 de -us. -us arbor est similis quidonie *eqs.* GLOSS. -os (camaros *var. lect.*) unedo (ududone, uraimone, urairone *trad.*). V 440, 59 (561, 50) arbutus (argutus *Cassin.*) -us (comanus *vel* commanus *codd.*) cui vulgo nomen est unedo (uncto *codd.*). *cf.* GLOSS. arbutus: κόμαρος *saep.* unedo: κόμαρος. [*francog. portug.* corme. *M.-L.*] *Mbr.*

comātōrius, -a, -um *a* comatus. *i. q. ad comendas comas aptus*: PETRON. 21 hinc Psyche acu -a cupienti mihi invocare Quiritum fidem malas pungebat.

comātulus, -a, -um *a* coma, comatus *deminutive*. *cf.* GRAMM. suppl. 187, 1 *sqq.* nobiles Romanorum pueri et etiam adulescentuli tunc temporis erant et sunt etiam hodie '-i', retro videlicet ab auribus promissam plus minus dimidii mensura pedis habentes comam; hinc adulatorie vel potius irrisorie ὑποκοριστικῶς '-i', quasi comptuli. HIER. epist. 54, 13, 1 iuvenum fuge consortia. -os, comptos atque lascivos domus tuae tecta non videant. 66, 8 ubi videris ... ferventes mannos, -os pueros, pretiosas vestes, picta tapetia. adv. Rufin. 1, 3 saepe mihi videor in somniis -us et sumpta toga ante rhetorem controversiolam declamare. POMER. 3, 17, 1 utuntur deliciis ac vestibus accuratis ad luxuriam, -is pueris (cum matulis *alter cod.*) ac potentibus equis ad pompam *eqs.* *v. etiam nom. propr.*

comātus, -a, -um [*a* coma, *cf.* comans, comare. *Th.*]. PRISC. gramm. II 441, 23 a coma -us. PAVL. FEST. p. 45 caesariati -i. ISID. diff. app. 97 inter comosum et -um hoc interest, quod comosus a comae usu dicitur, -us natura, ut -a Gallia. DIFF. ed. Beck p. 48, 46 inter -um et comosum: -us cura fit, comosus natura (*item* GLOSS. V 566, 4). PRISC. gramm. II 562, 16 *habet in numero eorum, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur* (*cf. etiam* MAR. VICTORIN. gramm. VI 201, 12). NOT. Tir. 78, 65 -us. GLOSS. κομήτης, κατάκομος. GLOSS. Svet. Iul. 22 *v. p. 1756, 32.* *legitur inde a* CATVLLO *et* CIC. Phil. *cf. etiam* comosus *et nom. propr.* Comatus. *v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 147, 7.*

i. q. caesariatus, capillatus, crinitus, pilosus: 1 *proprie*: a *de hominibus*: VERG. catal. 10 (8), 10 ubi iste post Sabinus, ante Quinctio, bidente dicit attondisse forcipe -a colla. SEN. dial. 9, 8, 3 Bion eleganter ait non minus molestum esse calvis quam -is pilos velli. epist. 66, 25 ut ex duobus aeque iustis ac prudentibus -um et crispulum ⟨quam calvum⟩ malis. VAL. FL. 7, 636 qualis ubi attonitos maestae Phrygas annua Matris ira vel exsectos lacerat Bellona -os. MART. 1, 72, 8 calvus cum fueris, eris -atus. 10, 83, 3 campum temporibus tegis -is. 10, 83, 11 calvo turpius est nihil -o. 12, 70, 9 o quantum diatreta valent et quinque -i. 12, 97, 4 rumpis, Basse, latus, sed in -is (*sc. pueris*). SVET. Cal. 35 pulchros et -os ... occipitio raso deturpabat. VLP. dig. 32, 49 pr. puellae quas sibi -as (comites *Bynkershoek*) mulieres exornant. FIRM. math. 4, 12, 2 alios ... publicarum custodiarum sordibus oppressos -os ac deformes faciet interire. 4, 19, 17 crispis crinium facit bostrychis -os. PS. HIL. libell. 11 'intecto capite orare', non -um. HIER. epist. 117, 6 -os liniatosque iuvenes. b *de bestiis*: SOL. 30, 27 *Aethiopici lupi* bruma -i (iubati *SA*) sunt. c *de re personata*: α Gallia Comata (*cf.* DIO CASS. 46, 55, 5 αὕτη [*sc. Gallia transalpina*] ... κομᾶτα [κόματα *codd.*] ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας ἀνιέντες ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν. *v. etiam Ihm, PW. IV 604 sq.*): CATVLL. 29, 3 quis potest pati ... Mamurram habere quod -a Gallia habebat ante et ultima Britannia? CIC. Phil. 8, 27 'Galliam' inquit 'togatam remitto, -am postulo'. CELS. 7, 7, 15. MELA 3, 19, 20 regio, quam incolunt, omnis -a Gallia. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 31 destricte iam -ae Galliae causa agenda est. LVCAN. 1, 443 et nunc tonse Ligur, quondam per colla decore crinibus effusis toti praelate -ae (*cf.* COMMENT. *ad l.* tres sunt Galliae: bracata -a togata). PLIN. nat. 4, 105 Gallia omnis, -a uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur. 11, 130 atque etiam nomina ex eo Capillatis Alpium incolis, Galliae -ae. 18, 85. 33, 54. 36, 48. SVET. Iul. 22 et initio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit; mox per senatum -am quoque *eqs.* (*cf.* GLOSS. Suet. *ad l.* '-am' i. nomen loci vel pro silvis -is aut pro hominibus comas habentibus). Tib. 9 DIMENS. provinc. 20. DIVISIO orb. 7 Gallia -a finitur ab oriente flumine Rheno, ab occidente saltu Pyrenaeo, ab septentrione oceano, a meridie flumine Rhodano et montibus Cebennicis. VIB. SEQ. geogr. p. 154, 24 Alpes Galliam togatam a -a dividunt. COSMOGR. 1, 18 COMMENT. Lucan. 1, 4 HIER. chron. a. Abr. 1992 OROS. hist. 6, 7, 1 ISID. diff. app. 97 *p. 1755, 74.* INSCR. Notiz. degli scavi 1889 p. 9 (*Bracciano*) pro cos. provinciae Narb(onensis) August⟨i i⟩n Gallia -a. GLOSS. V 279, 22 -a Gallia quae -as (*scribasne* comatos *sc.* incolas? *an* comas?) habet. β *de aliis rebus*: AVG. op. monach. 31, 39 timent, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam -a (*cf.* ISID. eccl. off. 2, 16, 7 alii criniti incedunt, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam -a). [*corrupte, ut videtur*: ISID. diff. 1, 90 commentarium liber, commentum vel commentatum volumen, id est, ex diversis libris -um. concinnatum *Pantinius, fort.* commodatum?] 2 *translate*: *de herbis, arboribus sim. i. q. frondatus*: CATVLL. 4, 11 ubi iste post phasellus antea fuit -a silva (*cf. parodiam* VERG. catal. 10 [8], 10 *p. 1755, 84*).

deriv.: comatulus. *cf.* Comatilla, Comatul(l)us, Comatius.

a comatus *vel a* comans *apud posteros natum videtur verbum finitum* **como**, -āre (**comor**, -ārī); *v.* SERV. *et* PRISC. *p. 1755, l. 76.* GLOSS. -o κομῶ. -at frondet. ornat, frondiat (*sic*). *i. q. comas habere*: 1 *proprie*: a *de hominibus*: AVG. op. monach. 31, 39 tam aperte contra apostoli praecepta -ari (*opp.* depilari). [MART. CAP. 9, 909 Harmonia sublimis ingreditur. cuius sonorum caput auri coruscantis bratteis comebatur (comatur *β*).] b *de bestiis*: TERT. pall. 3 nam et de mari vellera, qua muscosae lanositatis lautiores conchae -ant. 2 *translate i. q. frondere*: PAVL. NOL. carm. 21, 299 pinus ... semper amans celsis alta -are iugis. *Leissner.*

comaudio, -ītus *v. s.* coauditum.

combāiulo, -āre *a* com *et* baiulare. *idem q. baiulare, ferre, portare*: VEN. FORT. vita Radeg. 29, 69 a capite usque ad plantam infirma membra -at.

combardus (-a, -um) *a* com *et* bardus. *i. q. valde stultus*: PLAVT. Epid. 421 quasi stolidum -um (cum bardum *codd.*, *restituit Leo*) me faciebam.

combatt(u)o, -ūtum, -ere *a* com *et* battuere. *idem q. battuere, caedere, percutere*: GALEN. alfab. 148 folia et radices in unum conbattuntur (tunduntur *var. lect.*). NOT. Tir. 71, 81 conbatuit. [*it.* combattere, *francog.* combattre, *hisp.* conbatir. *M.-L.*] *part. perf. pass. subst.*: GLOSS. III 599, 9 contusio **conbatūta**.

combenno, -ōnis *m.* *a* com *et* benna. FEST. p. 32 benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, unde vocantur -es in eadem benna sedentes (*de forma* combenniones *v. Traube, Archiv 6 [1889] 266*).

combibiōnēs (conb- *cod.*) a bibendo dicti GLOSS. IV 223, 31 (*ex* NON. p. 38 *ubi* combibones, *sed v. p. 1757, 74*). *cf.* V 650, 7 -es (convivionis *cod.*) a convivendo (*lege* combibendo). *a* combibere, *cf.* 2. combibo.

compotorem **combibitōrem** GLOSS. V 279, 34. *a* combibere.

1. combibo, -ī (-itum), -ere *a* com *et* bibere. *supin. non*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur, sed cf. combibitor. *leg. inde a* CATONE. NOT. Tir. 104, 75 -it. 1 *proprie idem q. bibere, potare, sc. liquores sim.*: a *bibunt homines* (*subi.* guttur *v. l. 8*): HOR. carm. 1, 37, 28 ut atrum corpore -ret *Cleopatra* venenum. OV. ars 2, 326 sicco lacrimas -at ore tuas (epist. 11, 54 cogor lacrimas -ere ipsa meas. SEN. epist. 49, 1. *cf. etiam infra l. 37*). met. 7, 287 cruorem ... *Medea* replet sucis; quos postquam -it Aeson aut ore acceptos aut vulnere *eqs.* (13, 944 vix bene -erant ignotos guttura sucos. *cf. l. 27*). *aliae corporis partes*: OV. met. 5, 455 *puerum* perfudit diva (*Ceres*) polenta: -it os maculas. SCRIB. LARG. 20 oportet vero minime quater quinquiesve ... inunguere, deinde cum -erint (coniverint *L*) oculi ad singulas inunctiones (*sc. collyrium*). 227 astruente imprimenteque *medicamentum medico*, donec -ant *haemorrhoides*. b *terra, res solidae, liquidae*: CATO agr. 91 amurcā conspargito bene *aream* sinitoque -at (129 quam plurimum). 100 *oleum amurcā* prius colluito agitatoque diu, ut bene -at (convibat *cod. cf.* COLVM. 12, 52, 17 quae semel oleum testa -it, alteram gummitionem non recipit. APIC. 5, 203 *puls* -at oleum [cumbibat *codd.*]). agr. 109 sinito -ant *laterculi (i. panes) sapam vinumque* noctem et diem. 112 manu comprimito acina, ut -ant aquam marinam. CIC. phil. frg. V 23 qui -i purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam. OV. met. 13, 410 senis Priami Iovis ara cruorem -erat. 15, 275 sic modo -itur (cumbibitur *codd. Sen. nat. 3, 26, 4*), tecto (tacito *Sen.*) modo gurgite lapsus redditur Argolicis ingens Erasinus *fluvius* in arvis. VITR. 2, 3, 4 terra (*ex qua lateres quidam facti sunt*) ... pumicosa ... non recipit in se nec -it liquorem. SEN. Oed. 494 -it dulces humus alta sucos. nat. 3, 6, 2 *imbres* statim -unt *harenae*. COLVM. 12, 43 caseus -it *mustum* (*v. l. 39*). PLIN. nat. 17, 80 *scrobes* pluvias, *v. infra l. 43*. FRONTIN. aq. 123 ut et ⟨umorem⟩ commode structura -at. ARNOB. nat. 5, 6 cum discidio partium sanguis fluit immensus, rapiuntur et -untur haec terra (HIER. in Ezech. 24, 1 p. 275 si sanguis fundatur in terram, -at humus umorem sanguinis). PAVL. NOL. carm. 24, 111 bibit unda navem, navis undam -it, sorbentur et sorbent aquae. APIC. 5, 205 (cum bibat *cod. Vat.*). 6, 239 ius scissuris *pulli* infundis, ut -at et cum -erit assabis. 6, 256 infundis ipsos turtures, ut -ant sibi *liquamen*. 7, 320. c *herbae*: EPIST. Sapph. 150 grata prius lacrimas -it herba meas. COLVM. 12, 10, 2 cum *cepa* ius -erit. 12, 39, 1 ubi -erint uvae *mustum* seque impleverint. MARCELL. med. 20, 116 scillam ... coicies in *acetum* ... et cum diu macerata fuerit et -erit. 2 *latiore sensu alias res, i. q. recipere, intus excipere, re aliqua perfundi*: a *proprie de actione corporea*: COLVM. 12, 49, 10 dum aliquatenus baca *olivae* salem -at. PLIN. nat. 17, 80 ut solem pluviasque -ant *scrobes arborum* (MART. 10, 12, 7 i precor et totos avida cute -e soles. CLAVD. 8, 553 vestis radiato murice solem -it). STAT. Theb. 10, 675 fulminis haud citius radiis afflata cupressus -it infestas et stirpe et vertice flammas. PAVL. NOL. carm. 24, 111 *v. l. 33*. *nota quadam imagine de flamma i. q. quasi comedere i. comburere, conflagrare*: AVG. in psalm. 57, 20 ignis ... eos adhuc viventes in ira dei -it. b *in imagine i. q. recipere res incorporeas*: CIC. fin. 3, 9 quas *artes*, si dum est tener *puer*, -erit, ad maiora veniet paratior. SIL. 11, 400 -at illapsos ductor (*Hannibal in Italia*) per viscera luxus. TERT. spect. 15 simul inquinamentum -erunt. bapt. 4 sanctificatae *aquae* vim sanctificandi -unt. NOVATIAN. trin. 28 p. 942B qui hoc animo ac mente -erit. ARNOB. nat. 5, 10 necesse est credere ... et iaculatam -isse sementem. HIER. in Am. 5, 8 p. 289 vocabula, quae usu didicimus et errore -imus. PRVD. cath. 4, 18 *pectora* postquam -erint deum medullis. perist. 10, 630 crucem vetusta -erunt saecula. AVG. trin. 11, 3, 6 speciem, quam per corporis sensum -it anima. SIDON. epist. 7, 9, 5 donec scientiam natura -erit. MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 1 quia susceperunt et -erunt verbum. *loc. dub.*: ARNOB. nat. 5, 30 quam si aperte hoc facere confessis maledictionibus -issetis (coimbibissetis *coni. Salmasius*). 3 *i. q. una (cum aliis) bibere, simul potare*; GLOSS. II 442, 52 συμπίνω convivo (-o *Götz*): SEN. epist. 123, 15 aeque -endi et convivendi sapiens est peritissimus. GLOSS. V 650, 7 combibiones a -endo (convivendo *cod.*). ITALA act. 10, 41 (cod. e) cumbibimus eo (συνεπίομεν).

synon.: *ad 1*: accipere, bibere, se implere, rapere, recipere, sorbere. *ad 2*: discere, suscipere.

deriv.: combibio, 2. combibo, combibulus (-a), combibitor.

comitiānus, -a, -um [*a* comes. *Th.*]. *cf.* comitiacus. *adde nom. propr.* Comitianus, -a, -ē. 1 *subst. nomen officialis cuiusdam:* COD. Theod. 8, 4, 18 (*a. 394*) ex his, qui de numero -orum vel ex apparitione culminis vestri (*sc. praefecti praetorii*) consulari officio deputati sunt, nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem habeat facultatem. CASSIOD. var. 8, 27 tit. Floriano viro devoto -o. LYD. mag. 2, 7 οἱ μὲν γὰρ λεγόμενοι στρατηλάται τὴν τῶν κομίτων ἔχουσιν ἐκ τῆς ἀρχαιότητος καὶ μόνην τιμήν· ταύτῃ καὶ κομιτιανοὺς τοὺς δευτεροστρατηλατιανοὺς ἡ παλαιότης οἶδε. 2 *adiect. i. quod ad comitem vel munus eius pertinet:* officium: COD. Iust. 1, 46, 2 (*a. 416*) interminationem ... quinquaginta librarum auri adversus -um officium proponi decernimus. NOVELL. Iust. 8, 2 *oportere comitem Phrygiae Pacatianae* non ... duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum *officium* esse, -um existens et nominandum (8, 3. 5). 27, 1 *administrationem* uno utentem officio -o appellando. 30, 1, 1 omnes quanticumque pridem -i officii sunt — et summarii dicimus et si quid tale aliud est. *ibid.* ministrante utroque ei (*proconsuli Cappadociae*) officio et -o, quod etiam propria aget et nihil communicabit civili officio, et clarissimi provinciae iudicis (*ibid.* officio ... quae propria sunt, divise agente et quod pridem -o et quod pridem civili, ut civile quidem diligentiam adhibere fiscalium et civilium ..., pridem vero -um officium praeesse imperialium rerum gubernationi). 30, 2. *graece in* NOVELL. Iust.: τάξις κομιτιανή. apparitio: IVLIAN. epit. novell. 15, 3 utriusque ... Ponticae magistratus apparitores misceri oportet et -am appellari *apparitionem* (15, 5). 22, 1 summarii ... -ae apparitionis. *ibid.* utraque apparitio tam -a quam civilis proconsularis appellabitur. *ibid.* nominentur ... tredecim magistri periculo -ae apparitionis.

1. comitiātus, -ūs *m.* [*a* comitiare. *Th.*]. *idem q. comitia.* VARRO ling. 5, 91 classicos a classe, qui item cornu[u]o canu⟨n⟩t (canit *F*), ut tum cum classes comitiis ad comit⟨i⟩atum vocant (6, 93 ad -um [comitia tum *F*] vocatur populus. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 qui eorum [*magistratuum*] primus vocat ad -um). CIC. leg. 2, 31 quid ... maius est ... quam posse a summis imperiis et summis potestatibus -us et concilia vel instituta dimittere vel habita rescindere? 3, 9 'olli ... (*patres*) ec se produnto, qui -u creare consules rite possint' (possiet *al.*). 3, 11 'de capite civis nisi per maximum -um ... ne ferunto' (3, 44 altera *lex* de capite civis rogari nisi maximo -u vetat). 3, 27 *omnibus magistratibus auspicia dantur*, ut multos inutiles -us probabiles impedirent morae. MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 consul ab omnibus magistratibus et -um et contionem avocare potest. praetor et -um et contionem usquequaque avocare potest nisi a consule. minores magistratus nusquam nec -um nec contionem avocare possunt.

2. comitiātus, -a, -um *v.* comitio.

comiticus *v.* comitiacus *p. 1798, 13.*

comitio, -āvī, -ātum, -āre (-or, -ātus sum, -ārī) [*a* comitium, comitia. *Th.*]. *deponens v.* DOSITH. *l. 40.* GLOSS. *l. 42.* 1 *i. q. in comitio agere:* [COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 *v. s.* commeo]. VARRO ling. 6, 31 dies qui vocatur sic 'quando rex -vit fas'; [s]is dictus ab eo quod eo die rex sacrific[i]ulus †dicat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas *eqs.* FAST. ann. Iul. Caeret. Mai 24 (Corp. I² p. 213) Q(uando) R(ex) C(omitiavit) F(as). *cf.* Praen. Mart. 24 (Corp. I² p. 234) ⟨Q. R.⟩ C. F. hunc diem plerique perperam interpretantes putant appellar⟨i⟩, quod eo die ex comitio fugerit ⟨rex. n⟩am neque Tarquinius abiit ex comitio ⟨urbis⟩ et alio quoque mense eadem sunt *eqs.* (*cf. Corp. I² p. 289*). PAVL. FEST. p. 259 'quandoc rex -vit (⟨co⟩mitia *sic frg. Festi*, comitiassit *Urs. Müller*) fas' in fastis notari solet et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. GLOSS. -are loqui; comit⟨i⟩are loqui in conventu eundo, redeundo, ambulando. 2 *i. q. comitiis designare:* PS. ASCON. Verr. p. 142 tribunorum militarium duo genera: primum eorum qui rufuli dicuntur; hi in exercitu creari solent; alii sunt -ati, qui Romae comitiis designantur. *passivum male interpretati sunt:* DOSITH. gramm. VII 430, 20 verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt, quae fere sunt primae coniugationis: -or ἀρχαιρεσιάζω (ἀρχιερεσιάζω *cod.*). GLOSS. comit⟨i⟩or ἀρχιερεύω. 3 *i. q. incomitiare, vituperare:* TERT. pall. 5 haec pro pallio interim, quantum nomine -asti (comitiasti, comitasti, concitasti *codd.*). *Sigwart.*

comitīva, -ae *f.* [*a* 1. comes. *Th.*]. *munus, officium comitis (cf. comes p. 1776, 68 sqq.), inde etiam i. q. dignitas, ordo comitis. legitur substantive a. 372 et postea.*

1 *muneris genere addito: cum genetivo hominum, rerum incorporearum:* COD. Theod. 6, 14, 1 (*a. 372*) *qui* d(ucto) intro transmarinas provincias strenuissime m(ilite) primi ordinis -am fuerint consecuti (VEG. mil. 2, 9 praefectus legionis habens -ae primi ordinis dignitatem. COD. Theod. 6, 14, 2 [*a. 397*]. *ibid.* cum secundi ordinis -am praemiis impetravit. 6, 13, 1 [*a. 413*] si primi ordinis -am ... meruerint. 6, 14, 3 [*a. 413*]. 6, 15, 1 [*a. 413*]. 6, 11, 1. 6, 18, 1. 6, 20 tit. 6, 26, 17, 1 [*a. 416*] secundi ... ordinis -ae codicillos accipiant. 6, 26, 18. 12, 1, 127. 14, 4, 10 [*a. 417*] -ae tertii ordinis honore cumuletur. CASSIOD. var. 2, 28, 3. 6, 12 tit. formula -ae primi ordinis. 6, 12, 4 *al.*). COD. Theod. 6, 9, 2 pr. (*a. 380*) qui ... -a utriusque aerarii nostri ... viguerunt (COD. Iust. 12, 6, 1). 6, 26, 14 pr. (*a. 407*) -am primi dispositionum ... quaesivit (= COD. Iust. 12, 19, 4 pr.). CORP. VI 1727, 7 (*fere init. saec. V*) illustrem sacrii (*sic*) patrimonii -am (CASSIOD. var. 4, 3, 2 illustris -ae nostri patrimonii dignitatem. 4, 4, 2. 6, 9 tit. formula -ae patrimonii. 6, 9, 5). COD. Iust. 12, 19, 8 pr. (*a. 443/44*) -ae sacri nostri consistorii cingulo ... potiri. PAVL. PELL. 295 privatae ... largitionis. CASSIOD. var. 2, 15, 2 -ae domesticorum vacantis honore (2, 16, 2 -ae domesticorum vacantis dignitate. 6, 11, 2 -ae domesticorum illustratum vacantem. 8, 12, 8 [*traditur etiam* comitiis]). 6, 7 tit. formula -ae sacrarum largitionum (6, 7, 1. 8, 16, 6 sacrarum largitionum -am ... tibi concedimus. 9, 7, 2 -ae largitionum praesidens). 6, 19, 7 -ae archiatrorum honore decorare. 7, 6 tit. formula -ae formarum (7, 6, 5). 7, 9 tit. formula -ae portus urbis Romae (7, 9, 4). *substantivo omisso:* COD. Iust. 1, 33, 3 (*a. 414*) cognitionem -ae privatarum (CASSIOD. var. 1, 4, 4 primus ... administrationis introitus -ae privatarum mole fundatus est. 3, 12, 3. 6, 8 tit. formula -ae privatarum. 6, 8, 1. 7). CASSIOD. var. 6, 7, 9 -ae sacrarum ... tibi conferimus dignitates. *cum genetivo terrae, civitatis:* COD. Theod. 6, 10, 3 (*a. 381*) Orientis (13, 11, 12 *a. 409*) sive Aegypti -ae ... infulas consecuti. CASSIOD. var. 6, 22, 2 -am tibi Syracusanae civitatis ... concedimus (6, 24, 2. 7, 27). 7, 1 tit. formula -ae provinciae. 7, 3 tit. formula -ae Gothorum per singulas civitates. *cum adiectivo:* COD. Iust. 2, 12, 25 (*a. 392*) consistorianae -ae insignia (2, 7, 8 *a. 440* post ... annum ... completum ... abscedere cum -a consistoriana. 10, 30, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a. 442). COD. Theod. 12, 1, 150 (*a. 395*) *curiales* honorariam adepti sunt -am (= COD. Iust. 10, 32 [31], 47 pr.). 6, 26, 17, 1 (*a. 416*) tertiae -ae gradu fruebantur. CASSIOD. var. 6, 22 tit. formula -ae Syracusanae. 6, 23 tit. formula -ae Neapolitanae (6, 25). 7, 13 tit. formula -ae Romanae (7, 13, 3). 7, 14 tit. formula -ae Ravennatis (7, 14, 3).

2 *omissa generis notione*: PAVL. NOL. epist. 25, 8 (*in imagine*) deum si coeperis sequi, de -a incipis militare et finis militiae tuae erit regnum ... caeli. AVG. in psalm. 34 serm. 1, 12 si tibi imperator diceret, pete quod vis, quos tribunatus -asque ructares! COD. Theod. 6, 13, 1 (*a. 413*) sin *tribuni scholarum* absque honore -ae cuiuslibet scholae regimen fuerint nacti (= COD. Iust. 12, 11, 1, 1). CASSIOD. var. 1, 2, 5 tu ... -a subvectus tantis iubes, tanta te istius nominis praesumptione defendis. PS. VEN. FORT. vita Med. 2, 6 dicit *Medardus* ad Eleutherium quendam puerulum comparem, quod publica in actione -am assumeret. GREG. M. epist. 1, 13 -am illam, quam vir eius agendam susceperat, nunc ... ipsi est mulieri ... attributum.

inde natum, ut videtur (non ante saec. V), adiect. **comitīvus,** -a, -um: COD. Theod. 8, 8, 9 (*a. 416*) sive ex praetoriano officio sive ill(ustris) -ae sedis largitionum nec non et rei privatae ... ad quamcumque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus (= COD. Iust. 12, 60 [61], 3 pr. COD. Theod. 11, 21, 3 *a. 424* sancimus ... decreto, ne cui deinceps ex praecepto -ae sedis ... propria liceat tributa persolvere). AVG. epist. 220, 7 quandocumque tu -am sumeres potestatem. VIGIL. TRID. ad Ioh. 2, 1 Iacobus -am reclinaturus in Christi comitibus dignitatem sanctorum recentium reliquias postulavit (COD. Iust. 12, 49 [50], 12 pr. [*imp. Anastasio*] hoc super honore ... -ae dignitatis eis impertiri). *Bannier.*

comitium, -ī *n.* [*a* com *et* ire; *cf.* comes, coire. *Th.*]. *de plurali v. p. 1803, 1 et 1810, 48.* *singularis i. q.* ***locus contionis*:** VARRO ling. 5, 155 -um ab eo quod coibant eo -is curiatis et litium causa[e]. PAVL. FEST. p. 38 in -o conveniebant; qui locus a coeundo, id est insimul veniendo est dictus. p. 107 in -um, hoc est in conventum, venire. PLVT. Rom. 19 *ὅπου δὲ ταῦτα συνέθεντο μέχρι νῦν κομίτιον καλεῖται· κομῖρε γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.* CASS. DIO frg. 5,7 (Boissevain, frg. 3, 8 Melber) *ὥστε ἐκείνους (Romanos et Sabinos) ... τῆς τε μάχης ἐπισχεῖν καὶ ἐς λόγους αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν.* PS. ASCON. Verr. p. 174 locus propter senatum, quo coire equitibus Romanis et populo Romano licet. *cf.* PLAVT. Curc. 403 *p. 1802, 63.* GLOSS. *ὀχλαγώγιον* (convicium *pars codd.*). locus, ubi dantur honores. locus honorum, ubi d[om]antur (*an* donantur?) honores; locus, ubi consules designantur. *de graeca transcriptione v. p. 1802, 37 sqq.* *notatur* comit: FAST. ann. Iul. Arv. Aug. 23 (Corp. I^2 p. 215). *legitur inde a* LEGE XII tab. *et* PLAVTO *apud* VARRONEM CIC. CAES. (*semel*) NEP. (*semel*) LIV. FEST. VITR. (*semel*) VAL. MAX. (*semel*) SEN. nat. (*semel*) epist. (*semel*) PLIN. nat. TAC. (*bis*) PLIN. epist. (*bis*) SVET. FRONTONEM SOL. (*semel*) *al. et nonnumquam in titulis.* *cf. Hülsen, PW. IV 717—718; Ruggiero II 533—535.*

I *proprie i. q. locus, ubi publice coitur*: **A** *Romae*: LEX XII tab. (Rhet. Her. 2, 13, 20) rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in -o aut in foro ante meridiem causam conicito (PLAVT. Curc. 403 *p. 1802, 63.* CIC. Verr. 2, 58 vidi ... forum -umque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum ... lugubri. 4, 9 huius signis et tabulis forum -umque ornari? 6, 170 *non* in foro, non in -o, non in rostris. Sest. 75 cum forum -um curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent. LIV. 34, 45, 6 in foro et -o et Capitolio sanguinis guttae visae sunt. SEN. nat. 2, 49, 2 *p. 1802, 56.* PLIN. nat. 15, 77 colitur ficus arbor in foro ipso ac -o Romae nata. TAC. Agr. 2 delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in -o ac foro urerentur. SVET. Iul. 10 aedilis praeter -um ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit. FRONTO p. 98, 21 N. te ... locuturum ... nobiscum de loco superiore nec tantulo superiore, quanto rostra foro et -o excelsiora sunt, sed *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 101, 26 Hild. *columna Maenia* in vicinia fori et iuxta -um posita. PS. ASCON. Verr. p. 174 ad ornandum forum et -um. *cf.* PLVT. C. Gracch. 5 *et* quaest. Rom. 63 p. 279^D *p. 1802, 50 sqq.*). PLAVT. Curc. 470 qui periurum convenire volt hominem, ito in -um. Poen. 807 cras mane, quaeso, in -o estote obviam. TITIVS or. frg. Macr. sat. 3, 16, 14 iubent puerum vocari, ut -um eat percontatum, quid in foro gestum sit. *ibid.* ad -um vadunt. *ibid.* veniunt in -um (CIC. Brut. 289 Att. 4, 3, 4 PAVL. FEST. p. 259). VARRO ling. 5, 155 sub dextra huius (*curiae Hostiliae*) a -o locus substructus (*i. Graecostasis. cf.* LIV. 1, 36, 5 statua Atti ... in -o in gradibus ipsis ad laevam curiae fuit. 45, 24, 12 [*Rhodii loquuntur*] omni auro et argento ... in -o, in vestibulo curiae vestrae cumulato. *cf. p. 1802, 5 sqq.*). VARRO ling. 6, 5 quo *tempore* praetor in -o supremam pronuntiavit populo. 6, 31 *v. p. 1800, 24.* rust. 1, 2, 9 C. Licinius ... primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia e -o eduxit. CIC. Verr. 2, 49 Tenem ... quem quondam in -o vidistis. Rab. perd. 21 Catil. 1, 15. Sest. 76 pulsus e rostris in -o iacuit (Verr. 6, 170 *supra l. 55.* LIV. 38, 56, 12 statuas ... in -o, in rostris, in curia, in Capitolio, in cella Iovis poni. VAL. MAX. 4, 1, 6 in -o, in rostris, in curia, in ipsa denique Iovis optimi maximi cella. ASCON. Mil. p. 42 Cl. erant ... tunc rostra ... ad -um, prope iuncta curiae. FRONTO p. 145, 9 N. -um et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata. SIDON. epist. 1, 9, 7 me in -o vel inter rostra contionante). CIC. rep. 2, 31 saepsit de manubiis -um et curiam (Sest. 75 *p. 1801, 56.* LIV. 22, 7, 7. 22, 60, 1 ab ea turba, quae in -o erat, clamor flebilis est sublatus manusque ad curiam tendebant *eqs.* 38, 56, 12 *p. 1801, 82.* ASCON. Mil. p. 42 Cl. *supra l. 1* PLIN. nat. 35, 27 S. C. de nund. salt. Beg. [Corp. VIII 11451] 5. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 4 in -o in curia Iulia. *v. etiam p. 1801, 73 sqq. et vol. IV p. 1482, 72 sqq. cf.* POTAM. tract. 2 p. 1416^B *l. 70*). CIC. div. 1, 32. 33 Att. 4, 3, 4. LIV. 2, 10, 12 statua in -o posita (6, 15, 2 sella in -o posita. 38, 56, 12 *p. 1801, 82.* GELL. 4, 5, 1 statua Romae in -o posita Horatii Coclitis). CAES. civ. 1, 3, 3 completur urbs et ipsum -um tribunis centurionibus evocatis. LIV. 5, 7, 9 ad multitudinem in -o stantem. 5, 55, 1. 9, 9, 2 istos ... hic in -o virgis caesos (22, 57, 3. 24, 20, 6 PLIN. epist. 4, 11, 10 SVET. Dom. 8. *cf.* LIV. 25, 7, 14 deducti in -um [-o *P*] virgisque ... caesi *et* PLIN. epist. 4, 11, 11 *infra l. 76*). LIV. 27, 36, 8 eo anno ... -um tectum esse ... et ludos Romanos ... instauratos. 29, 16, 6 decem legati Locrensium ... in -o sedentibus consulibus ... ante tribunal ... humi procubuerunt (FRONTO p. 145, 9 N. *supra l. 2*). 40, 29, 13 libros ... in -o cremandos esse (40, 29, 14). 45, 20, 6 VITR. 2, 8, 9. FEST. p. 169 ficus ... in -o (*cf.* p. 177 niger lapis in -o. TAC. ann. 13, 58 *Ruminalis arbor* in -o). p. 290 in Volcanali, quod est supra -um (PLIN. nat. 33, 19 in Graecostasi, quae tunc supra -um erat). FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 19 (Corp. I^2 p. 234) *Salii* faciunt in -o saltu ⟨adstantibus po⟩ntificibus et trib(unis) celer(um). 24 quod eo die ex -o fugerit ⟨rex, n⟩am neque Tarquinius abiit ex -o *eqs.* ARV. Aug. 23 (Corp. I^2 p. 215) Volk(ano) ⟨in⟩ comit(io). VAL. MAX. 1, 5, 1. 7, 8, 4 SEN. epist. 104, 33 *infra l. 77* PLIN. nat. 7, 181. 10, 5. 15, 77. 34, 21. 26 et Pythagorae et Alcibiadi *statuas* in cornibus -i positas. 35, 173 ad -um exornandum. SVET. Aug. 43 anguem quinquaginta cubitorum pro -o *publicabat.* GELL. 11, 1, 7 cum in castris et in exercitu multa fieret, non in -o nec ad populum diceretur. SOL. 33, 14 *phoenix* in -o publicatus est. PANEG. 12, 11 p. 280, 27 non ... te princeps solus et domi et tamquam temptaret ambibat, sed publice et in -o et ut aliud iam facere non posset. *graeca*: INSCR. Graec. Dittenberger syll.^{2} 928, 38 (*saec. II a. Chr. in., Magnesiae ad Maeandrum*) *ἐγκομετίωι.* S. C. de Thisbeis (*a. 170 a. Chr.*, Ditt. syll.^{2} 300) *τῇ συγκλήτῳ συνεβουλεύσατο ἐν κομετίω.* S. C. de Narthacio (*ca. a. 150 a. Chr.*, Ditt. syll.^{2} 307) *ἐγ κομετίῳ.* S. C. de Priene (*ca. a. 136 a. Chr.*, Ditt. syll.^{2} 315) *ἐγκομετίῳ.* S. C. pro Iudaeis (Ios. arch. 13, 9, 2 *a. 133 a. Chr.*) *ἐν κομετίῳ.* INSCR. Graec. Rom. Cagnat IV 262 (*Adramyttii, paulo post 123 a. Chr.*) *⟨ἐν⟩ κομετίω.* INSCR. Graec. Ditt. syll.^{2} 930, 4 (*a. 112 a. Chr., Delphis*) *ἐγκ⟨ομετίωι⟩.* S. C. de Asclep. (Corp. I^2 588 gr. 4, Inscr. Graec. Rom. Cagnat I 118, 15 [*Romae, a. 78 a. Chr.*] *ἐν κομετίῳ.* S. C. de Oropiis 61 (*a. 78 a. Chr.*, Ditt. syll.^{2} 334) *ἐν κομετίῳ.* PLVT. Rom. 11 *βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν κομίτιον κυκλοτερής.* Rom. 19 *p. 1801, 34.* Num. 22 *κομισθείσας εἰς τὸ κομίτιον τὰς βίβλους κατακαῆναι.* C. Gracch. 5 *λέγεται ... τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων δημαγωγῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀφορώντων καὶ τὸ καλούμενον κομίτιον πρῶτος τότε στραφεὶς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορῆσαι* (quaest. Rom. 63 p. 279^D *ἐν ἀγορᾷ ... πρὸς τῷ λεγομένῳ κομιτίῳ* [*κομητίῳ codd.*]). CASS. DIO frg. 5, 7 Boissevain *p. 1801, 36.* 47, 19, 1 *τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον ἐπ' αὐτοῦ κληθὲν παρὰ τῷ κομιτίῳ ὠνομασμένῳ.*

B *aliarum civitatum*: *generatim*: SEN. nat. 2, 49, 2 regalia *fulgura sunt*, cum forum (*Haase*, cum eorum *Φ*, quorum vi *Δ*) tangitur vel -um aut principalia urbis liberae loca. *Perusiae*: CORP. XI 1946 ⟨i⟩n -o ponendum censuer(e) ... in -o statua (*'ad Perusiam referendum esse non prorsus certum est' Bormann*). *Spartae*: NEP. Ages. 4, 2 *Agesilaus* dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum, ut si privatus in -o esset Spartae.

II *in imagine de partibus corporis*: PLAVT. Curc. 403 (*alludit ad coitionem*) quaeso ne me incomities. :: licetne inforare, si incomitiare non licet? :: non inforabis me quidem nec mihi placet tuom profecto nec forum nec -um. APVL. apol. 7 impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi vestibulum et orationis ianua et cogitationum -um. PANEG. 11, 15 p. 256, 9 versari coepit in sacri pectoris (*sc. imperatoris Iuliani*) -o consulatus. POTAM. tract. 2 p. 1416^B Belias ... intra loricam sacri pectoris (*sc. Isaiae prophetae*) fidei -um, [praedicationis politicae] litterarum curiam requirebat.

III *translate de rebus quae in -o fieri solent.* *i. q. iudicium, supplicium*: SEN. contr. 7, 1, 22 ad expiandum scelus triumviris opus est, -o, carnifice. tanti sceleris non magis privatum potest esse supplicium quam iudicium. PLIN. epist. 4, 11, 11 si -um et virgas pati nollet. *i. q. suffragia*: SEN. epist. 104, 33 *Cato* eodem die quo repulsus est in -o, pila lusit. PANEG. 12, 3 p. 273, 22 in quodam orbis terrarum -o quaeri putemus, quisnam sit ille qui debeat tantam molem subire ... nonne is omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque legeretur cui *eqs.* GLOSS. imperii adeptio. est mutatio dignitatis, hinc incomitio est vitio. *i. q. contio, multitudo*: GLOSS. -um (convicium *cod.*) facio circulor *ὀχλαγωγῶ.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plur. ***comitia,** -orum *n. i. q.* ***conventio populi*** *(ex lege facta et a magistratu vocata), inde i. q.* ***suffragia:*** *de formis*: CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 4 plurativo semper numero . . . arma et moenia et -a *dicenda*. GELL. 19, 8, 5 de armis et moenibus et -is *non infitias eo* quin figura multitudinis perpetua censeantur. CHAR. gramm. I 33, 29 neutra semper pluralia . . . -a ἀρχαιρέσια (EXC. Bob. gramm. I 550, 3 PROB. app. gramm. IV 196, 12). PROB. nom. gramm. IV 208, 24 omnia nomina pluralia 'ia' litteris nominativo finita genetivum in 'ium' syllabam mittunt, ut moenia . . . -a . . . inter haec ergo nomina sola distant -a quae genetivo plurali missa in 'um' non vim nominis magis quam loci nomen assignant, ut horum comitium et dativo vel ablativo his comitibus, . . . vim quandam nominibus secretionis videmur inferre in genetivo plurali, ut -orum, non comitium dicamus et -is, non comitibus. *fem.* comitiae, -arum *v. p. 1810, 48.* *forma ablativi*: comitieis: LEX Tarent. (Corp. I² 590) 16 LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 132. comitis: CIC. rep. 2, 25 *cod.* LEX de imp. Vesp. (Corp. VI 930) 13 LEX Vrson. (Corp. II 5439) 101, 18. 105, 28 LEX Malac. (Corp. II 1964) 1, 51. 61 CORP. XIV 375, 9. *notatur* comit: FAST. cos. Capitol. *passim* (*v. Corp. I² ind. VI p. 360 s. v.* dictator). *de significatione*: AMPEL. 48 de -is: -a dicuntur a comitatu et frequentia, quod patres et classes ad suffragia vocantur creandorum magistratuum vel sacerdotum causa. -orum autem triplex ratio est: haec curiata, haec tributa, haec centuriata dicuntur, quia aut per curias aut per tribus aut per centurias explicantur. si translaticium sit et solitum, de quo populus ⟨. . .⟩, curiatis transigitur; si amplius, tributis; si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur et -a centuriata dicuntur. GLOSS. ἀρχ(ι)αιρέσια. tempora honorum quando dantur sed (id est?) ubi sunt milites. honores. dicuntur quae fiunt Romae ad creandos magistratus Kalendis Ianuarii in campo Martio, ad quae omnis populus Romanus et universae conveniunt dignitates et de Italia. ergo ad summam -a sunt conventus necessarii nimis. *graece transfertur his vocabulis* (*v. Magie, De Romanorum iuris publici sacrique vocabulis [1905] p. 56. 57*): τὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ἀρχαιρεσίαι, ἐκκλησία, χειροτονία, ψηφοφορία. *praeterea*: -a curiata: ἐκκλησία, ἡ κουριᾶτις ἐκκλησία, ἡ φρατρικὴ ἐκκλησία, ἡ κουριάτη ψηφοφορία, ἡ φρατριακὴ ψηφοφορία. -a calata: ἀρχ[ι]αιρέσια δὶς τοῦ ἔτους γιγνόμενα. -a centuriata: τὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ἀρχαιρεσίαι, ἀρχαιρεσίαι, λοχῖτιδες, ἀρχαιρέσια ὑπάτων, αἱ τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίαι, τὰ ὑπατικὰ ἀρχαιρέσια, αἱ ὑπατικαὶ ἀρχαιρεσίαι, ἐκκλησία, ἡ λοχῖτις ἐκκλησία, ἡ κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομένη ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ τῶν τιμημάτων ἐκκλησία, ἡ ὑπατικὴ ψηφοφορία, χειροτονία ὑπάτων, κατάστασις τῶν ὑπάτων, κατάστασις τῶν ἀρχόντων. -a tributa: αἱ ἀρχαιρεσίαι, αἱ φυλετικαὶ ἀρχαιρεσίαι, τὰ ἀγορανομικὰ ἀρχαιρέσια, ἐκκλησία, ἡ φυλετικὴ ἐκκλησία, ἡ φυλέτις ἐκκλησία, ἡ φυλετικὴ ψηφοφορία, κατάστασις (τῶν ἀγορανόμων). -a XVII tribuum: ἀρχαιρέσια, αἱ αἱρέσεις τῶν ἱερῶν. *legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. p. 1805, 66*) *et* PLAVTO *apud* CATONEM (*semel*) VARRONEM CIC. (*passim*) CAES. SALL. NEP. (?) LIV. (*passim*) PAVL. FEST. SEN. contr. VELL. VAL. MAX. SEN. phil. ASCON. PLIN. nat. QVINT. TAC. PLIN. epist. paneg. SVET. FLOR. AVSON. AMM. *alios.* NOT. Tir. 45, 84. *non legitur apud poetas nisi apud* PLAVT., *praeterea deest apud christianos et alios* (*ex. gr. apud* RHET. Her. CVRT.). [*loc. dub.*: VARRO ling. 5, 85 Salii ab salitando quod facere in -is (comitio *vulg.*) in sacris quotannis et solent et debent. 6, 93 *v. p. 1800, 6.* CASSIOD. var. 8, 12, 8 *v. p. 1800, 69.*] *de re v. Liebenam, PW. IV 679—715; Ruggiero II 531—533; Mommsen, Röm. Forsch. I 170; Röm. Staatsrecht passim (v. indicem); Wissowa, Rel. und Kultus der Römer p. 417. 437. 440 sq.*

I *proprie*: **A *Romae*:** **1** *generatim*: CATO or. frg. 18, 1. COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 collegam roges, ut -a edicat de rostris. COMMENT. augur. Cic. div. 2, 42 Iove tonante, fulgurante -a populi habere nefas. VARRO Men. 497 ubi tum -a habebant, ibi nunc fit mercatus. ling. 7, 42 -is cum recitatur a praecone dicitur 'olla' centuria, non illa. 7, 97 quae sinistra sunt bona auspicia existimantur; a quo dicitur -a aliudve quid (*cf.* CIC. div. 2, 43 -orum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. 2, 42 *supra l. 62.* 2, 74. SERV. Aen. 4, 102. 7, 257). CIC. Verr. 1, 22 X fiscos ad senatorem illum relictos esse -orum meorum nomine. 1, 24 urgebant -a . . . instabat iudicium . . . agere, quae ad iudicium pertinebant, libere -orum metu deterrebar. 1, 54 haec frequentia totius Italiae . . . quae convenit uno tempore undique -orum, ludorum censendique causa. Manil. 2 cum propter dilationem -orum ter praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum (Att. 2, 15, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3). Mur. 1 illa sollemnis -orum precatio consularibus auspiciis consecrata (*cf.* PLIN. paneg. 63 perpessus es longum illud carmen -orum. 92). Mur. 35 quod . . . fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes commutationesque fluctuum (*cf.* 36 *infra l. 83* Planc. 15 *p. 1807, 70*), quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio -orum? (36 nihil fallacius ratione tota -orum. Pis. 4 ego adulescentes . . . meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia -orum ratione privavi). Mur. 36 ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur . . . sic in hac -orum tempestate populari saepe intellegas, quo signo commota sit. 38 tanta illis -is religio est, ut adhuc semper omen valuerit praerogativum (p. red. in sen. 17 me, affinem tuum, quem -is tuis praerogativae primum custodem praefeceras [*cf.* Pis. 11]. Planc. 49 aedilem tu Plancium factum esse miraris, . . . cuius in honore non unius tribus pars, sed -a tota -is fuerint praerogativa? div. 1, 103 praerogativam etiam maiores omen iustorum -orum esse voluerunt. 2, 83 LIV. 3, 51, 8 *infra l. 58*). Mur. 38 sunt . . . populi ac multitudinis -a. Planc. 7 his levioribus -is (*praetoriis*) diligentia et gratia petitorum honos paritur. 8. 9 non enim -is iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus *eqs.* 15 (*per ironiam*) nulla erit posthac varietas -orum. Mil. 7 *M. Horatius* populi Romani -is liberatus est (rep. 2, 56 populi -a ne essent rata, nisi ea patrum approbavisset auctoritas. *cf.* LIV. 4, 35, 6 quod *multitudo* . . . ne in tribunis quidem militum creandis, quae communia essent -a patrum ac plebis, aut sui aut suorum meminisset). Phil. 2, 80 hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut -a auspiciis vel impedire vel vitiare posset. Brut. 55 *possumus* M'. Curium *suspicari disertum*, quod is tribunus plebis interrege Appio Claudio diserto homine -a contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegerit (*cf.* de lege: LIV. 3, 24, 7. ex lege: LIV. 3, 64, 5 *ut M. Duilius tribunus plebis* concederet sortem -orum collegis habituris e lege potius -a quam ex voluntate patrum. 39, 39, 6. 7. legibus: LIV. 39, 39, 13). CIC. Tusc. 4, 1 caerimoniae, -a, provocationes, patrum consilium. nat. deor. 2, 10 haruspices introducti *in senatum* responderunt non fuisse iustum -orum rogatorem (div. 1, 33). tum Gracchus: . . . 'an vos Tusci ac barbari auspiciorum populi Romani ius tenetis et interpretes esse -orum potestis?' (div. 2, 74 *p. 1806, 31*). Att. 1, 16, 12 nunc est expectatio -orum in quae omnibus invitis trudit noster Magnus Auli filium. 3, 14, 1 *-is* absolutis. 4, 3, 3 ut totam nostram causam areae, incendiorum, periculi mei iudicio complecteretur eaque omnia -is anteferret (*cf.* ad Q. fr. 2, 1, 2 cum -a iudiciis anteferrent). 4, 13, 1 -orum nonnulla opinio est. 4, 14, 2 si quid forte de -is, de re publica . . . scribas ad me (4, 15, 4 τρισαρειοπαγίτας ambitum, -a, interregnum, maiestatem, totam denique rem publicam flocci non facere. CAES. civ. 1, 9, 5 libera -a atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur). CAEL. Cic. epist. 8, 14, 1 magna illa -a fuerunt et plane studia ex partium sensu apparuerunt. ad Q. fr. 2, 1, 2 ut . . . iudicum sortitione facta -a haberentur. 2, 13, 5 erat non nulla spes -orum, sed incerta. 3, 8, 4 res prolatae; ad interregnum -a adducta. *et saep.* Q. CIC. pet. 56 video nulla esse -a tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae renuntient suos magnopere necessarios. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 2 illi rumores de -is Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt. *al.* POLLIO Cic. epist. 10, 32, 2 -a biennii biduo habuit *Caesar*, hoc est renuntiavit, quos ei visum est. CAES. civ. 3, 2, 1 his rebus et feriis Latinis -isque omnibus perficiendis XI dies tribuit. SALL. Iug. 44, 3 aestivorum tempus -orum mora imminuerat. CINCII *tit. libri* de -is (Fest. p. 241). VERANII *liber* qui est auspiciorum de -is (Fest. p. 289). LIV. *passim, ex. gr.* 1, 32, 1 *interrege* -a habente Ancum Marcium regem populus creavit; patres fuere auctores. 2, 64, 1. 3, 17, 4 -a interim in foro sunt, senatus in curia est . . . senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt. 3, 24, 7 de reo. 3, 24, 9 *tribuni plebis* quartum affectantes tribunatum in -orum disceptationem ab lege certamen averterant. 3, 37, 5 cum interim mentio -orum nulla fieri (4, 25, 4. 4, 57, 9). 3, 39, 8 qui -a, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi . . . sustulerint. 3, 51, 8 ne -orum militarium praerogativam urbana -a iisdem tribunis plebis creandis sequerentur (25, 37, 5 cum ducem exercitus -is militaribus creari placuisset. ARNOB. nat. 2, 67 militaria urbana communia quae sint -a scitis?). 4, 6, 11 eventus eorum -orum (4, 56, 1). 4, 7, 8 interrex ac senatus consulum -a, tribuni plebis et plebs tribunorum militum ut habeantur tendunt. 4, 44, 5 A. Sempronium -is plus artis adhibuisse quam fidei. 5, 12, 13 hac victoria -orum exultantes tribuni plebis. 5, 29, 1 plus suis -is plebs valuit. 6, 6, 15 te . . . custodem religionum, -orum, legum, rerum omnium urbanarum collegae facimus. 6, 36, 3 haudquaquam tam oboedientem in dilectu quam in -is plebem habuere. 6, 42, 14 patres auctores omnibus eius anni -is fierent (30, 26, 12. 35, 20, 2). 9, 46, 14 ne humillimorum in manu -a essent (*cf.* VAL. MAX. 2, 2, 9 -a in humillimi cuiusque potestatem redacta). 25, 7, 5 -a deinde a praetore urbano de senatus sententia plebique scitu sunt habita. 28, 38, 6 -a inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo centuriaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt (CIC. Manil. 2 *p. 1803, 74.* LIV. 31, 6, 3 rogatio de bello Macedonico primis -is ab omnibus ferme centuriis antiquata est. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild.). 34, 53, 2 ea bina -a Cn. Domitius praetor urbanus in Capitolio habuit. 35, 6, 1 -a suae (*consulis*) sortis esse (39, 32, 5 Sempronius, cui sors -a habendi obtigerat). 41, 16, 7 consules primum religiones, deinde alterum alterius mors et -a et Latinarum instauratio[ne] impediunt. 41, 18, 15 periti religionum iurisque publici . . . suffectum consulem negabant recte -a habere posse. FEST. p. 266 ⟨rogatio⟩ non potest non esse lex, si modo iustis -is rogata est. SEN. contr. 7, 7, 13. 14. VELL. 2, 12, 6 Servilii Glauciae Saturninique Apulei . . .

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gladiis . . . et caede -a discutientium. 2, 92, 2 VAL. MAX. 4, 5, 4. 7, 5, 3 cupiditatem summi honoris ardentiorem ad -a detulit. SEN. dial. 9, 4, 4 praeclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut -is. benef. 7, 28, 2 circa consularia occupato -a aut sacerdotiorum candidato. ASCON. Mil. p. 43 Cl. non fuit . . . moris ab eo, qui primus interrex proditus erat, -a haberi. *al.* LEX de imp. Vesp. (Corp. VI 930) 13 quibus . . . suffragationem suam dederit promiserit, eorum -is quibusque extra ordinem ratio habeatur. PLIN. nat. 18, 13 -a nundinis habere non licebat, ne plebes rustica avocaretur. QVINT. decl. 252 p. 32, 24 *al.* TAC. dial. 37 dicendum . . . de ambitu -orum (ann. 1, 81. 14, 28 -a praetorum arbitrio senatus haberi solita, quoniam acriore ambitu exarserant, princeps composuit). hist. 3, 55 ipse . . . festinare -a, quibus consules in multos annos destinabat. ann. 2, 36 in quinquennium magistratuum -a habenda. PLIN. epist. 3, 20, 9. paneg. 63 abstineas -is. 64 peracta erant sollemnia -orum. SVET. Iul. 41 -a cum populo partitus est, ut . . . pro parte dimidia quos populus vellet pronuntiarentur, pro parte altera quos ipse edidisset. Aug. 40 -orum quoque pristinum ius reduxit. 46 excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent et sub die -orum obsignata Romam mitterent. Vit. 11 -a in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem. CAPITOL. Aur. 10, 8 -is praeterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit neque umquam recessit de curia, nisi consul dixisset: 'nihil vos moramur, p. c.'. AVSON. 419, 44 propriis -orum verbis loqui. AMM. 26, 2, 2 progressus Valentinianus in campum permissusque tribunal ascendere celsius structum -orum specie. SERV. auct. Aen. 8, 1 russeum bellorum, album -orum signum fuisse. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild. *al.*

2 *notabilia*: a *discernitur genus -orum*: *generatim*: AMPEL. 48, 1 *p. 1803, 20.* GELL. 15, 27 tit. quid sint -a calata, quid curiata, quid centuriata, quid tributa, quid concilium. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 2 *calatorum -orum* alia esse curiata, alia centuriata, curiata per lictorem curiatum calari id est convocari, centuriata per cornicinem. 15, 27, 5 cum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata -a esse; cum ex censu et aetate, centuriata; cum ex regionibus et locis, tributa. *adde*: CIC. leg. agr. 2, 27 nunc, Quirites, prima illa -a tenetis, centuriata et tributa, curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. hic autem tribunus plebis . . . curiatis eam *legem* -is quae vos non initis (sinitis *codd.*) confirmavit, tributa, quae vestra erant, sustulit. ita, cum maiores binis -is voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne unam quidem populo -orum potestatem reliquit. 2, 31 *p. 1807, 40.* dom. 38 ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum . . . neque auctores centuriatorum et curiatorum -orum auspiciaque populi Romani *habebit.* MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 illi minores, hi maiores magistratus appellantur. minoribus creatis magistratibus tributis -is [magistratus sed iustus curiata datur lege] maiores centuriatis -is fiunt. LIV. 5, 52, 16 -a curiata, quae rem militarem continent, -a centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis, ubi auspicato, nisi ubi assolent, fieri possunt? 6, 41, 10 non leges auspicato ferantur, non magistratus creentur, nec centuriatis nec curiatis -is patres auctores fiant. AVSON. 419, 42 tu Auguste venerabilis . . . -a consulatus mei armatus exerces. tributa ista, quod in urbe Sirmio geruntur, an, quod in procinctu, centuriata dicuntur? an — ut quondam — pontificalia vocabuntur, sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius, sic vocentur, quae tu pontifex maximus deo participatus habuisti. -a centuriata: PAVL. FEST. p. 54 centuriata -a [item curiata -a] dicebantur, quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat. LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 5 centuriata . . . -a intra pomerium fieri nefas esse, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit. propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumque imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. GLOSS. V 566, 7 -a (cometiae *cod.*) consularia ipsa sunt centuriata, quando fiunt consules. PLAVT. Pseud. 1232 capitis *p. 1808, 42* (CIC. Sest. 65 cum et sacratis legibus et XII tabulis sanctum esset, ut ne cui privilegium irrogari liceret neve de capite nisi -is centuriatis rogari. 73 rep. 2, 61). COMMENT. cons. Varro ling. 6, 88 consul eloquitur ad exercitum: impero qua convenit ad -a centuriata (*cf.* VARRO ling. 6, 93 *dictator et consul* exercitui imperare potest quo eat, id quod propter centuriata -a imperare solent). COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 92 qui de censoribus classicum ad -a centuriata redemptum habent, uti curent eo die quo die -a erunt, in arce classicus canat. CIC. Rab. perd. 11 tu . . . qui in campo Martio -is centuriatis auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes. Mur. 1 illo die quo auspicato -is centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi. dom. 79 (*bis*). 86 damnati . . . -is centuriatis. 87 reducti . . . rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non -is centuriatis, non decretis Italiae. p. red. in sen. 27 quo die nos -is centuriatis, quae maxime maiores -a iusta dici haberique voluerunt (*cf.* leg. agr. 2, 31 *p. 1807, 40*), arcessivit in patriam. Sest. 109 cum . . . de me eodem ex senatus consulto -is centuriatis ferebatur (Pis. 35 de me . . . legem -is centuriatis tulit P. Lentulus consul de collegae Q. Metelli sententia. Phil. 1, 19 quod ad populum centuriatis -is tulit, id in actis Caesaris non habebitur. 10, 17 de quibus confirmandis et sanciendis legem -is centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. 13, 31. rep. 2, 53 *lex ea* quae centuriatis -is prima lata est. 2, 60. 61 leg. 3, 44 LIV. 3, 55, 3. 8, 12, 15. 42, 30, 10 patres . . . centuriatis -is primo die ferre ad populum consules iusserunt, ut . . . bellum cum eo [*Perseo*] iniretur. VAL. MAX. 4, 1, 1). CIC. har. resp. 11 domum populus Romanus . . . -is centuriatis omnium aetatum ordinumque suffragiis eodem iure esse iussit, quo fuisset. Att. 4, 1, 4 mirifico studio omnium aetatum atque ordinum (*cf.* har. resp. 11 *l. 7*) incredibili concursu Italiae legem -is centuriatis esse perlatam (LIV. 3, 34, 6 centuriatis -is decem tabularum leges perlatae sunt. 3, 37, 4). CIC. epist. 1, 9, 16 cum . . . me universa res publica duce senatu comitante Italia promulgantibus omnibus referente consule -is centuriatis cunctis ordinibus hominibus incumbentibus, omnibus denique suis viribus reciperavisset. 7, 30, 1 ille . . . qui -is tributis esset auspicatus, centuriata habuit. LIV. 1, 60, 4 duo consules inde -is centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Servi Tulli creati sunt (2, 2, 11 PANEG. 11, 19). GELL. 13, 15, 1 in edicto consulum quo edicunt quis dies -is centuriatis futurus sit, scribitur *eqs.* curiata: *v. vol. IV p. 1488, 79, ubi addas*: CIC. rep. 2, 25. GELL. 5, 19, 6 -a arbitris pontificibus praebentur, quae curiata appellantur. tributa: CIC. leg. 3, 45 praeter . . . quam quod -a illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis -a rata esse posse neque ulla privilegii. Att. 4, 16, 8 in campo Martio saepta tributis -is marmorea sumus et tecta facturi. epist. 7, 30, 1 *supra l. 16.* LIV. 2, 56, 2 rogationem tulit ad populum, ut plebei magistratus tributis -is fierent. 2, 58, 1 tum primum tributis -is creati tribuni sunt. 2, 60, 4 annum . . . insignem maxime -a tributa efficiunt. *praeterea v. p. 1805, 30 sqq.* calata: *v. p. 177, 69.* populi: *v. p. 1804, 12 sqq.*

b *indicatur res, cuius causa -a habentur*: CIC. div. 2, 74 institutum . . . est, ut -orum vel in iudiciis populi vel in iure legum vel in creandis magistratibus principes civitatis essent interpretes. capitis, capiti, de capite: *v. p. 418, 57 sqq., ubi addas*: CIC. rep. 2, 61. legis, legum: CIC. Sest. 109 venio ad -a sive magistratuum placet sive legum. LIV. 45, 35, 7 exercitus . . . affuturus -is ferendae legis. CIC. leg. 3, 45 privilegii (*v. l. 23 sqq. cf.* Sest. 65). LIV. 6, 37, 12 omnium . . . earum rogationum -a. perduellionis: LIV. 43, 16, 11 in ante diem octavum et septimum kal. Octobres -is perduellionis dicta dies. SCHOL. Cic. Bob. p. 27, 6 Hild. *magistratuum, sacerdotum creandorum causa* (*cf.* AMPEL. 48, 1 *p. 1803, 20*): *generatim*: PS. ASCON. Verr. p. 133 -is consularibus: sunt etiam aedilicia et praetoria et tribunicia -a. consularia: *v. vol. IV p. 570, 63. adde p. 1805, 64.* consulum: *v. vol. IV p. 567, 9.* consulibus rogandis: CIC. div. 1, 33 LIV. 38, 42, 2. 40, 18, 1. 43, 11, 3. consulis subrogandi: LIV. 3, 19, 2. 10, 11, 3. 41, 17, 5. consuli subrogando: LIV. 23, 31, 12. creandis consulibus: LIV. 28, 38, 6. 35, 24, 3. creandi consulis: LIV. 40, 37, 8. consulum creandorum: ASCON. Mil. p. 43 Cl. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 21 Hild. -a . . . habebantur de consulibus creandis. consulatus: *v. vol. IV p. 575, 10.* praetoria: CIC. Verr. 1, 23 Planc. 69 ad Brut. 1, 5, 4 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3 CAES. civ. 3, 82, 4 LIV. 10, 22, 8. 26, 23, 1. 28, 38, 11 *al.* VAL. MAX. 4, 1, 14. 4, 5, 3. 7, 5, 1 SEN. epist. 118, 4. praetorum: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 11, 2 LIV. 22, 35, 5. 27, 35, 1 *saepe* TAC. ann. 14, 28. praetoribus creandis: LIV. 24, 23, 1. praetoris subrogandi: LIV. 39, 7, 7. 39, 39, 13. censorum: *v. p. 797, 68.* censoria: *v. p. 802, 59.* censoribus creandis: LIV. 7, 22, 7. 24, 10, 2 *al.* pontificis maximi: CIC. leg. agr. 2, 18. pontificiis -is: CIC. Cael. 19. pontifici maximo creando: LIV. 25, 5, 2. pontif(icatus) max. Othonis Aug.: ACT. ARV. a. 69 I 73/74. xviris creandis: CIC. leg. agr. 2, 20. *cf.* LIV. 3, 40, 12. magistratuum: CIC. Sest. 109. 113 div. 2, 74 *supra l. 31* TAC. ann. 2, 36 SVET. Aug. 56 VOPISC. Tac. 1, 6. ad creandos magistratus: GLOSS. Plac. V 11, 15. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 9 Hild. *-a habere* ad designandos magistratus. aedilicia: *v. vol. I p. 927, 64.* aedilium: *v. vol. I p. 929, 26.* tribunicia: CIC. Att. 1, 1, 1 LIV. 3, 30, 6. 4, 44, 1. 4, 54, 2. 6, 39, 11 SVET. Aug. 40. tribunorum plebis: LIV. 5, 10, 10. 6, 35, 10. tribunorum plebi creandorum: LIV. 6, 39, 5. trib(uniciae) pot(estatis) imp(eratoris): ACT. ARV. a. 69 I 60. tribunorum et aedilium plebis: SVET. Iul. 76. sacerdotum: CIC. ad Brut. 1, 5, 3. 4. 1, 14, 1. sacerdotior(um) imp(eratoris) O⟨t⟩honis Caesaris: ACT. ARV. a. 69 I 70. sacerdotiorum: SEN. benef. 7, 28, 2. regi creando: LIV. 1, 35, 1. tribunorum militum *consulari potestate*: LIV. 4, 7, 8. 4, 57, 9 *al.* consulum an tribunorum: LIV. 4, 12, 4. tribunis consulari potestate tribus creandis: LIV. 4, 6, 9. tribunorum militum consulari potestate: LIV. 6, 4, 7 *al.* tribunis militum creandis: LIV. 6, 35, 9. quaestorum: LIV. 4, 44, 2. quaestoria: LIV. 4, 54, 3. 5. 8 VAL. MAX. 8, 15, 4. 9, 11, 6. quaesturae: VAL. MAX. 6, 9, 6 Sulla usque ad quaesturae suae -a vitam libidine . . . inquinatam perduxit. maximi curionis: LIV. 27, 8, 1. auguris sufficiendi: LIV. 39, 45, 8. imperii: TAC. hist. 1, 14 *p. 1808, 57.* purpurae: SYMM. or. 3, 3 *p. 1808, 58.* *nota*: collegae subrogando: LIV. 2, 8, 3. 41, 16, 5. rogando collegae: LIV. 22, 35, 2. collegae creando: LIV. 23, 31, 7. *-a personarum certarum* (*pronom. possessivo aut genet. nominis proprii*): mea: CIC. Verr. 1, 22. 2, 19 leg. agr. 2, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Att. 1, 1, 2. 1, 10, 6. ad Brut. 1, 14, 1 sacerdotum -a mea. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3. nostra: CIC. Verr. 1, 25 CAEL. Cic. epist. 8, 2, 2 QVINT. decl. 252 p. 35, 21 PLIN. paneg. 92. tua: CIC. p. red. in sen. 17 Pis. 11 PLIN. paneg. 63. sua: CIC. Att. 4, 3, 3 PLIN. paneg. 63. L. Murenae: CIC. Mur. 37. *similiter c. gen.*: CIC. Phil. 2, 81. 82. 8, 27 Att. 1, 4, 1 LIV. 3, 29, 6. 9, 42, 3. 9, 46, 12.

c *iuxta posita notabiliora*: contio: PLAVT. Men. 459 qui essum neque vocantur neque vocant: eos oportet contioni dare operam atque -is. CIC. Sest. 106 tribus locis significari maxime populi Romani iudicium ac voluntas potest, contione, -is, ludorum gladiatorumque consessu. 115 -orum et contionum significationes sunt non numquam vitiatae atque corruptae. 125 nullum tempus esse frequentioris populi quam illud gladiatorium neque contionis ullius neque vero ullorum -orum. Att. 4, 3, 4 contiones turbulentae Metelli, temerariae Appii, furiosissimae Publii: haec tamen summa, nisi Milo in campum obnuntiavisset, -a futura *erant*. LIV. 24, 26, 16 *p. 1808, 32*. 31, 7, 1 consul in campo Martio -is, priusquam centurias in suffragium mitteret, contione advocata . . . inquit *eqs.* 34, 2, 11 *feminas* et foro quoque et contionibus et -is immisceri. VAL. MAX. 7, 3 ext. 6 -is . . . clamore infesto et crebris totius contionis sibilis vexatus. MACR. sat. 1, 16, 29 Iulius Caesar XVI auspiciorum libro negat nundinis contionem advocari posse . . . ideoque nundinis Romanorum haberi -a non posse. concilium: *cf.* LAEL. FEL. Gell. 15, 27, 4 is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non -a, sed concilium edicere debet. LEX Bant. (Corp. I² 582) 5 mag(istratus) queiquomque -a conciliumve habebit, eum (*immemorem iurisiurandi dati*) sufragium ferre nei sinito. CIC. p. red. in sen. 11 ne obnuntiare concilio aut -is, ne legi intercedere liceret. LIV. 2, 60, 5 -a tributa . . . res maior victoria suscepti certaminis quam usu; plus enim dignitatis -is ipsis detractum est patribus ex concilio submovendis quam virium aut plebi additum est aut demptum patribus. 3, 13, 9 iudicii die cum *reus* excusaretur solum vertisse exilii causa, nihilo minus Verginio -a habente collegae (*tribuni plebis*) appellati dimisere concilium. 3, 64, 8 quinque tribunis plebi creatis . . . concilium dimisit nec deinde -orum causa habuit. 34, 51, 5 *p. 1808, 35*. PAVL. FEST. p. 50 cum populo agere, hoc est populum ad concilium aut -a vocare (*v. etiam p. 1808, 7*). suffragium, suffragia: LEX Bant. (Corp. I² 582) 5 *supra l. 26* VARRO rust. 3, 2, 1 *p. 1810, 7*. CIC. leg. agr. 2, 22 idem maiore parte populi suffragiis spoliata -a habebit. 2, 31 sint igitur Xviri neque veris -is, hoc est populi suffragiis neque illis ad speciem atque usurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis constituti. har. resp. 11 *p. 1806, 7*. Planc. 10 illud primum debes putare, -is, praesertim aediliciis, studium esse populi, non iudicium; eblandita illa, non enucleata esse suffragia; eos qui suffragium ferant, quid cuique ipsi debeant, considerare saepius, quam quid cuique a republica debeatur. 50 ut *multi nobiles*, cum minus valuissent suffragiis, quam putassent, postea prolatis -is prosternerent se et populo Romano . . . supplicarent. Phil. 11, 19 videbor suffragio meo, tamquam -is, honorem homini amicissimo denegavisse. LIV. 1, 17, 9 priusquam populus suffragium ineat, in incertum -orum eventum patres auctores fiunt. 1, 47, 10 non -is habitis, non per suffragium populi, non auctoribus patribus. 3, 17, 4 *p. 1804, 52*. 6, 40, 7 *tribuni negant* potestatem liberam suffragii non in -is, non in legibus iubendis se permissuros esse. 9, 34, 25 cum ita comparatum a maioribus sit, ut -is censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero -a differantur. 10, 24, 18. FEST. p. 334 ASCON. Mil. p. 38 Cl. PLIN. nat. 33, 31 ad custodiendas suffragiorum cistas in -is. PLIN. epist. 4, 25, 1. SVET. Iul. 80 *Caesarem* in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem (AMPEL. 48, 1 *p. 1803, 20*). Aug. 46. Cal. 16 temptavit et -orum more revocato suffragia populo reddere. PANEG. 11, 19 an vero, si centuriatis -is consul creatus essem, gloriosius mihi universi populi suffragia declaratus viderer? campus (Martius): VARRO rust. 3, 5, 18 clamor fit in campo. nos athletae -orum [ima] cum id fieri non miraremur propter studia suffragatorum *eqs.* CIC. Rab. perd. 11 *p. 1805, 74*. Catil. 1, 11 cum proximis -is consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti. Sull. 51. dom. 75 constat . . . nullis umquam -is campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum aetatum ordinum floruisse. Planc. 15 si campus atque illae undae -orum, ut mare profundum et immensum . . . effervescunt. Mil. 41 -is in campo . . . cum ille (*Clodius*) in saepta ruisset *eqs.* (Att. 4, 16, 8 *p. 1806, 25*). Att. 1, 1, 1 in campo, -is tribuniciis. 4, 3, 4 ad Q. fr. 2, 2, 1. LIV. 26, 18, 6 *civitas* -orum die tamen in campum descendit (VAL. MAX. 7, 5, 1. 8, 15, 4). 31, 7, 1 *supra l. 17*. LAEL. FEL. *p. 1805, 60* VAL. MAX. 4, 5, 3. 4, 6, 4. 7, 5 pr. 9, 11, 6 *p. 1810, 1*. TAC. ann. 1, 15 tum primum e campo -a ad patres translata sunt. PLIN. paneg. 63 cum . . . ex proximis hortis campum et -a prospectes. 77 iter illi . . . frequenter . . . in campum. nam -a consulum obibat ipse. 92 SVET. Iul. 80 *supra l. 59* PANEG. 11, 19 *supra l. 62*. AVSON. 300, 9 nostris negotiis sua loca sortito data: campus -is, ut conscriptis curia, forum atque rostra separatis civium. GLOSS. Plac. V 11, 15 (56, 19). *nota*: CIC. de orat. 3, 167 ex quo genere (*metonymia*) haec sunt . . . 'campum' *appellare* pro '-is'.

B *in municipiis, coloniis sim.*: LEX Tarent. (Corp. I² 590) 14 quique quomqu⟨e⟩ -a duovireis a⟨ed⟩ilibusve rogandis habebit, is antequam maior pars curiarum quemque eorum quei magistratum eis comitieis petent, renuntiabit *eqs.* LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 99 queiquomque inmunicipio colonia praefectura . . . -a IIvir(eis) II ⟨II⟩vir(eis) aleive quoi mag(istratui) rogando subrogandove habebit. 132 neve quis eius (*cui senatorem sim. esse non licebit*) rationem comitieis conciliove ⟨habeto⟩. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 67, 23 IIviri praef(ectus)ve -a pontific(um) augurumq(ue) . . . ita habeto, prodicito, uti . . . h(ac) l(ege) o(portebit). 101, 17 quicumque -a magistrat⟨ib⟩us creandis subrogandis habebit, is ne quiem eis -is pro tribu accipito neve renuntiato neve renuntiari iubeto. 105, 28 neve quis IIvir comitis suffragio eius (*indigni*) rationem habeto. LEX Malac. (Corp. II 1964) 1, 6 si . . . pauciores erunt quorum h(ac) l(ege) -is rationem habere oporteat, quam tot ⟨quot⟩ creari oportebit: tum is qui -a habere debebit *eqs.* 1, 29 de -is habendis. 1, 33 alter ex his -a IIvir(is), item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis h(ac) l(ege) habeto (1, 45). 3, 40 *ii* de quibus IIvirorum quaestorumve -is suffragium ferri oportebit. *saepe.* CORP. XIV 375, 9 (*Ostiae*) P. Lucilio . . . quinquennal(i) in comitis facto (376, 15 curator pecuniae publicae exigendae et attribuendae in -is factus). 2410, 10 (*Bovillis, saec. II*) primus -a magistratuum ⟨creandorum⟩ causa instituit.

C *apud* ***exteros:*** *apud dediticios: Cephaloedi in Sicilia*: CIC. Verr. 3, 128. 129. 130 (*agitur de -is sacerdotis maximi creandi*). *in civitatibus aliis Siciliae*: CIC. Verr. 3, 133 omnibus -is (*censoriis*) tot civitatum unam in domum (*sc. Verris*) revocatis. 3, 136 -a . . . censorum. *in civitatibus liberis: apud Haeduos*: CAES. Gall. 7, 67, 7 *Cotus* controversiam cum Convictolitavi proximis -is habuerat. *Veiis*: LIV. 5, 1, 1 -a utriusque populi (*Romanorum Veientumque*) longe diversa ratione facta sunt. *Syracusis*: LIV. 24, 26, 16 *sq.* fremere multitudo et in locum Adranodori ac Themisti — non ambo praetores fuerant — -a poscere, quae nequaquam ex sententia praetorum futura essent. statutus est -is dies *eqs.* (*ibid.* contio). *apud Thessalos*: LIV. 34, 51, 5 turbati erant . . . inquieto . . . ingenio gentis, nec -a nec conventum nec concilium ullum non per seditionem ac tumultum . . . traducentes. *in Boeotia*: LIV. 42, 43, 7 -is praetoriis Boeotorum. *generatim*: CIC. rep. 1, 50 optimates . . . quis ferat, qui non populi concessu, sed suis -is hoc sibi nomen arrogaverunt?

memoriam (*i. tumulum*) . . . mariti. CORIPP. Ioh. 7, 9 casus . . . priores -ans *miles* gelidis infundit corpora lymphis. *nota*: SEN. dial. 12, 18, 8 omnia dicta eius *fratris* ac facta et aliis expone et tibimet ipse -a (*cf. antea* et sermonibus celebres et assidua recordatione repraesentes tibi). *seq. gen.* (?): CARM. epigr. 1588, 6 (*Salonis, saec. II*) -a tecum nil stomacandi (*fort. supplendum* est *vel* esse). *seq. acc. c. inf.*: PLAVT. Epid. 171 qua ex tibi -es hanc quae domist filiam prognatam. CIC. epist. 6, 21, 1 cotidie -bam te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem. SVET. Aug 45 vitandi rumoris causa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum -bat. *seq. enunt.*: CIC. Cato 38 Pythagoreorum . . . more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, -o vesperi. VVLG. sap. 8, 17 haec cogitans apud me et -ans (φροντίσας) in corde meo, quoniam immortalitas est in cognatione sapientiae. AVG. c. Petil. 2, 17, 39 ut noveris, in quos potius *haec dicta* conveniant, quae superius dixi, -a.

III *medialiter*: **A** ***i. q. meminisse, recordari, memoria habere*** (*cf.* GLOSS. -bor recordabor; in mente habebo. *cf.* V 279, 52 commentabar -bar): *absolute*: ITALA psalm. 21, 28 (Aug. civ 17, 17 epist. 105, 14. 185, 3 c. Faust. 12, 43) -buntur (μνησθήσονται, VVLG. reminiscentur) et convertentur ad dominum universi fines terrae. IREN. 1, 9, 1 non utique post tantum intervallum quasi oblitus, deinde -atus (dein recommemoratus *cod. Claromont.*, de re com- *rell.*; ἀναμνησθείς) in novissimo primae memoratus fuisset quaternationis *Ioannes*. *aliquem vel aliquid* (*cf. l. 60*): ITALA Is. 43, 25 (Ps. Cypr. ad Novat. 18) non -bor te (μνησθήσομαι, VVLG. recordabor). TERT. ieiun. 10 quem *exitum domini* . . . semper -ari oportet sine differentia horarum. HERM. vulg. vis. 2, 1 ambulans -atus sum (Pal. *ibid.* memoratus sum) anni prioris visionem. VVLG. sap. 11, 14 -ati sunt (ἤσθοντο) dominum. Bar. 3, 23 neque -ati sunt (ἐμνήσθησαν, ITALA Legion. recordati sunt) semitas eius *sapientiae*. *alicuius vel alicuius rei* (*cf. infra l. 62*): ITALA gen. 19, 29 (Tycon. 7 p. 85, 8) -atus est (ἐμνήσθη, VVLG. recordatus) deus Abrahae. 42, 9 (Aug. quaest. hept. 1, 138) -atus est (ἐμνήσθη, VVLG. recordatus est) Ioseph somniorum suorum. Esth. 10, 5 (Corb.) -atus est . . . Mardochaeus somnii sui (somno suo *cod. Pechii*). Ion. 2, 8 (cod. S. Mich.) dum deficeret anima mea, tui, domine, -atus sum (ἐμνήσθην, cod. Weing.: memoratus sum, VVLG. recordatus sum). Luc. 1, 54 (cod. e) -atus est (μνησθῆναι, VVLG. recordatus) misericordiae suae. IREN. 3, 20, 4 *et* 5, 31, 1 (*citat ex Iesaia vel Ierem., ubi non legitur*) -atus est (4, 22, 1 *et* 4, 33, 1 recommemoratus est. 4, 33, 12 rememoratus est) dominus sanctus Israel mortuorum suorum. VVLG. Sirach 48, 23 non est -atus *deus* peccatorum illorum (*deest* LXX). 49, 11 inimicorum (ἐμνήσθη). PASS. Perp. 7 -ata (εἰς μνήμην ἐλθοῦσα) casus eius (*i. mortis*). PASS. Montan. 7 -atus est nostri. *enunt.*: ITALA Tob. 4, 13 (Sangerm. 15) -are, fili (μνήσθητι, cod. Vat. memor esto, cod. Reg. *et* Sangerm. 4 rememorare), quoniam hi omnes duxerunt uxores ex semine fratrum suorum. Luc. 16, 25 (Cypr. testim. 3, 61) -are (μνήσθητι, Wirc. rememorare, VVLG. recordare, quia), quoniam percepisti bona in vita tua. Matth. 5, 23 (cod. k) si . . . obtuleris munus tuum ad altare et illic -atus fueris (μνησθῇς, VVLG. recordatus fueris), quia frater tuus habet aliquid adversus te. IREN. 1, 25, 1 quod anima eius *Iesus* . . . -ata fuerit, quae visa essent sibi in . . . circumlatione. MAXIMIN. c. Ambr. 69 non sunt irati, . . . -ati sane, quod et dominus ait *eqs.*

B ***verbis memoriam habere, mentionem facere*** (*cf.* commeminisse *sub 2 p. 1827, 78 sqq.*): *absolute*: IREN. 3, 21, 5 circumscripsit (*i. evitavit*) . . . genitalia viri in promissione *regis* scriptura, immo vero nec -atur. BARNAB. 13, 7 si . . . et per Abraham -atus est *deus* (ἐμνήσθη). *aliquid* (*cf.* PANEG. 2, 2 *p. 1831, 74*): ITALA exod. 23, 13 (Tert. idol. 20) nomen aliorum deorum ne -emini (ἀναμνησθήσεσθε, VVLG. *aliter*) neque audiatur de tuo ore. *alicuius* (*rei*): TERT. fug. 9 ut et illius (*spiritus Montani*) -emur. adv. Marc. 4, 22 si -emur promissionis Moysi, hic invenientur expuncta. IREN. 1, 9, 4 nihil . . . prohibet exempli gratia -ari (ἐπιμνησθῆναι) et horum. 1, 18, 1 decadis -antem (μνημονεύοντα) lumen dicere et diem. EPIPHAN. Avell. p. 752, 28 ammiror, cur scriptura . . . nonnullorum *lapidum* . . . -ans . . . in horum dinumeratione lapidum non meminerit hyacinthi.

nota ***passivum***: *impersonaliter*: VVLG. Sirach 3, 17 in die tribulationis -bitur (ἀναμνησθήσεται) tui. *person.*: VVLG. act. 10, 31 exaudita est oratio tua et eleemosynae tuae -atae sunt (ἐμνήσθησαν) in conspectu dei.

gerund. **commemorandus,** -a, -um *pro adi. i. q. memorandus, commemorabilis*: CIC. Verr. 1, 42 o -a iudicia (4, 28 o praeclarum et -um iudicium). epist. 1, 9, 18 -a quaedam et divina Caesaris in me fratremque meum liberalitas.

synonyma: nominatim complecti (CALL. dig. 50, 6, 6, 1), demonstrare (*adde* CIC. S. Rosc. 20 AVG. civ. 2, 6), dicere, enarrare, enumerare (*adde* CIC. Phil. 13, 30 AVG. civ. 6, 9), exponere (CAES. civ. 1, 22, 3), verbis exequi (CIC. epist. 11, 27, 6), inserere (AVG. civ. 8, 4), loqui, memorare, mentionem facere (CIC. Verr. 6, 33 leg. agr. 2, 92 fin. 5, 8), narrare, nominare (*adde* CIC. Tusc. 1, 100 off. 3, 16 APVL. apol. 51), ostendere (CIC. inv. 2, 106 VEG. mil. 3, 12), percurrere (TAC. ann. 11, 3), praedicare (CIC. Pis. 38 Manil. 47), proferre (*adde* CIC. inv. 2, 106 Mur. 56), recensere (APVL. Socr. 15 p. 150), recolere (AVG. civ. 21, 8), referre (Ov. met. 9, 5. 12, 160), retexere (OPTAT. 2, 15 p. 49, 15). cogitare, in memoriam redigere. *praeterea coniuncta*: appellare (CIC. Verr. 6, 94 BELL. Afr. 81, 17. 86, 2 PLIN. paneg. 15, 5), coarguere (AVG. civ. 6, 10), cohortari (LIV. 42, 52, 6), comprobare (CIC. Verr. 6, 125), considerare (AVG. civ. 15, 20), contestificari (TERT. test. anim. 1), deplorare (CIC. de orat. 1, 26), exaggerare (AVG. civ. 4, 2), gratias agere (CIC. Sest. 2 LIV. 33, 23, 2), gratias habere (APVL. flor. 16 p. 71), iactare (CIC. Cluent. 4 PHAEDR. 4, 24, 13), miserari (LIV. 37, 17, 7), renovare (LIV. 27, 4, 10), reprehendere (AVG. civ. 14, 23).

oppos.: agere (CIC. Verr. 1, 37), gratiam referre (CIC. p. red. in sen. 24), meminisse (CIC. Manil. 47 Lael. 71 Att. 9, 9, 1 LIV. 30, 14, 8), memoria tenere (CAES. Gall. 1, 14, 1), mittere (CIC. Pis. 11 *al.*), omittere (APVL. Socr. 15 p. 150), praeterire (*adde* CIC. dom. 97 p. red. in sen. 23 Brut. 269), praetermittere (CIC. Verr. 5, 105), proferre (*i. prae se ferre*: LIV. 6, 20, 7), recordari (CIC. Verr. 2, 121), respuere (HIL. syn. 82), scire (CIC. Verr. 3, 116).

adduntur adverb. sim.: ante(a), assidue (AVG. civ. 12, 27), breviter (CIC. Balb. 18 AVG. civ. 3, 14 *al.*), consequenter (AVG. civ. 5, 13), convenientissime (AVG. civ. 11, 32), expeditius (SIDON. epist. 2, 9, 10), cum gratiarum actione (AVG. civ. 5, 23), gravate (SVLP. SEV. dial. 1, 26, 8), inflatius (CAES. civ. 2, 39, 4), intempestive (COLVM. 3, 12, 1), laudabiliter (AVG. civ. 1, 13. 3, 16), libenter, -ius, -issime (CIC. Verr. 3, 110 p. red. in sen. 23 Rab. perd. 13 epist. 11, 27, 8 LIV. 30, 14, 8), maxime (BELL. Alex. 69, 3), modo (CIC. Lael. 15 *al.* AVG. civ. 18, 1), in neutram partem (AVG. civ. 7, 11), oratorie (SCHOL. Cic. Bob. p. 36, 10 Hild.), partim (AVG. civ 6, 1), planius (CIC. Verr. 2, 126), privatim (PLIN. nat. 10, 137), prius, saepe, singulatim (TER. Phorm. 1032), superius, supra, transeunter (AVG. civ. 15, 23).

deriv.: commemoramentum, commemoratio, commemorator, commemoratorium, commemoratus. commemor(i)alis. *compos.*: recommemorari. *Hofmann.*

commendābilis, -e *a* commendare. *legitur inde a* LIV., *comp. inde a* TERT., *superl. non legi.* magis -is *infra l. 65.* praecipue -is *infra l. 44.* *i. q. gratus, acceptus, aptus ad commendandum, commendatus, commendandus*: LIV. 37, 7, 15 dexteritas et humanitas . . . quae -ia apud Africanum erant. 42, 5, 5 infamem nec ullo -em merito. VELL. 2, 9, 6 verbis rudem et novitate inventi a se operis -em. VAL. MAX. 5, 4, 3 -is est pietas. 9, 1, 2 -es aviculas immanibus emptas pretiis. COLVM. 5, 6, 37 ut densum arbustum -e fructu et decore est. 7, 2, 4 sunt etiam suapte natura pretio -es pullus atque fuscus. PLIN. nat. 13, 62 -i suco. 14, 31 inveterato praecipue -em vino *uvam*. 16, 70 lentore quodam et duritie ac pallore -is. APVL. apol. 15 qui vero minus se -em forma putaret. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 352 -e per semetipsum *bonum*. orat. 18 nisi cum operantis oratio -ior ascendit. GARG. MART. med. 17 mastice carduorum odorem oris -em reddit. PS. ORIG. tract. 9 p. 96, 15 facti fides de praeterita significatione -ior. PANEG. 10, 12 -iorem iniuria tua faciet amentiam eius. CAPITOL. Max. Balb. 7, 6 nec quicquam defuit, quod illum populo non -em redderet. TREB. trig. tyr. 16, 3 qua re -iorem patri eum fecerat. IVL. VAL. 3, 28 regina . . . -is ex aetate. HIL. in psalm. 14, 2 ut brevitatis ipsius -ior esse possit opulentia. FAVSTIN. trin. 2, 7 p. 56[A] est -ior dilectio dei. AVSON. 419, 58 intelligitur -ius ei videri uni quam pluribus esse praepositum. 419, 68 nec maioris Gracchi -ior modestia fuit. SYMM. epist. 9, 38 (35) quae res tibi -em facere⟨. . .⟩. AMM. 19, 1, 10 iuvenis nobilitate -is. 25, 5, 4 meritis mediocriter -is (29, 2, 16. 30, 7, 4. 31, 13, 18). SCHOL. Cic. Bob. p. 59, 26 Hild. sensus incommodorum -ia facit illa, quae prospera sunt. p. 72, 22 poterat . . . -em facere memoriam. FVLG. Theb. p. 181, 6 poemata possunt -ia probari. AMBR. exc. Sat. 1, 18 -iorem deo futurum esse me credam. HIER. epist. 79, 1 nec pauperem egestas -iorem facit. adv. Pelag. 3, 10 ut Esther -ior fieret. MACR. somn. 2, 5, 20 apud nos -is est blando rigore septentrio. ISID. sent. 3, 4, 4 sed magis per hoc deo -em se esse existimet.

commendātē *v. p. 1853, 76.*

commendātīcius, -a, -um *a* commendare. *cf.* GRAMM. suppl. 17, 6 in itius ut -us. PRISC. gramm. II 135, 23 commendatus commendati commendaticius (*inter nomina derivata ex participiis secundae declinationis*). *legitur inde a* CIC. [*loc. dub.*: DON. de com. 7, 2 -us *V*, commendatius *ATFC*, commendativus *Wessner, v. p. 1839, 63.*]

i. q. commendans: CIC. Verr. 5, 148 multum apud illum . . . tabellas non -as, sed tributarias valuisse. epist. 5, 5, 1 litteras (13, 26, 3 LABEO dig. 41, 1, 65 pr. APVL. met. 7, 1 AMM. 15, 5, 3. CANON. Migne 56, 859[B] sine -iis litteris episcopi. Migne 67, 88. BENED. reg. 61, 28 abbas non suscipiat monachum sine litteras -as [litteris -iis *var. lect.*]. GREG. M. epist. 5, 31 p. 311, 19 CONC. Latun. a. 673/5 p. 219, 15. *cf.* GLOSS. II 105, 10 -ae litterae συνστατικά. V 413, 62). ARNOB. nat. 2, 62 commenda⟨ti⟩cias habere se preces. VVLG. II Cor. 3, 1 numquid egemus . . . -iis (συστατικῶν) epistulis ad vos aut ex vobis (CANON. Migne 56, 406[A]. 859[A] cum epistulis . . . pacificis . . . non -iis. 56, 871[A]).

fem. plur. subst.: **commendātīciae,** -ārum (*sc.* litterae), *cf.* NOT. Tir. 30, 69 commendaticiae: IVL. VICT. rhet. 27 p. 448, 27 -as (commendatias *C*) fideliter dato aut ne dato. MACR. sat. 2, 4, 15 accipe -as,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quia illic neminem nosti. RVRIC. epist. 2,7 p. 381,25. 2,8 p. 382,26. 2, 12 p. 390,1. 2, 48 p. 430,18 ENNOD. epist. 3, 3, 1 p. 73, 21. 3, 4, 4 p. 75, 9. 8, 23 p. 215, 12. *neutr. plur.* **commendātīcia,** -ōrum: ENNOD. dict. 23,1 p. 497,8 nescimus, quae in defensione sua -a sceleratus inveniat.

×**commendātio,** -ōnis *f. a* commendare. *legitur inde a* CIC., *qui dimidiam fere partem omnium locorum habet; e poetis habent soli* PVBLIL. *et* PHAEDR. *singulis locis. pluralis inde a* CIC. fin. 3, 65. 4,26. -bus: CIC. epist. 13,16,3. 13,49. 13,56,1 PLIN. epist. 5,7,6. -um: FIRM. math. 3, 7, 17. GLOSS. σύνστασις (synstatio *var. lect.*). παρακαταθήκη. [*loc. dub.*: PLIN. nat. 28,11 *cf. p. 1840, 2.* TERT. patient. 4, *ubi Rigaltius* et -o et exhortatio *delevit.* AVG. civ. 21, 9.]

I *proprie:* **A** *strictiore sensu: i. q. traditio, commissio:* **1** *generatim:* THEOD. MOPS. in II Tim. 1,12 arram spiritus quasi quandam -em mihi dedit. *metonymice i. q. res commendata:* ITALA lev. 6,2 (Aug. quaest. hept. 3,20 p. 251,24) et mentitus fuerit, quae sunt ad proximum de -e (ψεύσηται τὰ πρὸς τὸν πλησίον ἐν παραθήκῃ; ITALA Lugd.: ad proximum in deposit[i]o, VVLG. negaverit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat). FRG. Bob. gramm. VII 543, 25 depositum: -em Lucanus (*2, 72, ubi* depositum, Fortuna, tuum). **2** *speciatim:* **a** *de morientibus:* CIC. fin. 3, 65 ex hac animorum affectione testamenta -esque morientium natae sunt. EPIT. Alex. 112 dexteram eius tenens in dexteram Perdiccae tradidit nutuque -em fecit. LIV. 45, 44, 12 filii (felici *V*) Nicomedis -em accipere. PLIN. nat. 7,53 ut ... mimum per eum -is regnique successionis peregerit. **b** *de execratione(?)*: CORP. XII 4725 hunc ⟨loc⟩um tuearis tutu⟨mqu⟩e velis . . . ⟨comm⟩endationis ⟨cau⟩sa.

B *latiore sensu:* **1** *actus insinuandi, conciliandi:* **a** *generatim:* α *absolute:* CIC. Sest. 10 vicinitatis aut clientelae aut hospitii publici aut ambitionis aut -is gratia. Phil. 3,17 sentit amens -em esse compellationem suam. epist. 7,18,1 renovabo -em. 9, 24, 1 tuus amicus apud me -e non eget (*cf.* 12, 26, 1. 13, 10, 1. 13, 16, 3. 13, 28ª, 1). 13, 6, 2 -is causam. 13, 6, 3 mirificum genus -is. *al.* QVINT. inst. 9, 2, 3 vel illi mitiores *affectus*, nisi adiuvantur -e, conciliatione, ad hilaritatem impulsione. APVL. flor. 17 p. 77 ut indigeat novae -is ingenium meum. VLP. dig. 4,1,1 utilitas huius tituli non eget -e. SYMM. epist. 2,14 unde factum est, ut ei -em, quam prius de te meruit, non negarem. DON. de com. 5,7 quo libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinem -is uterentur. CONC. Lugd. a. 583 p. 154, 14 epistula -is pro necessitate cuiuspiam promulgata.

β *accedit genetivus subst.*: CIC. inv. 1, 109 undecimus *locus*, per quem [aut] liberorum aut parentum aut sui corporis sepeliendi aut alicuius eiusmodi rei -o fit. Q. Rosc. 31 quae res extulit eum? una -o huius. Catil. 1, 28 nulla -e maiorum (Planc. 67 Brut. 96). Flacc. 24 nullo splendore vitae, nulla -e famae. Cael. 6 vitae ratio dimanavit ... latius -e ac iudicio meorum (Balb. 35 -e et iudicio vetustatis). Pis. 1 -e fumosarum imaginum. Planc. 31 communi sensu omnium et dulcissima -e naturae (fin. 5,33. 40 ductum a prima -e naturae *bonum*. 5,46 ut ea duceretur omnis a prima -e naturae). Deiot. 2 -emque ineuntis aetatis ab impietate et scelere duxerit (BELL. Alex. 41, 2 *cf. p. 1838, 49*). fin. 2, 99 ista -o puerorum, memoria et caritas amicitiae, summorum officiorum in extremo spiritu conservatio *eqs.* de orat. 1, 122 probitatis (2, 211). 2, 315 prima est ... quasi cognitio et -o orationis *eqs.* (NEP. Alc. 1, 2 quod tanta erat -o oris atque orationis). 2, 358 si etiam -e oculorum animis traderentur. Brut. 238 ingenii (APVL. flor. 17 p. 77 ut impatientia linguae -em ingenii quaerant). orat. 124 vel ad offensionem adversarii vel ad -em sui. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6, 1 ad petitionem aut -em honoris. PHAEDR. 2 prol. 13 *gratiae.* SEN. benef. 6, 4, 2 impietas sequentium temporum -em omnis prioris officii sustulit. QVINT. inst. 9, 3, 14 alia -o vetustatis. 11, 3, 154 conciliatio fere aut -e morum ... aut orationis suavitate constat. APVL. apol. 92 ipsa virginitatis -o ... maritis acceptissima est. VLP. dig. 1, 16, 4, 3 sui *v. p. 1838, 19.* FRG. Vat. 248 tamquam -e pietatis. BOETH. diff. top. 2 p. 1183ᴰ auriga non sortis eventu, sed artis -e assumitur. CONC. Aurel. a. 511 p. 4, 22 sine discussione vel -e episcoporum. VEN. FORT. carm. 5,10 tit. ad eundem *Gregorium* pro -e mulieris. 5,14 tit. de -e puellae. 5,15 tit. de -e peregrini (10,13 tit. in -e peregrini).

γ *accedit adiectivum vel pronomen:* CIC. Mur. 90 si quid habet aut momenti -o aut auctoritatis confirmatio mea. Arch. 31 divina in tantis ingeniis -o debet esse. Planc. 31 *v. supra l. 48.* fin. 3, 63 ut etiam communis hominum inter homines naturalis sit -o. 5, 40 *v. supra l. 49.* 5, 41 prima illa -o, quae a natura nostri facta est nobis, incerta et obscura est. off. 2, 46 prima ... -o proficiscitur a modestia cum pietate in parentes, in suos benivolentia. Brut. 272 aut a forensi dictione aut a -e domestica aut a scribendo aut a cogitando. orat. 112 si minus nostra -e, tuo tamen nomine. Att. 2, 22, 7 hominem ... dignum tua -e. 4, 16, 1 quid tua -o ponderis haberet (*cf.* epist. 12, 26, 2. 13, 25. 33). 10, 8, 9 quae -is meae pro tuo in nos amore non indigent. 16, 3, 3 accedet magnus cumulus -is tuae (*cf.* epist. 6, 9, 2. 13, 15, 3. 13, 55, 1). epist. 1, 3, 2 ut intellegat meam -em non vulgarem fuisse (13, 15, 3. 13, 35, 1. *cf.* 7, 7, 2 -em ... singularem). 2, 19, 2 sicuti debet hominum amicissimorum diligens -o. 7, 6, 1 legitima quaedam est accessio -is tuae. 7, 11, 3 mea -e tuam dignitatem obtinebis (13, 29, 5). 7, 17, 2 mea -e sese valde esse commotum (*sim.* 13, 54 adductus mea -e). 9, 24, 1 *tua -o* valet (13, 40. 52. 13, 75, 1). 12, 29, 3 hanc -em maximo sibi usui fuisse (13, 20. 49. 71. *sim.* adiumento: 13, 24, 1. 13, 30, 2. 13, 34. 38. 39. 46. 71. 13, 77, 2. ornamento: 13, 34. 13, 36, 2. 13, 49; *cf.* 13, 10, 4 hanc meam -em tantum illi utilitatis attulisse). CIC. epist. 13, 12, 2 si hac mea -e tuum erga se studium erit consecutus (13, 26, 4. *cf.* 13, 69, 2 assecutus erit). 13, 17, 3 cur maioris -is indigeat. 13, 24, 2 desideret -em meam. 13, 27, 1 quod meas -es ... observes. 13, 32, 1 exaequare videar ... -es meas. 13, 51 tibi commendo ea -e quae potest esse diligentissima. 13, 74 quin -em meam memoria teneas. 15, 2, 6 vestram -em implorare coepit. *al.* PVBLIL. F 4 formosa facies muta -o est. CATIL. Sall. Catil. 35, 1 fiduciam -i meae tribuit. VITR. 2 praef. 1 regiae cupidus -is. PHAEDR. 2 prol. 13 cuius verbosa ne sit -o. QVINT. inst. 4, 1, 8 quaedam in his quoque -o tacita, si *eqs.* FRONTIN. strat. 1 praef. potius aliorum quam meae -is causa. PLIN. epist. 2, 17, 29 ut tot ... dotibus villulae nostrae maxima -o ex tuo contubernio accedat. 4, 17, 11 vel in excusationem vel etiam in -em meam. FRONTO p. 86 N. et mea -e et tua consuetudine ductus. VLP. dig. 1, 16, 4, 3 edictum ... continens -em aliquam sui. CLAVD. DON. Aen. 1, 382 -is suae causa. 9, 289 hoc genere quanta factis -o est *eqs.*! RVFIN. hist. 5 ind. cap. 4 ut martyres Irenaeum sua -e prosecuntur. SIDON. epist. 8, 13, 4 qui meras causas iustae -is aperuit. FERRAND. epist. 8 privatae -is arcana comprecatio.

δ *accedunt praepositiones:* **ab:** SCHOL. Ter. p. 74, 18 -o ab actis ante. **ad:** CIC. Phil. 2, 1 ultro me maledictis lacessisti tuamque a me alienationem -em tibi ad impios cives fore putavisti. off. 2, 45 prima ... est adulescenti -o ad gloriam, si *eqs.* Att. 8, 4, 1 cui qui noster honos, quod obsequium, quae etiam ad ceteros contempti cuiusdam hominis -o defuit? CAES. civ. 1, 74, 5 per quem quisque eorum aditum -is haberet ad Caesarem. HIRT. Gall. 8, 52, 2 quo maiore -e conciliaretur ad consulatus petitionem. LIV. 36, 8, 4 quaerenti sibi -em ad Macedonum gentem et invidiam regi. **in** *c. acc.*: CIC. Tusc. 5, 103 vide, ne plus -o in vulgus et haec ... gloria molestiae habeat quam voluptatis. **per:** SCHOL. Ter. p. 74, 3 -o levis personae per aliam gravem.

iuncturae: praepositionales: **ad -em:** QVINT. inst. 9, 2, 59 ad -em cum varietate ... plurimum prosunt. SCHOL. Cic. Bob. p. 84, 6 Hild. ad -em proficiens narratiuncula. **cum -e:** CIC. epist. 9, 1. APVL. met. 8, 15 equorum magister, qui me curandum magna ille quidem ⟨cum⟩ -e susceperat. MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 1 p. 1271ᴬ simul cum precibus ... et -e. **ex -e:** CIC. epist. 13, 6ª. 13, 19, 2. TAC. Agr. 19 non ex -e aut precibus. SVET. Iul. 75 ex -e Pompei. Aug. 46 ex -e publica. VITR. 1 praef. 2 **per** sororis -em. **sine -e:** CIC. epist. 12, 29, 2. 13, 21, 1. 13, 37. 13, 66, 1. SEN. epist. 100, 12 sine -e partium singularum in universum magnificus. TAC. dial. 8 sine -e natalium. *verbales:* **-i est:** SEN. contr. 3 praef. 3 quibus maiori -i est audiri quam legi. **-o est:** SEN. contr. 7, 6(21), 11 una genero tuo -o est, quod *eqs.* **-em habere:** CIC. de orat. 2, 114. 201. BELL. Alex. 41, 2 qui aliquam formae atque aetatis -em habebant. *cf.* CIC. Brut. 312 tantum -is habuit. epist. 15, 14, 1 plus -is ... habuit. **-em facere:** DAMIG. lapid. 46 *lapis camptine* -es facit.

b *technice:* α *in arte rhetorica:* PS. QVINT. decl. 3, 19 perorata . . . causa scio -is partes esse reliquas. QVINT. inst. 4, 3, 17 potest ... paulo longius exire qui praeparat aliquid ante quaestionem et qui finitae probationi velut -em adicit. 6, 2, 11 quidam -em atque excusationem propria huius officii putaverunt. 9, 1, 21 plurimum tamen ad -em facit *oratio*, sive in conciliandis agentis moribus sive ad promerendum actioni favorem sive ad levandum varietate fastidium sive ad quaedam vel decentius indicanda vel tutius. 9, 1, 31 digestio, interpellatio, contentio, reticentia, -o. 9, 4, 128 periodos apta prooemiis maiorum causarum, ubi sollicitudine, -e, miseratione res eget. decl. 326 p. 283, 13 fere -o per haec petenda erit, quae illi difficillima est. β *in suffragatione* (*cf. Brassloff, PW. IV 722 sqq. et Wissowa, Religion und Kultus der Römer p. 419*): CORP. IX 2342 (*cf.* 2343) per commendation⟨em⟩ Ti. Caesaris Augusti.

2 *passive id quo quisque commendatur, fere i. q. decus, fama, gratia, laus, pretium, virtus* (*cf.* SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 6, 49 gratia: -o): **a** *absolute vel hominum:* CIC. fin. 2, 35 Epicurus ... cum in prima -e voluptatem dixisset (*cf.* EVGRAPH. Ter. Phorm. 218 in -e . . . illum collocavit). *ibid.* ut voluptatem illam in prima -e poneret. 4, 26 quo modo hae tantae -es a natura profectae subito a sapientia relictae sunt. off. 2, 71 fundamentum ... est perpetuae -is et famae iustitia. epist. 13, 64, 2 -em atque gloriam. LIV. 37, 54, 17 vel fama rerum gestarum vel omni -e humanitatis doctrinarumque tuendam ab servitio regio libertatem. VITR. 2 praef. 4 quoniam ab his praesidiis (*sc. formosa facie, valetudine firma*) sum desertus, per auxilia scientiae scriptaque, ut spero, perveniam ad -em. SEN. contr. 1, 6, 9 voluit illi et amoris -em detrahere. 1, 6, 10. 1, 7, 17. 1, 8, 7 non plus iuris illi affert, sed plus -is. 2, 5, 20 non desiderabat hanc -em, ut ex tempore agere videretur (*item* contr. exc. 2, 5). 9, 1, 13 aiebat non -is id se aut furti, sed exercitationis causa facere. VAL. MAX. 3, 3, 2 *exempla* ut clarissimarum familiarum -em, ita nullum publicum maerorem continent. 4, 1 ext. 8 Platoni litterarum -e par. 4, 8, 1 eo quidem maiore cum -e, quod *eqs.* 5, 1 praef.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8,7 ext. 15 ut labore parta -e regiis auribus familiarem et assuetum sonum vocis adhiberet. SEN. dial. 4,34,2 quantum nobis -is allatura sit clementiae fama. 11,16,3 quibus omnis -o ex forma petitur. epist. 114,9 -o ex novitate et soliti ordinis commutatione captatur. nat. 7,16,1 quidam incredibilium relatu -em parant. PLIN. nat. 14,145 eaque -e (*sc. intemperantia bibendi*) credidere L. Pisonem urbis curae ab eo delectum. 34,11 in iis ergo iuncta -o officinarum est 35,145 in lenocinio -is dolor est manus ... extinctae. QVINT. inst. 5,10,41 ad -em quoque et invidiam valet. TAC. ann. 3,75 illi ... -o ex iniuria, huic ... odium ex invidia oriebatur. PLIN. epist. 1,8,10 oculorum ... et aurium voluptates adeo non egent -e, ut non tam incitari debeant oratione quam reprimi. 2,5,4 intellego nobis -em et ex ipsa mediocritate libri petendam. 5,7,6 epistula omnibus -bus destituta malignitati interpretantium exponitur. 5,20,3 multum -is et detrahit et affert memoria *eqs.* 10,4,5 quibus singulis multum -is accessurum etiam ex meis precibus indulgentiae tuae credo. paneg. 91 qui beneficiis suis -em ex difficultate *accipiendi* captabant. APVL. flor. 18 p. 85 quanto videor plura apud vos habere ad -em suffragia. PANEG. 10,12 nec -e cerae ac pigmentorum fucis renitet *vultus*. FIRM. math. 3,7,17 alios . . . faciet *Mercurius* sollicitudinum, -um aut actuum aut instrumentorum fidos stabilesque ⟨custodes⟩. DON. Ter. Eun. praef. 1,10 iam adulta -e poetae. EVGRAPH. Ter. Ad. 461 p. 179,32 personae -em (*cf.* SCHOL. Ter. p. 74,3). SCHOL. Cic. Bob. p. 84,29 Hild. accedente etiam -e puerili. **b** *rerum*: PLIN. nat. 1,33,3 quae prima -o *auri*. 8,31 invenit luxuria -em et aliam expetiti in callo manus *elephanti* saporis. 11,240 brevis ac musteo tantum -o. 12,11 arboris. 12,29 nec pomi nec bacae. 13,3 *arcessita* -e illuvie natum virus extinguunt (*cf.* 15,16 sine arcessita -e). 13,20 *unguentorum*. 15,48 *malis* nulla alia -e insignibus. 15,116 iam vero diversa gratia et -o *arborum*. 15,124 praecipua -e liquato *vino*. 19,128 in tantum recepta -e *lactucae*. 22,1 cibi aut odoris decorisve -o. 22,82 *conchylii* eadem -o ad stimulandos coitus. 25,82 magna et ea -o *Scythices herbae*, quod *eqs.* 33,89 summa -is *orobitis est*, ut colorem ... reddat. 34,155 praecipua ... -o *squamae ferri* in hygremplastro ad purganda vulnera. 36,163 ut sit in -e candor. 37,22 aliqua et in odore -o est. 37,78 est summa -o *berullorum* in longitudine. 37,100 -o summa *sandastri gemmae*, quod *eqs.* PS. QVINT. decl. 13,13 cum parvis mediocritate munusculis illa semper adiceretur -o: hoc tibi mittunt apes meae. PORPH. Hor. epist. 1,18,96 et doctrinam esse necessariam ⟨ait⟩ ad -em amicitiarum. PANEG. 12,24 gloriaeque intersit ad praesentium -em bonorum mala decursa reputari.

II ***translate:*** *i. q. commemoratio, expositio, probatio*: VAL. MAX. 4,8,5 ut enim illic meritae, ita hic redditae laudis -o est. QVINT. inst. 4,2,113 animi quoque -e. TERT. adv. Marc. 4,15 p. 464,22 infirma -o est, quae de alterius destructione fulcitur. patient. 1 demonstrationem et -em alicuius rei adortos. apol. 2 ad innocentiae suae -em. SERV. Aen. 7,85 'hinc Italae gentes' -o oraculi ipsius. PROB. Verg. ecl. 6,31 p. 333,13 -o ... operis apium. AVG. civ. 10,32 corporalia mala pro fide pietatis et -e veritatis esse toleranda. *ibid.* hoc ... ad eius confirmationem robustioremque -em potius pertinere. loc. hept. 1,81 p. 519,20 ista repetitio -em virginitatis insinuat. quaest. hept. 2,154 post hanc suae misericordiae -em. 5,17 an hyperbolica -o est, sicut multa dicuntur? gen. ad litt. 5,11 p. 155,15 illorum explicatorum -o sic facta est. in psalm. 68 serm. 1,5 quia inusitatum verbum est, indiget -is et expositionis aliquantulae. bapt. 3,16,21 *spiritus sanctus* dabatur ad -em rudis fidei et ecclesiae primordia dilatanda. c. Petil. 2,32,76 desuper *spiritum* certe sacramenti -e mittendo. IVNIL. 1,5 ad explanationem vel -em proverbiorum.
i. q. magnificatio: EVANG. Thom. 15,3 (*tit. cod. Par.*) -o Iesu et Mariae matris eius.

commendātīvus, -a, -um *a* commendare. **1** *i. q. commendans*: [*ex coni. Wessneri*: DON. de com. 7,2 συστατικός -us (*v. p. 1836, 71*) *prologus comoediae*, quo poeta vel fabula commendatur] *cf.* GLOSS. II 447,45 -a συνστατική. **2** *t. t. artis grammaticae i. q. dativus*: PRISC. gramm. II 185,23 post hunc est dativus, quem etiam -um nuncupaverunt, ut 'do homini illam rem' et 'commendo homini illam rem'. GRAMM. suppl. 243,16 dativus a dando...; dicitur et -us, quia per illum commendamus *eqs.*

commendātor, -ōris *m. a* commendare. *is qui commendat*: PLIN. epist. 6,23,4 nisi illi materia, occasio, fautor etiam -rque contingat. PORPH. Hor. epist. 1,18,78 decepit enim ipsum -em. PANEG. 10,4 amor factorum -r est. VOPISC. Prob. 2,4 Scipiones . . . nonne tenebrae possiderent ac tegerent, nisi -es eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? AMBR. hex. 1,9,34 ut externo -e non egeant. AVG. epist. 186,15 utquid ergo praeclarissimo gratiae -i de infantum libero arbitrio ... tam impudenter resistitur? MART. BRAC. form. vit. 6,3 -rque culparum. *fort.* LEX Visig. Eur. 280 commen⟨datori res proprias ... reformare praecurat⟩.
fem. **commendātrīx,** -īcis: CIC. leg. 1,58 quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet -emque virtutum. PLIN. epist. 8,20,2 aliave quaelibet miraculorum ferax -xque terra. COMMENT. Lucan. 4,655 'miratrix' rerum antiquarum -x. HIER. in Philem. 1 *sqq.* p. 606ᴬ quo privatas et sui -es ad dominum litteras sumpserat.

commendātōrius, -a, -um *a* commendare. *i. q. commendans*: [PLIN. nat. 28,11 *cod. J.*] SIDON. epist. 9,10,2 quem litteris istis non -iis minus quam refusoriis iam placatus insinuo. IVLIAN. epit. novell. 6,26 quas *litteras* divini canones -as appellant.

commendātus, -a, -um *v. p. 1853, 41.*

***commendo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* com *et* mandare. *Th.*].
GRAMM. suppl. 49,12 *inter verba primae coniugationis.* VEL. gramm. VII 73,10 quamvis commendo dicamus, tamen commando in consuetudine est. *scribitur* conmendo *saepius* (*cf.* NOT. Tir. 30,65 conmendat): CORP. XII 483. XIV 3898 *l. 29 sq.* INSCR. christ. Leblant II 546. comedo: CORP. III 12489 TAB. devot. Minturn. (Corp. X 8249) *bis.* cummendo: CORP. V 8755,6. *confunditur in codd. saepe cum* commodo, *ex. gr.*: SEN. epist. 24,21 PLIN. nat. 22,83 TAC. Agr. 32 dial. 12 VLP. coll. Mos. 10,2,1 AVG. epist. 44,11(?) VEN. FORT. carm. 10,2,11. GLOSS. *παρατίθημι. παρακατατίθημι. συνιστῶ ὅ ἐστι παρατίθημι. συνιστῶ.* insinuo, dico. -at: *παρατίθεται. συνιστᾷ.* -a: *συνίστησον* (*sic*). -are: *συνιστῆσαι.* -vit: *παρακατέθετο.* *cf.* GLOSS. amendat: extra -at (vel seponit); *v. Rönsch, Semas. Beitr. III 17.* NOT. Tir. 67,95ᵃ -at. *legitur inde a* PLAVTO *et* TER. *per totam latinitatem; habent singulis locis*: RHET. Her. CATVLL. PVBLIL. SALL. NEP. PROP. VITR. PAVL. FEST. CELS. CVRT. SCRIB. LARG. VAL. FL. *al.*; *binis*: LVCR. LVCAN. *al.*; *ternis*: PHAEDR. SIL. IVV. *al.*; *quaternis*: VERG. PETRON. *al.*; *quinis*: HOR. VELL. *al.*; *frequentant*: CIC. PLIN. nat. PLIN. epist. QVINT. TAC. TERT. AVG. INSCR. *deest*: CATONI LVCIL. VARRONI TIB. GRATT. MANIL. GERM. MELAE PERS. FRONTINO FLORO *al.* [*loc. dub.*: Q. CIC. pet. 4 haec cura ut teneas commonendo (*Bücheler*, -ando *codd.*). NEP. Eum. 2,2. PLIN. nat. 20,37 -atum *Mayhoff*; commanducatum *codd.* 29,6. *dub. interpret.*: FRONTO p. 5,14 N. CORP. XIV 3898 locum quem sibi conparabirum (*i.* comparaverunt) in oraturiu sancti Alexsandri, qui se animas suas hic conmendaberun (*i.* commendaverunt) sub imperium domni Eracli. GLOSS. Verg. ed. Hagen E 102 p. 513 (GLOSS. IV 65,34. 531,38) haesitabant -bant aut dubitabant (esitabant commandebant *Götz, Thes. gl. 511*).] *adde cognomen* Commendatus, -a, *v. nom. propr.*

I ***proprie:*** ***A strictiore sensu i. q. tradere, credere, committere, deferre, mandare, in manus dare, deponere.***
cf. PAPIN. dig. 16,3,24 quid est enim aliud -are quam deponere? (VLP. dig. 50,16,186). PAVL. coll. Mos. 10,7,4 deponere videtur et is, qui suspectam habens vel minus idoneam custodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem custodiendam -at. AMBR. Tob. 20,67 tripliciter autem et pignus et -atum et depositum dicitur. pignus dicunt, quod pro mutuo aere susceptum est; -atum autem et depositum, quod nos custodiae causa alicui commisimus. AVG. quaest. hept. 5,36 non quod dominus eius *puerum* apposuerit, id est -verit — potius enim depositum diceret — *eqs.*

1 *generatim*: **a** *-ant homines*: **α** *animantes*:
alicui: PLAVT. Cist. 245 quae mihi esset -ata et meae fidei concredita. Trin. 113 mihi -vit virginem gnatam suam et rem suam omnem et illum corruptum filium (*syn.* crederet). 877 cui ego liberosque bonaque -vi. TER. Eun. 577 -at virginem. :: cui? tibine? :: mihi. 1039 Thaïs patri se -vit, in clientelam et fidem nobis dedit se. Phorm. 288 cui -vi filium hinc abiens meum. CIC. Mur. 2 idem consulem vestrae fidei -at, qui antea dis immortalibus -vit. dom. 145 vobis me ac meos -vi meque atque meum caput ... devovi. Cael. 39 tibi hunc puerum parens -vit et tradidit. Phil. 2,45 te mihi -bat, orabat, ut se contra suum patrem ... defenderem. Att. 3,6 meos tibi -o. 11,9,3 cui illam -em. CATIL. Sall. Catil. 35,6 nunc Orestillam tibi (*om. codd. Sall., habet V*) -o tuaeque fidei trado. CATVLL. 15,1 -o tibi me ac meos amores (*i. puerum*). CAES. Gall. 4,27,7 principesque undique convenire et se civitatesque suas Caesari -are coeperunt (-arunt *β*). civ. 1,74,4 compluresque tribuni militum et centuriones ad Caesarem veniunt seque ei -ant. VERG. Aen. 2,748 Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penates -o sociis et curva valle recondo. 5,771 quos bonus Aeneas . . . consanguineo lacrimans -at Acestae. SEN. contr. 7,1(16),4 fratrem tibi, si innocens est, Fortuna, -o. 10,5,21 et cum -retur a Caesare Passieno nec curaret *Craton.* COLVM. 11,1,6 nos ... memores ignorantiae nostrae vigentis sensus adulescentulos corporisque robusti peritissimis agricolis -emus. STAT. Theb. 5,289 dein curvo robore clausum dis pelagi ventisque et Cycladas Aegaeoni amplexo -o patrem. 7,788 deceptum tibi, Phoebe, larem poenasque nefandae coniugis et pulchrum nati -o furorem. LACT. inst. 1,17,14 cur igitur virgo eum puerum cum dracone conclusum et obsignatum tribus virginibus Cecropidis -vit? AMM. 16,5,13 quos audiendos provinciarum rectoribus -bat. SERV. Aen. 2,601 *Helenam* legimus prius a Theseo raptam et in Aegypto -atam Proteo. VVLG. Ier. 40,7 quod -asset ei viros et mulieres et parvulos. 41,10. II Macc. 9,25 quem saepe recurrens in superiora regna multis vestrum -bam (*παρακατετιθέμην καὶ συνίστων*). CLAVD. rapt. Pros. 1,196 tibi gaudia nostri sanguinis et caros uteri -o labores (*cf. p. 1841, 21*). COD. Iust. 7,6,1,3 neque ipse eum (*servum domo eiectum*) procurans neque alii eum -ans (*item* 7,6,1,3ᵃ). EVGIPP. Sev. 26,1 *leprosum* monachis suis indicto ieiunio -vit. *nota*: VERG. Aen. 2,293 sacra suosque tibi -at Troia penates. OCTAVIA 491 suosque cives Roma -at tibi. AVG. civ. 1,3 itane istis penatibus victis Romam, ne vin-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceretur, prudentes -are debuerunt? *technice ap. Germanos i. q. in clientelam, patrocinium alicuius dare, tradere (cf.* TER. Eun. 1039 *p. 1840, 51* CAES. Gall. 4, 27, 7 *p. 1840, 59)*: LEX Visig. 5, 3, 1 si vero *deditus* alium sibi patronum elegerit, habeat licentiam, cui se voluerit -are. 5, 3, 4 *patronus*, cui se -verit, det ei terram. *bestiam*: PLAVT. Merc. 246 ast non habere, cui -rem capram. VLP. dig. 9, 2, 27, 34 si quis . . . -verit ei (*servo conducto*) mulum. VVLG. exod. 22, 10 si quis -verit proximo suo asinum . . . ad custodiam. I reg. 17, 20 -vit gregem custodi. *alicui rei*: PLAVT. Persa 765 quin lectis nos actutum -amus? TER. Eun. 886 ego me tuae -o et committo fidei (*cf.* DON. *ad l.* -amus nos cognitis, committimus ignotis. *adde*: CIC. Mur. 2. epist. 15, 2, 8 quemque meae fidei -assetis). CIC. Att. 3, 20, 2 tibi nihil mando nominatim, totum me tuo amori fideique -o. BELL. Afr. 34, 2 se fugae -at. VERG. catal. 8 (10), 5 me tibi (*i. villulae et agello*) et hos una mecum . . . -o, ⟨in⟩ primisque patrem. OV. fast. 3, 776 patres sua pignora, natos -ant curae numinibusque tuis (*i. Bacchi*). SEN. dial. 8, 3, 4 potest . . . ille . . . in tuto subsistere et protinus -are se bonis artibus. PETRON. 140 venit et -are liberos suos eius prudentiae bonitatique credere se et vota sua. CLAVD. rapt. Pros. 1, 139 *Ceres* -at Siculis furtim sua gaudia (*i. Proserpinam*) terris (*cf. p. 1840, 79*). DRAC. Romul. 10, 554 his . . . rogis ubi . . . arsit Iason vos, miseri, -o meis. SIDON. epist. 1, 10, 2 vigilantiae suae me id est famae meae statum causamque -a. *c. duob. accus.*: AVIAN. fab. apol. 1 cum mulier ex clamosis parvuli vagitibus taediata puerum in sui commotione animi lacerandum leporum dentibus -ret. *additur qua re*: VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 si nihil aliud dignum honore memoriae gessisset, his tamen factis abunde se posteritati -asset. *sine dativo*: CATIL. Sall. Catil. 35, 6? *v. p. 1840, 57.* OV. met. 6, 495 generi dextram complexus euntis Pandion comitem lacrimis -at obortis (*ibid.* mandabat). *c. duob. accus.*: SVET. Cal. 25 infantem *filiam* . . . Minervae gremio imposuit alendamque et instituendam -vit.

β res corporeas: *alicui*: PLAVT. Capt. 445 tibi -o spes opesque meas (*syn.* mandavisti. *cf.* CIC. Quinct. 98 tibi suas omnes opes fortunasque -at, tibi committit existimationem et spem reliquae vitae). Merc. 702 em quoi te et tua, quae tu habes, -es viro. Trin. 113 rem suam omnem (1083 cui tuam rem -veras. CIC. Quinct. 62. APVL. apol. 55 vin dicam, cuius modo illas res in sudario obvolutas laribus Pontiani -arim? PAVL. sent. 2, 31, 21 si rem, quam tibi -vi, postea surripui). Trin. 877 bona (*v. p. 1840, 49.* 1095 qualine amico mea -vi bona?). CIC. Catil. 4, 18 vobis supplex manus tendit patria communis, vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum ignem Vestae sempiternum, vobis omnium deorum templa atque delubra, vobis muros atque urbis tecta -at. OV. fast. 6, 53 -o moenia . . . haec tibi. VELL. 2, 123, 2 -ans illi sua atque ipsius opera. PHAEDR. app. 4, 5 *Prometheus* -at officinam fallaci Dolo, in disciplinam nuper quem receperat. VAL. FL. 5, 62 cineremque Lyco -at Iason. MART. 1, 52, 1 -o tibi . . . nostros . . . libellos (4, 82, 1 hos quoque -a Venuleio, Rufe, libellos. 12, 11, 8 tradat, ut ipse duci carmina nostra . . . quattuor et tantum timidumque brevemque libellum -et verbis). 10, 92, 4 has tibi gemellas . . . -o pinus ilicesque *eqs.* PAPIN. dig. 16, 3, 24 centum nummos, quos hac die -asti mihi. PAVL. dig. 16, 3, 26 pr. arcam clusam cum veste et instrumentis -vit Gaiae Seiae. ITALA lev. 6, 5 (Rufin. Orig. in lev. 4, 2) depositum *reddet*, quod -atum est ei (τὴν παραθήκην ἥτις παρετέθη αὐτῷ, ITALA Lugd. demandatum, VVLG. quae per fraudem voluit obtinere). SPART. Hadr. 4, 8 -o tibi provincias, si quid mihi fatale contigerit. OPTAT. 1, 17 p. 19, 12 quae (*ornamenta*) quasi fidelibus senioribus -vit commemoratorio facto. VVLG. exod. 22, 7 si quis -verit (δῷ) amico pecuniam aut vas in custodiam. Luc. 12, 48 et cui -erunt (ἐδόθη) multum, plus petent ab eo. RVFIN. hist. 3, 23, 12 depositum repraesenta, quod tibi ego plane et Christus -vimus (παρακατεθέμεθα) ecclesia teste. CLAVD. 1, 213 nymphis urnam -at erilem. 8, 422 aequoreas alni nato -at habenas (*i. remos? navigia?*). carm. min. 27, 94 iam flammae -at onus. CARM. epigr. 703, 7 -ans sanctis animam corpusque fovendum (777, 2 martyribus domini animam corpusque tuendi gratia -ans tumulo requiescit in isto Silvius. CORP. X 4529 [*Capuae*] corpus sanctis⟨simum⟩ -vi Irene tibi cum sanctis). *alicui rei*: CIC. Arat. 435 Orion fugiens -at corpora terris (*cf.* EVGIPP. Sev. 46, 1 usque ad illud tempus terrae nullatenus -atum [*i. sepultum*] *corpusculum sancti*). SIL. 15, 539 Libys Ausoniis -et semina sulcis (VAL. CEM. hom. 8, 3 quanto plus homo seminum terrae -at. ENNOD. opusc. 1, 17 p. 266, 6 dum grandia sulcis semina -ret). STAT. Theb. 7, 184 potuit Latonia frater saxa . . . defigere Delon et imis -are fretis. 9, 235 tantum viridi defixa parumper caespite populeo -at spicula trunco. 10, 255 longaevique ducis gremio -at honorem frontis. APVL. apol. 53 alienae custodiae -bam, alieno arbitrio permittebam *involucrum linteum*. PAVL. sent. 1, 21, 4 qui corpus perpetuae sepulturae traditum vel ad tempus alicui loco -atum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit. PROB. Verg. ecl. 6, 42 in silicem ferulam allisit eique ignem -vit. HYG. astr. 2, 13 p. 49, 11 *Iuppiter caprae ossa* anima donavit et stellis figurata memoriae -vit. CARM. epigr. 782, 1 sanctorum gremiis -at Maria corpus. *sine dativo*: MART. 4, 64, 26 hoc rus, seu potius domus vocanda est, -at dominus: tuam putabis. SPART. Pesc. 10, 7 ne zona milites ad bellum ituri aureos vel argenteos nummos portarent, sed publice -rent. *inde fere i. q. mutuum dare*: GREG. TVR. Franc. 7, 22 quod vero -atum habuit, publicatum est.

γ res incorporeas: *alicui*: PLAVT. Capt. 445 spes *v. p. 1841, 33.* CIC. Quinct. 62 cui tu et rem et famam tuam -are proficiscens et concredere solebas (S. Rosc. 113 cui fama mortui, fortunae vivi -atae sunt atque concreditae). Manil. 13 quorum salutem tali viro -etis (epist. 15, 2, 4 quoniam salus ipsius, incolumitas regni mihi -ata esset a vobis. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 -as nostram salutem illi). Rab. perd. 2 consulatus . . . ipse mihi una a vobis cum salute rei publicae -atus. dom. 142 vobis . . . omne suum erga meam dignitatem studium et iudicium non modo commissum, verum etiam -atum esse arbitrabuntur. har. resp. 15 quibus in maximis periculis universa res publica -ari solet. epist. 2, 6, 5 nunc tibi omnem rem atque causam meque totum -o atque trado. MART. 7, 68, 1 -are meas . . . Camenas parce precor socero. QVINT. decl. 374 p. 414, 26 -bimus iudicibus testamenta. TERT. anim. 33 qui . . . -verint iudici vitam. SORT. Sangall. 7, 9 fac testamentum ita, ut pauperibus dimittas et anima(m) tua(m) deo -es (CARM. epigr. 703, 7. 772, 2. VVLG. I Petr. 4, 19 fideli creatori -ent [παρατιθέσθωσαν] animas suas in benefactis. *cf.* INSCR. christ. Hisp. 2 [*a. 632*] dignum deo in pace -vit ispiritum. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 260^D spiritum suum deo -arat. *adde l. 61 sqq. et p. 1843, 42*). AMM. 16, 13, 3 glorias suas posteritati celebri memoria -rent. HIER. chron. a. Abr. 2058 Vespasianus bellum Tito filio -ans . . . proficiscitur. VVLG. II Macc. 2, 26 ut facilius possint memoriae -are *libros* (εἰς τὸ διὰ μνήμης ἀναλαβεῖν). MART. BRAC. corr. 2 ut vel aliquantulum in memoria teneatis, pauca vobis de pluribus -amus. *c. dupl. accus.*: PAVL. dig. 36, 1, 83 (81) *secundas tabulas* matri eius -vit aperiendas. *alicui rei*: CIC. Flacc. 102 cum tuae fidei optimae et spectatissimae salutem urbis et civium -bam (har. resp. 14 quorum auctoritati, fidei, prudentiae maiores nostri sacra religionesque et privatas et publicas -arunt. epist. 13, 4, 3 domicilia sedes, rem fortunas . . . tuae fidei iustitiae bonitatique -o. LIV. 8, 36, 12 unius eius fidei virtutique causam suam -antes. TERT. anim. 23 quae omnia ut fidei -et *Plato*. BOETH. mus. 1, 34 lectoris fidei quae proponimus -amus). Att. 4, 1, 8 quae litteris non -o. epist. 10, 12, 5 nomenque tuum -a immortalitati. LIV. 5, 40, 1 -antes virtuti eorum iuventaeque urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis, quaecumque reliqua esset fortuna. VELL. 2, 4, 3 nec quisquam ullius gentis hominum ante eum . . . nomen suum perpetuae -vit memoriae (2, 8, 1 mandetur. *adde*: DARES prol. epist. quod Dares Phrygius memoriae -vit. AVG. civ. 15, 15 euangelista Matthaeus generationem dominicae carnis per seriem parentum volens -are memoriae. PALLAD. hist. mon. II 4 p. 349^C scripturas sanctas memoriae -vi. *pro obi. est enuntiatum plenum*: AVG. civ. 4, 19 ut simulacrum eius [*Fortunae muliebris*] . . . etiam locutum esse memoriae -verint). TERT. orat. 22 interest nostra, quod dei gratia exerceat⟨ur⟩, solius dei conscientiae -are. HIL. in Matth. 21, 6 spem futurorum et animae salutem curis praesentium aegritudinum -ans. AMM. 20, 8, 17 maiorum exemplo nostrorum moderatores . . . ultimo tempori posteritatique iucundam sui memoriam -are. 25, 2, 4 ventura decretis caelestibus -bat. SIDON. epist. 1, 10, 2 *v. p. 1841, 23.* GREG. M. moral. 8, 12 labores nunc veritati -antes exhibent *sancti viri*. FIRM. err. 29, 1 audite et -ate sanctis sensibus vestris, quid de isto facinore iubeat. *sine dativo*: CIC. Cluent. 34 *spem* in alvo -atam a viro continebat. Phil. 3, 5 ut rem publicam non modo a se susceptam, sed etiam a nobis -atam possit defendere. PETRON. 96 advocationemque -bam (*sc. Eumolpo*). MART. 7, 80, 6 sed si parva tui munuscula quaeris amici -are, ferat carmina nostra puer. TAC. dial. 6 potentes venire ad iuvenem et pauperem *oratorem*, ut aut sua aut amicorum discrimina -ent. LACT. Phoen. 93 tunc inter varios animam -at odores, depositi tanti nec timet illa fidem *avis Phoenix* (*fere i. q. efflare, tradere deo; cf.* CORP. XII 483 [= INSCR. christ. Leblant II 546] -o sp⟨i⟩r⟨i⟩t⟨u⟩m meum. CORP. X 6608 [*Velitris*] d. m. spirit(u). b. Flabiai Albinai A. P. filiai -ato cineres arca condo [*scriptum est litteris maiusculis Graecis*]. *cf. supra l. 19 sqq.*).

b *-ant res*: *α aliquem*: *alicui*: STAT. Theb. 8, 558 sponsam quin castus amanti squalor et indigni -at gratia luctus. OPTAT. 1, 1 p. 3, 2 cunctos nos christianos . . . omnipotenti deo fides una -at. *rei*: AMM. 24, 4, 5 hac gloria posteritati sunt -ati. *β aliquid*: *rei*: CIC. de orat. 2, 36 historia . . . qua voce alia nisi oratoris immortalitati -atur? AVG. epist. 147, 38 imagines, id est incorporeas similitudines corporum, incorporaliter -at memoriae *scientia*. ALC. AVIT. carm. 3, 405 -et stabulo Samaritis dextera curam. PETR. CHRYS. serm. 163 p. 629^B ne quid funeris inventum quieti misericors sepultura -et.

c *passive* (*subiecto incerto vel supplendo*): *α absolute*: VLP. dig. 11, 7, 14, 4 si quid ad corpus custodiendum vel etiam -andum factum sit. PAVL. dig. 16, 3, 26 pr. defuncta ea (*uxore*) intestata desidero, res -atae cui restitui debeant, filio an marito. ARNOB. nat. 1, 2 -ata semina tellus recusat accipere aut frondescere arbores nolunt? CORP. III 11009 ob -atam et restitutam fidem. *β alicui*: CIC. Phil. 5, 34 consulibus totam rem publicam -andam censeo. 7, 27 *libertas* est -ata vobis. 11, 21 cumque harum omnium decertatio con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sulibus optimis et fortissimis commissa et -ata sit. Att. 10, 8, 9 tibi sunt omnia -ata. BELL. Alex. 16, 3 quod omnium salutem sibi -atam viderent. MART. 3, 5, 1 vis -ari sine me cursurus in urbem, parve liber, multis an satis unus erit? TAC. hist. 1, 90 -ata patribus re publica. OPTAT. 6, 4 p. 149, 18 *Paulo apostolo* confossus peccatorum vulneribus populus -atus erat. DARES 35 placet omnibus, ut ea, quae Achillis essent, Aiaci propinquo eius -rentur. VVLG. num. 8, 26 ut custodiant, quae sibi fuerint -ata. CLAVD. 10, 308 dignus cui leges, dignus cui pignora tanti principis et rerum -rentur habenae (*cf. p. 1841, 64*). *γ alicui rei*: CIC. prov. 35 sit in eius tutela Gallia, cuius fidei, virtuti, felicitati -ata est. leg. 2, 22 sacrum sacrove -atum qui clepsit rapsitve, parricida esto (2, 40. *cf. Bötticher, Philol. 19, 1 sqq.*). Tusc. 2, 8 nobis ... videtur, quicquid litteris mandetur, id -ari omnium eruditorum lectioni decere (D. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 2 quae litteris -ari possint. AVG. serm. ed. Mai 7, 1 divinis litteris -ata recitantur). epist. 5, 12, 1 ut cuperem quam celerrime res nostras monimentis -ari tuis. ad Q. fr. 3, 1, 1 diebus Philotimo tribulibus -atis. LIV. 42, 44, 4 fideique legatorum -ari civitatem iussit. CVRT. 9, 3, 5 sanguine nostro -are posteritati tuum nomen. TERT. anim. 19 *hominis* anima ... genitalibus feminae foveis -ata. nat. 1, 7 auditum et inspectum est atque exinde famae -atum. OPTAT. 1, 18 p. 20, 7 seniores, qui faucibus avaritiae -atam ebiberant praedam. Ps. RVFIN. in psalm. 41, 10 memoriae -andum est, quod dicitur (AVG. civ. 16, 14 absurdum est existimare ... huius solius numerum annorum vitae non -atum esse memoriae. serm. ed. Mai 93, 5 praecepta dominica ... studiose memoriae -anda. SALON. in prov. p. 968B quae *proverbia* ... memoriae -ari ac retineri debeant). VAL. CEM. hom. 19, 2 -ata sulcis semina. CASSIOD. in psalm. 103, 4 -andum est animo, quia *eqs.* GREG. M. moral. 14, 70 cernimus ... semina terrae umoribus -ari.

nota ad 1 a b c: accedunt praepositiones: ad: HYG. fab. 3 p. 39, 23 cuius (*Chalciopes*) beneficio ad sororem Medeam est -atus *Iason*. 96 p. 89, 12 Thetis ... -vit *filium* in insulam Scyro⟨n⟩ ad Lycomedem regem. apud: IVST. 35, 2, 1 initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hospitem suum cum magno pondere auri -verat. VVLG. Is. 10, 28 apud Machmas -bit vasa sua. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 245 filium vero ... apud suum -vit amicum. COD. Iust. 2, 7, 23 (4), 4 *legitimas allegationes* apud ... fisci patronos ... gestis intervenientibus -ari. in *c. abl.*: VVLG. Ier. 36, 20 porro volumen -verunt in gazophylacio Elisamae scribae. I Petr. 4, 19 *v. p. 1842, 20. c. acc.*: HYG. fab. 96 p. 89, 12 *v. supra l. 33.* VVLG. psalm. 30, 6 in manus tuas -o (παραθήσομαι) spiritum meum (Luc. 23, 46). penes: COD. Iust. 4, 34, 6 (*a. 293*) is, penes quem utrasque partes transactiones vel alia instrumenta -asse dicis, legem, qua haec suscepit, servare necesse habet. per: CIC. epist. 5, 12, 6 ut me sempiternae gloriae per eum -ari velim, qui non ipse quoque in me -ando propriam ingenii gloriam consequatur. AMM. 14, 6, 8 aeternitati se -ari posse per statuas. 21, 5, 4 et haec laborum ... Galliae spectatrices post funera multa iacturasque recreatae diuturnas et graves posteritati per aetatum examina -bunt. AVG. civ. 15, 15 *v. p. 1842, 42.* sub: TIBERIAN. carm. 2, 11 sub quo custode pericli -as natum, cui regia pignora credis? *adde*: PORPH. Hor. carm. 1, 24, 11 Quintilium non sub hac spe illis -atum.

2 *i. q. societas, communitas, communicatio, participatio*: **a** *de hominibus*: *c. gen. rei*: CVRT. 8, 9, 19 postquam *gemmae margaritaeque* vitiorum -um vulgavere in exteras gentes. SIL. 2, 506 nemo insons, pacem servant -a culpae. TAC. ann. 6, 19 interciderat sortis humanae -um vi metus. TERT. anim. 4 p. 304, 1 differentiae autem *notionum* '*factum*' *et* '*natum*', sua habendo loca et tempora, habent aliquando et passivitatis -a. nat. 1, 4 p. 64, 24 *utilitates quasdam* de -o istius nominis (*Christianorum*) capere possunt (resurr. 49 p. 101, 12 *si* novissimus homo [*sc. Christus*] Adam dicitur, de consortio substantiae [*sc. carnalis*] -um nominis traxit). OPTAT. 2, 3 p. 37, 12 cum quo nobis totus orbis -o formatarum (*i. epistularum, formularum*) in una communionis societate concordat. AVG. c. Parm. 1, 2, 2 *quosdam* -o scelerum et societate criminum dicit esse consimiles. PETR. CHRYS. serm. 147 p. 594^A quae res fecerit *Christum* terreni corporis inire -um. *nota fere i. q. propinquitas*, *praesentia*: STAT. Theb. 5, 668 sociae veritus -a vittae (*sc. sacerdotis alterius*) Amphiaraus ait. *absolute*: DRAC. laud. dei 2, 152 veniens cum linguas funderet ignis spiritus *sanctus* (*sc. pentecoste*) . . . nostro -a mundo consona dissimili infundens sermone beatis. Orest. 61 oscula pura petens et dans, -a mundo (*i. quae res mundo communis est*). **b** *de rebus*: *i. q. coniunctio, adunatio, compages*: STAT. silv. 1, 3, 3 si quis . . . potuit sociae -a noscere ripae (*Anienis*). HIER. epist. 7, 9, 6 (*in comparatione*) germana *est* . . . eboris ostrique -um. PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562^C est membrorum -o salutari pretiosus oculus. 164 p. 632^A deus ignis et aquae -o nos germinat. *i. q. propinquitas*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 93, 34 superiorem . . . a se syllabam, quae fuerat brevis, *longa quaedam syllaba* -o suae proceritatis extendit (*i. longam reddit*).

3 *i. q. iter, via, ambulatio*: **a** *de hominibus* (*et de actione ambulationis et de via*): LVCAN. 9, 860 in loca serpentum nos venimus . . . *deus* -a nostra perosus *eqs.* PLIN. nat. 6, 176 quin et -a ipsa infestant ex insulis Arabes. AMPEL. 7, 1 *mare magnum* -is totius generis humani peragitur. **b** *de rebus i. q. via* (*sc. qua partes quaedam inter se coniunguntur*): *de locis terrae*: SOL. 6, 1 Hephaestiae insulae . . . per occulta -a aut mutuantur Aetnae incendia aut subministrant. 29, 1 (*de fonte*) per eadem venarum -a interdum ignito vapore inaestuet, interdum glaciali algu inhorrescat. CARM. epigr. 893, 5? (*v. p. 1876, 76*). AMM. 22, 8, 4 *Aegaeum mare* velut naturali quodam -o ruens in Pontum. *in corpore humano*: SOL. 23, 21 *sicut* in corporibus nostris -a sunt spiritalia (*i. spiritus*), ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitutas *eqs.* 27, 32 dissolutis venarum -is. POTAM. tract. 2 p. 1416^B patuerunt . . . internorum viscerum castidici iuvenis (*sc. interfecti, dein lacerati resectique*) laqueata -a. AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 1 intercluso spiritus commeatu spirandi et respirandi -a coartantur. PRVD. psych. 34 animamque malignam fracta intercepti -a gutturis artant. *inde fere i. q. commissura*: ALC. AVIT. carm. 1, 99 spina rigens crebris inter -a nodis diffundit duplicem costarum ex ordine cratem.

III *translate*: **A** *i. q. facultas, potestas, usus rei alicuius*: **1** *sensu strictiore*: **a** *c. gen. gerundii, i. q. potestas, venia rei alicuius faciendae*: LIV. 41, 24, 16 nemo novae societatis aut novi foederis . . . conscribendi est auctor, sed -um tantum iuris praebendi derepe⟨te⟩ndique sit. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 dandi et accipiendi beneficii -um . . . tollit, quisquis bene merito *homini* parem referre gratiam neglegit. TAC. Agr. 2 adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique -o. AVIEN. orb. terr. 1303 *Arieni* fulvo tamen invenere corallo pandere vivendi -a (CASSIOD. var. 4, 34, 2 *mortui* vivendi -a reliquerunt). MACR. somn. 2, 5, 17 *torrida zona hominibus* -um ad se denegat commeandi. **b** *c. genetivo rei* (*plerumque corporeae*) *fere i. q. usus, potestas, possessio*: PHAEDR. 4, 11, 11 veto esse tale luminis -um. TERT. anim. 14 p. 319, 16 *in organo hydraulico musico* tot compendia sonorum, tot -a modorum, tot acies tibiarum. bapt. 5 p. 205, 26 cum angelus malus profanum -um eiusdem elementi (*aquae*) in perniciem hominis frequentat. PACIAN. epist. 3, 20 p. 84 quid cessatis . . . circumcisionis et sabbati redintegrare -um. VAL. CEM. hom. 9, 1 ne perdamus infelicium -a lacrimarum. SIDON. carm. 23, 231 te -a duplicis loquelae doctum. *nota fere i. q. symptoma, comitans* (*t. t. medicorum*): DRAC. laud. dei 1, 591 flatibus alternis (*spiritus*) redeunt -a vitae (*ubi* EVG. TOLET. carm. 473 comitantia; *v. p. 1814, 15*). **2** *inde fere i. q. auxilium, subsidium*: TERT. anim. 17 p. 325, 18 *in mundo* tot artes, tot ingenia, tot studia negotia officia -a remedia concilia solacia *eqs.* IVST. 9, 1, 5 exhaustus pecunia -um de piratica mutuatur (*i. piraticam artem exercuit, cf. Tac. ann. 1, 38*). AMBR. in psalm. 1 praef. 9 psalmus nocturni operis -um (*ex Basilio, qui*: ψαλμὸς ὅπλον ἐν φόβοις νυκτερινοῖς). VAL. CEM. hom. 15, 2 tamdiu enim placet lunare -um (*i. auxilium per lunam praestitum*), quamdiu *luna* tenebrosae nocti constitutis legibus praestat officium.

B *i. q. negotium, munus, actio*: **1** *generatim* (*subaudiri potest etiam notio negotii scelesti, ut sit fere i. q. culpa, ut l. 70. 78*): **a** *c. genetivo*: AMM. 19, 12, 1 peritus artium cruentarum, ut lanista ex -is Libitinae vel ludi, ipse quoque ex eculeo *quaestum captabat*. CYPR. GALL. gen. 889 post optata longae -a vitae. NOVELL. Theod. 18, 1 pr. (*a. 439*) ut sub cuiusdam lustralis praestationis obtentu corrumpendi pudoris liceret exercere -um. VAL. CEM. hom. 19, 3 p. 750^C displicet . . . insatiabilis gula atque illa ventris infructuosa -a. CASSIOD. var. 1, 34, 1 copia frumentorum provinciae debet primum prodesse cui nascitur, quia iustius est, ut incolis propria fecunditas serviat, quam peregrinis -is studiosae cupiditatis exhauriat⟨ur⟩. *nota vi plane attenuata ad circumscribendum substantivum*: DRAC. Orest. 518 flatibus alternis *spiritus* perflans -a somni (*fere i. q. somnum?*). **b** *c. adiectivo*: RVFIN. hist. 5, 18, 8 desinant talibus se implicare -is (παύσωνται πλημμελοῦντες. *adde*: AVG. in psalm. 148, 8 p. 1942 haec [*mala, passiones*] abundant in regione nostra [*in mundo*], ad talia -a venit *Christus*). VAL. CEM. hom. 7, 4 p. 715^A lucrativis studere -is. **2** *speciatim*: **a** *i. q. ministerium dei, munus ecclesiasticum*: *c. adiect.*: PETR. CHRYS. serm. 60 p. 366^A placitum fidei, symbolum caelestis -i. SACR. Leon. p. 303 exercemus, domine, gloriosa -a. p. 314 per haec sacrosancta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mysteria (*ubi cod. addit*: -a. *cf.* GLOSS. V 547, 19 -a id est mysteria [‘ministeria?’ *Götz*]). *fort. huc pertinet*: INSCR. christ. Rossi II p. 57, 19, 5 vivens -a grata peregit (*sed cf. p. 1878, 68*). *c. genet.*: SACR. Leon. p. 356 per haec caelestis vitae -a (VEN. FORT. vita Radeg. 8, 20 circa salutis instituta et circa adipiscendi vitae caelestis -a retentabatur per dies). **b** *i. q. eventus, effectus*: VAL. CEM. hom. 5, 1 hoc habet ... lingua malitiosa -um, ut lites serat.
c *i. q. ratio, computatio, ratiocinatio*: MAR. VICTOR aleth. 3, 368 rebus -a iusta rependens.

C *i. q. similitudo, congruentia rerum*: DIOM. gramm. I 383, 2 secundum eam consuetudinem, qua au syllaba cum o littera -um habet, ut cum dicimus ‘claustra’ et ‘clostra’.

iuncturae notabiliores: **1** *pro subiecto*: -um est *saepius, v. p. 1873, 48. 59 sqq. 1875, 45. 59 al. adde*: PHAEDR. 4, 11, 11 veto esse ... -um. ENNOD. epist. 3, 2, 1 p. 72, 8 -a litterarum magis sint laetitiae quam maeroris. -um (-a): faciunt: IVV. 2, 166. habent: LVCAN. 6, 494 obstrictos ... deos. patet: SEN. benef. 4, 28, 3. placet: VAL. CEM. hom. 15, 2 (displicet: VAL. CEM. hom. 19, 3 p. 750^{C}). prosunt: CORIPP. Iust. 2, 372. redeunt: DRAC. laud. dei 1, 591. veniunt: LEX Visig. 8, 4, 29 (provenit: PETR. CHRYS. serm. 72 p. 404^{D}).

2 *pro obiecto*: **a** *de -o habendo, faciendo*: agitare: AMM. 31, 4, 11. agere: AVG. in psalm. 102, 6 p. 1321 CYPR. GALL. lev. 257 PAVL. NOL. carm. 19, 484. 21, 426 (peragere: RVST. HELP. hist. testam. 29 INSCR. christ. Rossi II p. 57, 9, 5). augere: AMM. 18, 8, 13. coepisse: SVET. vita Ter. 1. componere: CASSIOD. var. 7, 23. concedere: ENNOD. epist. 8, 20 p. 213, 22. conferre: TERT. pall. 6. contrahere: LIV. 38, 18, 12. copulare: CYPR. epist. 59, 20 p. 690, 15. dare: LIV. 45, 29, 13 MANIL. 2, 358 SEN. nat. 5, 18, 4 VLP. reg. 19, 4. deputare: CASSIOD. var. 6, 7, 8. dirigere: ENNOD. epist. 8, 36, 2 p. 223, 20 ad me. docere: SIDON. carm. 23, 231. exercere: OV. trist. 5, 10, 35 MELA 2, 10 SVET. Tib. 34 CAPITOL. Maximin. 4, 4 EPIST. pontif. 255 (Siric. 1, 9) Migne 13, 1138^{C} HIER. epist. 37, 2, 1 COD. Theod. 13, 1, 18 (*a. 400*) NOVELL. Theod. 18, 1 pr. (*a. 439*) CASSIOD. var. 2, 30, 3 SACR. Leon. p. 303. exhibere: VAL. CEM. hom. 4, 2 p. 705^{B}. expectare: PLIN. nat. 6, 54. facere: LIV. 5, 15, 5 PLIN. nat. 12, 54 PORPH. Hor. ars 345 QVEROL. p. 31, 12 AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 18 CLAVD. rapt. Pros. 1, 91 AVG. serm. ed. Mai 37, 1 DRAC. laud. dei 2, 515. frequentare: SEN. epist. 38, 1 TERT. bapt. 5 p. 205, 26. gerere: MANIL. 2, 467 ITIN. Theod. 32. habere: *v. p. 1875, 67. 78. adde*: LABEO Paul. dig. 31, 49, 2 PROC. Paul. dig. 31, 49, 3 *bis* TERT. anim. 4 *p 1877, 74* VLP. dig. 30, 40. 45, 1, 34 *ter* PAVL. dig. 41, 1, 62 SOL. 28, 2 DIOM. gramm. I 383, 2 HIER. epist. 22, 14 FAVST. Aug. c. Faust. 22, 5 p. 595, 6 CASSIAN. inst. 9, 3 VAL. CEM. hom. 5, 1. 9, 2 p. 720$^{C/D}$ INST. Iust. 3, 19, 2. inire: PETR. CHRYS. serm. 147 p. 594^{A}. instituere: HERMOG. dig. 1, 1, 5 CARM. epigr. 893, 5 (*a. 354*). invehere: PLIN. nat. 33, 6 (subvehere *sim. sensu metonymico v. p. 1874, 14*). iungere: MANIL. 2, 382. 4, 170. 296 STAT. Theb. 2, 512 AVSON. Mos. 293 PAVL. NOL. carm. 10, 56 DRAC. Romul. 9, 115. noscere: STAT. silv. 1, 3, 3. pacisci: LIV. 34, 19, 8. pascere: CLAVD. 22, 115. petere: AVIEN. Arat. 311 (expetere: CVRT. 5, 5, 19). praebere: SIDON. epist. 1, 5, 5. praestare: ENNOD. epist. 4, 34, 2 p. 121, 24. reddere: SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. 259, 12. redintegrare: PACIAN. epist. 3, 20 p. 84. relinquere: CALP. decl. 46 CASSIOD. var. 4, 34, 2. rependere: MAR. VICTOR aleth. 3, 368. sarcinare: POTAM. epist. ad Athan. p. 1417^{A}. servare: MANIL. 2, 346. 4, 809. suscipere (*i. q. accipere*): AVSON. 292, 6. tractare: CASSIOD. var. 12, 28, 8. trahere: TERT. resurr. 49 p. 101, 12. velle: VAL. FL. 1, 246. vulgare: CVRT. 8, 9, 19. **b** *de -o prohibendo, abnuendo*: abnuere: SOL. 50, 3. adimere: LIV. 8, 14, 10 TAC. Agr. 2. coartare: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 1. dirimere: SEN. nat. 3, 27, 11 TAC. hist. 3, 81. dissolvere: SOL. 27, 32. eierare: TERT. adv. Marc. 4, 8 *v. p. 1876, 74*. fugere: SOL. 31, 5. ignorare: LVCAN. 8, 348 AVIEN. orb. terr. 919. impedire: LIV. perioch. 127. inhibere: COD. Theod. 8, 1, 15 (*a. 415*). intercidere: TAC. ann. 6, 19. negare: PLIN. nat. 6, 91 PS. QVINT. decl. 13, 9 ENNOD. epist. 2, 4, 2 p. 43, 8. 3, 10, 2 p. 78, 11. perdere: OV. trist. 5, 7, 61 VAL. CEM. hom. 9, 1. perodisse: LVCAN. 9, 860. prohibere: SALL. Iug. 18, 6 (*v. p. 1875, 19*) NOVELL. Iust. app. 7, 18 (*a. 554*). prosternere: ARNOB. nat. 1, 14. resolvere: ITALA Is. 58, 6 (*v. p. 1877, 45*). rumpere: SEN. dial. 6, 26, 6. tollere: VERG. Aen. 10, 531 VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 QVINT. decl. 341 p. 346, 26 FLOR. epit. 3, 6, 1. vetare: AMM. 27, 5, 7. 29, 5, 51. *adde supra l. 14.*

3 *ablativus*: -o: carere: PLIN. nat. 5, 45. frui: SVET. Tib. 50. gaudere: LIV. 34, 9, 9 IVST. 18, 5, 8. interdicere: LIV. 5, 3, 8. *adde p. 1873, 50.* laborare: FRONTIN. strat. 2, 5, 14. prohibere: [SALL. Iug. 18, 6 *v. p. 1875, 19*]. LIV. 4, 52, 6. -o dives: PLIN. nat. 3, 21.

synonyma et iuxta posita: *ad I A et B*: auctio, conductio, emptio, locatio, mercimonium, negotiatio, negotium, nundinatio, venditio. *praeterea iuxta ponuntur verba*: emere (redimere), mancipare, mercari, tradere, vendere, venumdare. *ad I C 1*: forum. *ad I C 2*: merx. *ad I C 3. 4*: lucrum, praemium, pretium. *ad I D*: commeatus. *ad II A et B*: amicitia, coetus, collegium, colloquium, commeatus, communicatio, communio, consensio, consensus, consortium, conspiratio, contractus, convivium, epistularum munia, foedus, indutiae, officia mutua, pactum, pax, societas, transitus, usus.
derivata: commercialis, commerciarius. commerciari.

commercor, -ātus sum, -ārī *a* com *et* mercari. *part. perf. sensu passivo*: AFRAN. com. 259 *l. 6*. *i. q. coemere, mercando congerere*: GLOSS. -antur merces coemunt. mercibus merces coemunt. *homines*: PLAVT. Capt. 27 coepit captivos -ari hic Aleos (100 homines captivos. ARGVM. Plaut. Capt. 3). Persa 749 -aris cives homines liberos? *res*: AFRAN. com. 259 iucunditatis plus inest in te mihi, quam -atis conquisite edulibus. SALL. Iug. 66, 1 arma tela aliaque ... reficere aut -ari. AMM. 14, 3, 3 convenit multitudo ad -anda quae Indi mittunt. *absolute*: AMM. 23, 3, 7 oppidum -andi opimitate gratissimum. SCHOL. Hor. carm. 1, 28, 31 studio -andi fraudem ... capiat. *translate i. q. acquirere*: PAVL. NOL. carm. 21, 401 me thalamis ... iugari passus es, ut vitam (*sc. aeternam*) -arere duorum (*coniugum*).
deriv.: commercator. *Mbr.*

commereo, -uī, -itum, -ēre (**commereor**, -itus sum, -ērī) *a* com *et* merere (mereri). DON. Ter. Hec. 487 mereri bona dicimus, -eri mala, id est delinquere, peccare. GLOSS. -ui: male merui aut offendi. male egi. offendi. *legitur inde a* PLAVTO; *deponens rarius et praeter* PLAVT. Aul. 738 *et* TER. Hec. 486 *nonnisi apud recentiores.*

1 *activum*: **a** *i. q. merere aliquid mali*: PLAVT. Mil. 531 -ui malum (*cf.* 547 meruisse equidem me maximum fateor malum). TER. Hec. 580 numquam sciens -ui, merito ut caperet odium illam mei. CIC. de orat. 1, 232 interrogabatur reus quam *poenam* -isse se maxime confiteretur (OV. met. 5, 552. trist. 2, 10 an semel est poenam -isse parum). OV. Pont. 3, 6, 34 nemo est, qui se, quod patitur, -isse neget. AMM. 28, 2, 9 abiit ad lares, id -isse saevo iudicatus arbitrio. VVLG. num. 22, 29 cur percutis me? :: quia -isti et illusisti mihi. AVG. gen. ad litt. 6, 21 p. 195, 8 mortem eum peccato -isse. QVEROL. p. 11, 21 totum -ui. AVELL. p. 467, 8 iure -uit ab apostolica communione secludi (*c. inf. cf. infra l. 55 sqq.*).
b *i. q. committere, delinquere*: *culpam sim.*: PLAVT. Aul. 735 quid ego -ui ... mali (Epid. 62 videor videre -isse hic me absenti in te aliquid mali. SALV. epist. 4, 4 quid tantum malum -uimus ... ut nobis nec ... reddatur gratia). PLAVT. Capt. 403 neque te -isse culpam (Merc. 828 quae *uxores* in se culpam -ent. TER. Hec. 631 nullam de his rebus culpam -uit. Phorm. 206 arbitrabitur *te* -isse culpam). PLAVT. Most. 1178 quasi non cras iam -eam aliam noxiam (*nota passive*: Trin. 26 amicum ... concastigabo pro -ita noxia). *obi. est pronomen*: PLAVT. Most. 516 nihil ego -ui. TER. Andr. 139 quid -ui aut peccavi? (*cf.* SERV. Aen. 4, 335). OV. fast. 1, 362 quid placidae -istis oves? ARNOB. nat. 2, 63 quid saecula -uerunt priora? 6, 7 quid de suis -uit civibus, ut ei abnegata sit ... sepultura? (7, 42 quid infelix -uerat populus, ut aliena delicta ... dissolveret poenis? 7, 43. VVLG. iud. 12, 3 quid -ui, ut adversum me consurgatis in proelium?). HIL. in Matth. 25, 6 quid condicio sexus et generationis ordo -uit? QVEROL. p. 51, 13 quid -ui? HIER. epist. 49, 15, 3 quod hic ... peccatum meum est, quid -ui, quid deliqui? VVLG. I par. 21, 17 ego *sum* qui peccavi, ego qui malum feci; iste grex quid -uit? AVG. c. Fort. 17 p. 94, 11 quid ... peccavi, quid -ui? SALV. epist. 4, 10 quid feci, quid -ui? (*ibid.* delictum nescio).

2 *depon.*: **a** *i. q. merere*: *aliquid boni*: TER. Hec. 486 numquam quicquam erga me -ita est *uxor* (DON. *ad l.* animadverte proprietatem expressam -endi et merendi). GELL. 1, 6, 6 confessione fidem sedulitatis veritatisque -itus. ARNOB. nat. 2, 70 *Iuppiter* cultus et sacrificia -eri coepit. 3, 1 *viris* veritatem istam -itis nosse (*c. inf.*: PETR. CHRYS. serm. 9 p. 464^{A} et nos in unguine domini -eamur ... computari. *cf. supra l. 29*). VEREC. in cant. 4, 22 unius rei gratiam. *aliquid mali*: MART. CAP. 1, 18 cum ... pestem diram -itis mortalibus minabatur. **b** *i. q. committere, delinquere*: PLAVT. Aul. 738 fateor peccavisse et me culpam -itum scio. AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 27 quid -ita fuerant arva ... ut ... convicium maledictionis exciperent?

fort. adv. part. perf. **commeritō** *i. q. merito*: OP. imperf. in Matth. 25 p. 763 ut ... -o perituro compares tibi vitam mansuram.
syn.: delinquere, peccare.

commergo, -mersī, -ere *a* com *et* mergere. GLOSS. II 260, 40 βυθίζω. NOT. Tir. 72, 76 -it. 72, 83 -sit.

commeritō *v. l. 63.*

commers (-cis) *f.* [*cf. c.* commercium *et c.* merx. *Th.*]. *i. q. commercium sub II*: PLAVT. Stich. 519 pax -sque (*A*, commercique *P*) est vobis mecum. *v. etiam l. 73.* *Wulff.*

? **commerus** puplicae GLOSS. V 279, 31. ‘commune?’ *Götz*, comminus *Heraeus*, communitus publice *Leo. an* ‘commerces ⟨merces⟩ publicae’?

commessātio *v.* comissatio. **1. commessor** *v.* comesor.

? **2. commessor** *fort. a* com *et* metere? GILD. Brit. 67 *v. p. 1781, 20.* *Mbr.*

commētaculum *v.* commoet-.

commētior, -mēnsus sum, -īrī *a* com *et* metiri. *idem q. metiri*: PLAVT. Most. 911 in publico omnes porticus sumus -nsi. COLVM. 5, 1, 2 de -endis agris rationem ... requireret. *i. q. una metiri, metiendo comparare*: CIC. inv. 1, 39 saepe oportet -iri cum tempore negotium et videre, potueritne ... multitudo rerum in eo transigi tempore. TIM. 33 siderum ambitus ... neque nomine appel-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lant neque inter se numero -untur (πρὸς ἄλληλα ξυμμετροῦνται). *adde*: Not. Tir. 72, 61 -itur.
deriv.: commensus.

commēto, -āvī, -āre [*pro* *com-meïto, *a* commeare. *Th.*]. *i. q. commeare* (Non. p. 89 Gloss. V 639, 42): *c. obiecto*: Plavt. Capt. 185 (*in imag.*) meus scruposam victus -at viam. *absolute*: Plavt. Men. 1019 nimis bene hora -vi (commentavi *B²*) atque ex mea sententia (*varia coniecerunt, sed cf.* 1020 tibi suppetias tempore adveni modo). Ter. Haut 444 paterere filium -are ad mulierculam. Afran. com. 344 quo tu -as? Novivs Atell. 7 cum ad lupam nostram tam multi crebro -ant lupi. Varro rust. 3, 5, 16 pisciculi ultro ac citro -ant. *adde*: Schol. Hor. carm. 1, 17, 1 (*trad.* conmedet; conmetet *Stowasser v. p. 1871, 36 sq.*).

commeus, -ī *m. a* com *et* meus. Itala Gal. 1, 2 (cod. g) qui mecum sunt, quasi -i, omnes fratres (οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες, Vvlg. qui mecum sunt omnes).

commi *v.* cummi.

commicat Not. Tir. 67, 12. *a* com *et* micare.

commictilis, -e [*cf. c.* commictus, commingere. *Th.*]. Pompon. Atell. 138 quasi servi comici -is. *nota quasi derivatum a* commiscere: Gloss. V 638, 69 commic⟨t⟩ilis conpositi.

commigrātio, -ōnis *f. a* commigrare. *proprie i. q. migratio*: Sen. dial. 11 (12), 6, 7 perpetua eius (*solis*) agitatio et aliunde alio -o est. Hier. hom. Orig. in Ier. 14 p. 872 dimisi Israel et reliqui eum in -em. Vvlg. IV Esdr. 5, 6 volatilia -em facient. Ps. Avg. serm. 154, 10 expavescenda transitus nostri et -is incerta hora. Salv. gub. 1, 35 vexatur -e, fatigatur exilio. *translate i. q. permutatio*: Mar. Victorin. gramm. VI 32, 14 in alteram litterarum -e translatae *litterae* speciem.

commigro, -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* migrare. *legitur passivum impersonaliter*: Elog. 7 (Corp. I 1² p. 191) 2/3 Veios post urbem captam -arí passus non est. Diom. gramm. I 488, 9 ex agris Athenas -atum est. Not. Tir. 89, 70. *legitur inde a* Plavto, *apud antiquiores in sermone cottidiano.*

1 *proprie: de hominibus i. q. in alium locum migrare* (*de navibus infra l. 67*). Gloss. μετοικῶ: *aliquo*: Plavt. Cist. 177 ilico huc -vit (Persa 138 non sex menses Megaribus huc est cum -vit *leno.* Poen. 94 is ex Anactorio, ubi primus habitaverat, huc -vit. Trin. 1084 habitatum huc -vit. Ter. Andr. 70 mulier ... ex Andro -vit huc viciniam. *cf.* Tvrpil. com. 79 Rhodiensis est, sed istuc -vit iam diu). Tvrpil. com. 77 rus ad illas -at (Apvl. apol. 86 prius quam ad eum -asses. 98 relicta matre ad patruum -vit. Hier. epist. 15, 2, 2 ad eam solitudinem -vi. *cf. in imag.*: Hil. op. hist. frg. 8, 2 baptizatus ad quietem dei -vit. Marcell. chron. II p. 65, 398, 2 *Ambrosius* ad Christum dominum -vit. *v. etiam infra l. 67 et 77*). Cic. ad Q. fr. 2, 3, 7 domus tibi ... conducta est, sed ... in tuam -bis (Liv. 22, 11, 4 -arent in loca tuta [*ibid.* demigrarent]. Fest. p. 254 antequam in eum *collem Quirinalem* -arent. Sen. contr. 2, 7, 1 in viciniam mulieris peregrinus mercator -vit. 2, 7, 2. S. C. de aedif. [Corp. X 1401] 37 nec vellet in deserta ac ruentia *aedificia* -are. Tac. Germ. 27 quaeque nationes e Germania in Gallias -erint. 28 utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, an Osi ab Araviscis in Germaniam -erint. Gell. 19, 12, 7 homo Thracus ... cum in terras cultiores -asset. Arnob. nat. 6, 12 Mercurium ... in Solis faciat -are delubrum. Rvfin. hist. 4, 15, 11 -vit [μεταβῆναι] in alium locum. Salv. eccl. 4, 43 in plenam ac refertam bonis ... domum -arent. *v. etiam infra l. 75 sqq.*). Bell. Afr. 20, 4 incolas *oppidorum* intra sua praesidia coegisse -are. Liv. 1, 34, 1 Anco ... Romam -vit (1, 35, 4 Romam cum coniuge ac fortunis omnibus. 5, 53, 7 Aequi Volscique ... -ent Romam. 39, 3, 4 multitudinem civium suorum Romam -asse et ibi censos esse. 41, 8, 7. Svet. Tib. 1 inde Romam ... -vit *gens Claudia*). Liv. 8, 27, 11 criminum falsorum auctores Tarentum -vere. Vell. 1, 3, 1 Pelasgi Athenas -vere (Plin. nat. 35, 135. *adde l. 32. 72*). Cvrt. 4, 8, 5 ex finitimis urbibus -are Alexandream iussis (Svet. Cal. 49). Macr. sat. 1, 23, 10 Heliopolin. Oros. hist. 5, 17, 13 Zmyrnam. *v. etiam l. 31 sq. et 72 sq.* *nota*: Amm. 24, 6, 1 aquis illuc ab Euphrate transfusis naves ad Tigridem -arent. *absolute*: Ps. Frontin. strat. 4, 1, 10 *filio* iusso ... -are Svlp. Sev. chron. 1, 12, 4 cum patre atque omni progenie ... -arent. Salv. eccl. 4, 43 more hominum -antium. gub. 5, 22 -asse non paenitet (*ibid.* migrant). 2 *translate de rebus i. q. transire, pervenire*: Petron. 2 enormis loquacitas Athenas ex Asia -vit (*cf.* Hier. epist. 57, 2, 3 donec supra dicta interpretatio ... Hierosolymam -vit). Avr. Fronto p. 47, 24 N. siquid ... litterarum sciam, ut id ... ex Frontonis ore in pectus meum -et (Fvlg. Virg. cont. p. 95, 13 haec omnia in favillam oblivionis sopita -ant. Lex Burg. lib. const. 60, 2 in eius, cui res deputata fuerit, iura -et). Avson. 335, 5 ad te quoque prurigo -et (Hier. epist. 124, 3, 9 antequam *creaturae* ... de invisibilibus ad visibilia -arent. Ps. Rvfin. in Os. 13, 13 ad prospera ... sermo -at. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 27 singula quae in nobis sunt ad originem ... propriam -are).
syn.: migrare, demigrare.
deriv.: commigratio. *Wulff.*

commīles, -itis *m.* [*a* com *et* miles, *cf.* 2. commilito. *Th.*]. *i. q. 2. commilito, cf.* Gloss. συνστρατιώτης. II 569, 3 auxiliarius: compugnator, -s. Caes. civ. 2, 29, 4 -tesque nonnulli (*in loco lacunoso*). Fast. Vind. I chron. I p. 320, 649 occisus est Odoacar rex ... cum -bus suis (*v. p. 1590, 22*). Papyr. Mélanges Nicole 1905 p. 82 -bus in castri culina (*locus lacunosus*). Gloss. Suet. Tib. 21 *super verba graeca corrupta*: mihi et meis tuisque -bus (ἐμοὶ καὶ ταῖς ἐμοῦ πάσαις στρατηγῶν *Bücheler*, συνστρατηγῶν *Ihm*).

commīlitātor, -ōris *m. a* commilitare. *is qui commilitat, i. 2. commilito*: Epist. Alex. p. 211, 23 cum amicis et cum -bus (*Leid.*, militatoribus *rell. plerique*). p. 213, 14 ego et amici et -es. p. 216, 14 a -bus meis.

commīlitium, -iī *n. cf. c.* commiles, commilitare. *gen. sing.* -ii: Ov. Pont. 2, 5, 72. *legitur inde ab* Ov. Pont. *et* Manil.
1 *proprie i. q. communis militia, societas militandi, actio commilitandi.* **a** *absolute*: Plin. epist. 10, 26, 2 integritatem eius et probitatem et industriam ... etiam ex -o esse notissimam (Rvt. Nam. 1, 562 tribunus ... ex -o carus et ipse mihi). Tac. hist. 3, 5 principes Sarmatarum Iazugum ... in -um asciti (ann. 1, 60 Chauci, cum auxilia pollicerentur *eqs.*). Tryph. dig. 49, 17, 19 pr. (*agitur de testamento militari*) nisi -um caritatem auxisset. *ibid.* si ante -um factum sit testamentum. Ivl. Val. 2, 2 his partibus ... ad auxilium exercitus mei -o copulatis. 2, 23 omnes ... gentes ... ad -um exercitare (3, 46 mittite ... ad -um mihi strenuas quasque *Amazonas* equites, quantas vultis. Ivst. 11, 5, 3 reges stipendiarios ad -um secum trahit). Ivst. 5, 10, 3 admonens ... vetusti per tot bella -ii. Paneg. 12, 32 populis barbarorum ... -ii munus (commilitum unus *codd.*) indulget. **b** *additur, cum quo societas militandi fit: genetivo*: Manil. 1, 782 -o (cum milicio, cum militia *codd.*) volucris (*sc. corvi*) Corvinus adeptus et spolia et nomen. Vell. 2, 29, 5 a toga virili assuetus -o prudentissimi ducis, parentis sui. Qvint. inst. 5, 10, 111 *Alexander* erat usus -o Thessalorum. Flor. epit. 4, 4, 2 *Antonius* plenae ex -o Caesaris dignitatis. Itin. Alex. 15 donatis his, quorum in bello ipse -o fortitudinis testis erat aut socius difficultatis. Amm. 14, 8, 3 *Mopsum* a -o Argonautarum errore abstractum. Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 83 *Palamedes* non potuisset a -o vacare Graecorum. *nota speciatim de comitatu imperatoris*: Amm. 20, 2, 1 Vrsicinum ad -um principis ut peditum magistrum reversum (27, 6, 1 qui aderant in -o principis. 28, 3, 9. 28, 6, 10). *adiectivo*: *nonnisi de imperatorio comitatu*: Plin. epist. 10, 86, 1 instructum -o tuo (*sc. imperatoris; locus ceterum corruptus lacunosusve*). Amm. 27, 6, 8 Gratianum in augustum (*sc. Augusti*) sumere -um paro. **c** *additur, qua in re societas militandi fit*: Val. Max. 9, 3 ext. 3 *ut Hannibal* pertinacissimis precibus instantis belli -um exprimeret (*i. patri Hamilcari extorqueret*). 2 *metonymice: i. q. ii qui commilitant, i. exercitus, socii, comitatus*: Itin. Alex. 47 Alexandro volenti fuit, ut -o accederent. Ivl. Val. 1, 20 *Alexander ad armigeros*: par est ... vos meo -o numerari. 1, 23 fessum -um refecit. Amm. 15, 8, 4 advocato omni quod aderat -o. 25, 5, 2 virum talem (*quem imperatorem eligerent*) ex -o suo quaeritabant (*sc. ex commilitonum numero*). 3 *translate*: **a** *de aliarum rerum communitate, fere i. q. sodalitas, societas, collegium: absolute*: Ov. Pont. 2, 5, 72 (*de communitate artis poeticae*) iure igitur studio confinia carmina vestro et -ii sacra tuenda putas. Sidon. epist. 1, 11, 3 mihi ... -o recenti familiaris. 3, 6, 1 si veteris -ii, si deinceps innovatae per dies gratiae ... fides vestra reminiscitur. 7, 9, 23 multos in itinere, multos in -o, multos in contractu, multos in tractatu ... cognoscimus. *c. genetivo rei*: Apvl. flor. 16 p. 73 inter nos iura amicitiae a -o studiorum eisdem magistris honeste incohata. **b** *i. q. auxilium, subsidium*: Qvint. decl. 271 p. 113, 5 non solus mihi stare videbor, habebo in -o fratrum meorum animas (*antea*: di immortales stent pro mea parte). Salv. gub. 1, 42 gens Hebraeorum ... divino -o honorabilis, ductu caelesti potens (*sc. cum per desertum migraret*). 4 *neglecta praepositionis vi fere i. q. militia*: Hyg. lim. grom. p. 177, 6 *veteranos* veniam -ii rogantes recepit. Ivl. Val. 3, 1 qui ... mihi -um profitemini.

1. commīlito, -āre *a* com *et* militare; *cf.* commiles, 2. commilito. 1 *i. q. una (cum altero) militare, commilitonem esse* (*et proprie de militia bellica et translate de ministerio christianorum*). Gloss. συνστρατεύομαι. -at συνστρατεύεται. *absolute*: Flor. epit. 3, 5, 23 Luna in partibus *Romanorum fuit*, quippe quasi -ans dea cum ... a facie Romanis *se* praebuisset. *cum aliquo*: Avg. epist. 101, 4 filio nostro et condiacono Iuliano, quoniam et ipse iam nobiscum -at. *alicui*: Petr. Chrys. serm. 9 p. 214ᶜ -a hic pauperi, si vis ibi regnare cum Christo. Sedvl. op. pasch. 2, 6 p. 218, 11 quibus amica semper fames auri -at. Cassiod. in psalm. 34, 12 *spiritus immundi* potestati diabolicae nefanda devotione -ant.
2 *neglecta praepositionis vi idem q. militare*: Ivl. Val. 3, 6 genera bestiarum (*sc. elephanti*) quibus Indi -ant (militant *Paris.*; quibus *pro abl. instrumenti sumendum*).

2. commīlito, -ōnis *m.* [*a* com *et* militare *vel* miles. *Th.*]. *scribitur* comm- *saepius in* Inscr., *at* conm-: Not. Tir. 45, 91 Corp. XII 4365 Carm. epigr. 744, 4. comilito: Corp. III 3558. XIII 7699. 7709 Inscr. Revue archéol. 4 sér. XI (1908) p. 323. *legitur inde a*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VARRONE CAES. (*cuius de usu v. p. 1884,4 sqq.*) CIC.; *frequentant historici aliique, velut* LIV. APVL. 12bis *locis* VAL. MAX. 6^{ies} CVRT. 11^{ies} SEN. phil. PLIN. paneg. epist. *denis locis* QVINT. 8^{ies} TAC. 14^{ies} SVET. 5^{ies}; *praeterea*: SCRIPT. hist. Aug. AMM. INSCR. *notatur* comm: CORP. IV 4618 b c. VIII 21820. com: CORP. IV 4618 d. commil: CORP. V 4344 (*saec. II*). commili: CORP. XIII 7727. *legitur loco lacunoso*: EPIST. imp. Comm. (Corp. III 13750) 45. *v. de voc. Fisch, Die lat. Nomina personalia auf o p. 12 sqq.*

I *proprie i. q. miles eiusdem exercitus, contubernalis, socius militiae*: PRISC. gramm. III 219, 27 -o contubernalis *inter 'verba subiecta vel superposita' (i. cognatae notionis)*. GLOSS. συνστρατιώτης. militiae socius. **A** *generatim: usurpatur et a gregariis invicem militibus et ab ducibus inter se loquentibus (velut infra l. 38. 40. 42. 46. 63. 70. 77. 78 al.); nota* QVINT. decl. 312 p. 225, 16 a -e eiusdem ordinis. *adde* PLIN. epist. 8, 23, 5 *l. 39.*

1 *absolute: vocativus in allocutione*: CAES. Gall. 4, 25, 3 desilite ... -es *eqs.* (milites α, -es β). LIV. 2, 55, 7 adeste cives, adeste -es (*cf. l. 23. 72. p. 1884, 50*). 42, 34, 15. PETRON. 82 quid tu, ... -o, ex qua legione es aut cuius centuria? CVRT. 6, 10, 8 CORP. IV 4618 a. 4622 d commil⟨ito⟩nes, vos rogo. QVINT. decl. 315 p. 240, 20. *adde infra l. 65.* *alii casus*: LIV. 3, 50, 5 -es appellans orabat *eqs.* 3, 50, 7 nisi spem ... in auxilio -um habuisset. 22, 59, 10 civis et -is (*cf.* IVST. 13, 3, 9 non illos Persas, sed Macedones, non hostes, sed cives esse ... certe -es, eorundum castrorum ac periculorum socios. *adde l. 72*). 24, 30, 8. 12. 28, 19, 8 nefandam -um necem. 29, 26, 8 legiones ... ad prosequendos -es processerant. PAVL. FEST. p. 109 miles pugnaturus ... praesentibus -bus. SEN. contr. exc. 8, 5. suas. 2, 8 hos mihi Sparta -es dedit. VAL. MAX. 9, 9, 2 quia tenebrarum obscuritas hostesne an -es occurrerent dinoscere non sinebat. SEN. dial. 3, 18, 3 (*bis*) ex commeatu sine -e redierat *miles.* 3, 18, 4. 6 benef. 4, 34, 2 CVRT. 5, 4, 18. 7, 3, 14. 7, 6, 8. 10, 3, 4. 10, 9, 15. CORP. IV 4622 a—c -bus (*nota* 4622 e *scriptum* commilitotus). III 12069 (*aetate fere imp. Domitiani*) omnibus -bus qui hic fuerunt ad custodias felic(iter). QVINT. decl. 312 p. 225, 20. 315 p. 239, 4 cadens secundum latus -o (-um *cod.*). 369 p. 406, 4 *syn.* amici, *opp.* inimici. TAC. hist. 1, 31. 4, 72 ann. 1, 45. 49. 15, 16 maesti manipuli ac vicem -um miserantes. PLIN. epist. 7, 31, 2 hunc, cum simul militaremus, non solum ut -o inspexi; praeerat alae militari, ego iussus ... rationes alarum et cohortium excutere. 8, 23, 5 *quidam* legatum *suum* tribunus ita et intellexit et cepit, ut ... non ut -o (*i. quasi pari dignitate*), sed ut comes assectatorque sequeretur. 10, 87, 1 *quendam* primipilarem -em habui, cum ipse tribunus essem, ille praefectus. SVET. Claud. 10 gregarius miles ... alios -es. FLOR. epit. 1, 24, 3 POMPON. dig. 1, 2, 2, 24. APVL. met. 9, 41 *ter* (*syn.* contubernium). 9, 42. CORP. V 4344 (*saec. II med. vel ex.*) M. Nonio ... Macrino cos. ... L. Vssius Picentin(us) commil(ito) praesidi optimo et rarissim(o). 4345 M. Nonio ... Muciano cos. ... -o et amic(us). VII 924 (*saec. II*) pro salute commiliton⟨um⟩ barbaroru⟨m⟩ (*sc. auxiliarium*). VIII 9371. MEN. dig. 49, 16, 6, 6. TRYPH. dig. 49, 17, 19 pr. ab agnato -e. VLP. dig. 49, 17, 5 miles ... a -e vel ab eo, quem per militiam cognovit (*cf.* MARCIAN. dig. 48, 10, 11 testamento -is filii ... quem -em in militia novit) heres institutus (PAVL. dig. 22, 6, 9, 1 CORP. III 12284 *l. 80*). PAVL. dig. 29, 1, 40, 2. TERT. anim. 28 p. 348, 13 (*de Euphorbo*) neminem Troianorum -um. CORP. XIII 6405 (*a. 225*) commiliton⟨i⟩b(us) German(orum) num(erus) fec(it). CAPITOL. Maximin. 3, 6 amari a tribunis, a -bus suspici. SVLP. SEV. Mart. 2, 7 *bis.* CORP. III 3558 -i obsequentissimo et fratri. VI 32679 -o amico benemerenti. XII 4365. CARM. epigr. 744, 4 (*christ.*) *cornicularius* omnibus -bus amicisque fi⟨deles⟩ (*? fidelibus malim*). **2** *significatur quocum militia communis est*: **a** *pronomine possessivo*: VARRO Men. 66 non te pudet Mani, cum domi tuae vides -um tuorum cohortes servis tuis ministrare caementa? (*an ad B 2 referendum?*). CIC. Deiot. 28 meus in Cilicia miles, in Graecia -o fuit (QVINT. decl. 246 p. 8, 16. INSCR. Revue archéol. 4. sér. XI [1908] p. 323 valian [*i.* valeant] domini mei -es aput Silvano semper. *vocativo*: QVINT. decl. 246 p. 9, 11 felices -es mei). ANTON. or. frg. Cic. Phil. 13, 33 milites ... ad quaestoris sui aut imperatoris aut -um suorum pericula impulistis (LIV. 25, 7, 3 militibus, qui ad Cannas -es suos pugnantes deseruissent. CELS. 1 praef. p. 1, 14. SEN. dial. 5, 30, 5 vidit itaque *Caesar* strictis circa sellam suam gladiis -es suos [*sc. coniuratos*]. TAC. hist. 2, 66 [*cum coh. Batavae miles et legionarius rixarentur*] sui cuique -es aggregati. PAVL. dig. 29, 1, 40, 2. CORP. VI 30685 [*a. 241*] *miles* cum civibus [*v. supra l. 17 sq.*] et -bus suis. PORPH. Hor. carm. 2, 6 praef. Septimium, equitem Romanum, -em suum [*sc. Horatii*]. SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 7 Hild. CORP. XI 5386). LIV. 25, 38, 6 (*ad milites*) invictos per octo annos ... milites suos (*Scipionum*), -es vestros. **b** *genetivo*: POMP. TROG. prol. 17 ultimumque certamen -um Alexandri fuit (IVST. 17, 1, 9). SOL. 19, 3 sicut -o eius (*Pompeii*) Varro tradit. AMM. 15, 5, 19 et Constantini magnus (*V, Clark*, magni *EBG; cf.* 21, 5, 2 *p. 1884, 19*) fuerat -o. CORP. III 12284 -es et heredes eius f(aciendum) c(uraverunt). XIII 4328 -es fecerunt illi⟨u⟩s. INSCR. Revue archéol. 4. sér. X p. 467 -es eiusdem (*militis*). **3** *significatur res gesta, in qua militia communis fit*: *genetivo*: VELL. 2, 29, 4 *C. Caesar* mox belli Getici ac deinde Parthici habiturus *Octavianum* -em. *praepositione*: PORPH. Hor. carm. 2, 7 pr. *Pompeium* -em sibi (*Horatio*) fuisse in castris M. Bruti. *adde p. 1883, 63.*

B *speciatim: locutio imperatoris ducisve, qua milites suos vel alloquitur vel significat. cf.* SVET. Iul. 67 nec 'milites' eos *Caesar* pro contione, sed blandiore nomine '-es' appellabat. *aliter*: Aug. 25 neque post bella civilia aut in contione aut per edictum ullos militum '-es' appellabat *Augustus* sed 'milites', ac ne a filiis quidem aut privignis suis imperio praeditis aliter appellari passus est, ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris aut temporum quies aut sua domusque suae maiestas postularet (*sed aliter de imp. Augusto infra l. 15*). *sim. imperator militum -o appellatur, velut infra l. 23. 26. 56. 59.* **1** *absolute: vocativus in allocutione*: SEN. suas. 1, 4 VAL. MAX. 3, 2 ext. 3. 5 PHAEDR. app. 8, 8 SEN. epist. 82, 21. 22 CVRT. 10, 6, 8. QVINT. inst. 6, 3, 90 (*verba C. Cassii*) heus, -o *eqs.* 6, 3, 95 (*dictum imp. Augusti*). TAC. Agr. 33 hist. 1, 29. 30. 35. 37. 38. 83. 84 SVET. Galba 20 CAPITOL. Alb. 3, 3. 13, 9 Maximin. 18, 1. Gord. 14, 1 sacrati -es, immo etiam mi consecranei. LAMPR. Diad. 1, 4. 2, 1. 2 Alex. 53, 5 TREB. trig. tyr. 8, 8. 23, 3. VOPISC. Tac. 8, 3 sanctissimi -es (8, 4). AMM. 16, 12, 31. 21, 5, 2 magni -es. HEGES. 5, 27 l. 2 fortissimi -es. 5, 27 l. 41 strenui -es, universarum victores gentium. *adde l. 52.* *alii casus*: VAL. MAX. 1, 8, 9 -bus dixit *Lentulus.* 3, 2, 23 C. Caesar ... cum quattuor -bus. SEN. benef. 5, 24, 1 quendam ex -bus (*sc. C. Caesaris militibus*). 5, 24, 2. CVRT. 3, 5, 8 *Alexandrum* eundem regem et -em. PLIN. paneg. 13 non tibi (*Traiano*) moris tua inire tentoria, nisi -um ante lustrasses. 15 quisquis paulo vetustior miles, hic te (*imper. Traiano*) -e censetur. epist. 10, 52 praeivimus et -bus ius iurandum ..., eadem provincialibus ... iurantibus (*item de eadem re* 10, 100 TRAIAN. Plin. epist. 10, 53. 101. 103. *at extra formulam sollemnem*: PLIN. epist. 10, 86, 2 et milites et pagani). EDICT. imp. (Traiani?) Vlp. dig. 29, 1, 1 pr. testamenta a -bus relicta. *ibid.* secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque -es. TREB. trig. tyr. 24, 5 *Aurelianus imp.* Petricum ... saepe collegam, nonnumquam -em, aliquando etiam imperatorem appellaret. *sim. in inscript. centurionum praefectorum al.*: CORP. III 12067 (*fere imp. Domitiano*) Caésió dec(urioni) ... gratias agimus omnes -es, qui sub cura eius sumus (XIII 7710 ⟨(centurio)⟩ class(is) Ger⟨m⟩(anicae) et commili⟨tones⟩ ... ⟨s⟩ub cu⟨ra⟩. *adde infra l. 62*). XIII 7717 (*Domit. aetate*) (centurio) leg(ionis) ... et -es (7698 et gu [*i.* cum] eo -es. 7699. 7709. 7722. 7727 et commili(tones) qui cum eo sun⟨t⟩. *adde infra l. 64*). VIII 21820 praef(ectus) ... ⟨p⟩raetorium per m⟨a⟩nus comm(ilitonum) ... composuit et fecit. *nota c. notione ludibrii*: CAES. civ. 3, 71, 4 *Labienus captivos* (*Caesarianos*) omnes productos ostentationis ... causa ... -es appellans et magna verborum contumelia interrogans, solerentne veterani milites fugere, ... interfecit. *adde*: LAMPR. Heliog. 26, 3 apud eas (*meretrices*) contionem habuit quasi militarem dicens eas -es. **2** *c. pron. possessivo*: CIC. epist. 11, 7, 2 primum milites veteranos, -es tuos (*sc. Bruti*), deinde legionem Martiam, legionem quartam *eqs.* BELL. Afr. 45, 5 (*loquitur centurio*) ex meis -bus ... non amplius x sumam (LIV. 6, 14, 4 *loquitur M. Manlius*: civem -emque meum. LAMPR. Alex. 53, 7 *verba imperatoris*: milites Romani, vestri socii, mei contubernales et -es, amant potant lavant. *vocativo*: AMM. 14, 10, 13 -es mei fidissimi. 16, 12, 9). VAL. MAX. 3, 2, 20 praefectus *cohortis* ... se ipsum suosque -es ... execratus *eqs.* (IVST. 14, 2, 8 *Eumenes* suppliciter singulos alloqui, nunc -es suos, nunc patronos appellans, periculorum orientalium socios). CVRT. 9, 2, 28 (*loq. Alexander M.*) *ne* alumnum -emque vestrum, ne dicam regem, deseratis. AMM. 27, 6, 12 meo -umque nostrorum arbitrio.
3 *c. genetivo*: **a** *personae*: PLIN. paneg. 15 (*v. supra l. 25*) quotus enim quisque, cuius tu (*Traiane*) non ante -o quam imperator?
b *copiarum in quibus milites praepositusque merebant*: CORP. XIII 4624 (*imp. Vespasiano*) (centurio) lig(ionis) ... et -es vexilli leg(ionis) eiusd(em) qui sunt sub cura eius. 7704 (centurio) leg(ionis) ... et -es leg(ionis) eiusdem, qui sub eo sunt (7718). 7728 ⟨centurio (? praef.?)⟩ classi⟨s Ge⟩r(manicae) ... et comm⟨i⟩litones classis eiusdem.

C *inde evanida vi praepositionis fere i. q. miles gregarius*: CVRT. 6, 11, 2 *admonuit*, ut purgamenta servorum Philotae reciperentur eo, unde -es expulissent. 6, 11, 3 ne in viciniam quidem deversorii quemquam -um receptum esse. TRAIAN. Plin. epist. 10, 20 nihil opus est ... ad continendas custodias plures -es converti (*de eadem re idem infra bis* milites. PLIN. epist. 10, 19, 1 *et* 2 *ter* milites). PLIN. paneg. 18 duces ... nec tam hostium quam -um manus ferrumque metuebant. 19 (*ad Traianum*) sic imperatorem -emque miscueras. SVET. Vit. 11 sagulatis comitibus ac detectis -um armis. APVL. met. 9, 39 *agricola quidam* deprecatur civilius atque mansuetius versari -em (*sc. militem sibi obviam factum*). MACER dig. 49, 16, 12, 2 officium tribunorum est ... milites in castris continere ... frumentationibus -um interesse ... querelas -um audire *eqs.*

II *latiore sensu: i. q. adiutor, auxiliarius belli, compugnans*: SEN. suas. 2, 17 -es habebo deos (FLOR. epit. 1, 11, 4 *imperator pro victoria* templa promisit et reddidit, plane quasi stipendium -is diis). FLOR. epit. 2, 20, 2 regis *Pergamenorum* Eumenis ... socii quondam -isque nostri. *allegorice*: VICTRIC. 27 certa victoria est cum talibus -bus (*i. sanctis et martyribus*) et cum Christo im-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peratore pugnare. *i. q. aliarum rerum socius*: GLOSS. compar. PETRON. 80 *Ascyltos* paulo ante carissimum sibi -em fortunaeque etiam similitudine parem ... destituit. APVL. met. 4, 11 (*de latronibus*) per fidem sacramenti bonum -em cruciatu simul et captivitate liberaremus (*sim.* 4, 18. 20. 22. 7, 4. 5 havete... fortissimo deo Marti clientes mihique iam fidi -es). *iocose de iumento*: 4, 5 hunc ego miseri -is fortunam miserans (*sc. loquitur asinus*). VVLG. Phil. 2, 25 Epaphroditum fratrem et cooperatorem et -em meum (συνστρατιώτην). Philem. 2 Archippo -i nostro (συνστρατιώτῃ. *cf* PRISCILL. can. 76 p. 141 collegam habuerit... coapostolum atque -em aliosque adiutores sive ministros. RVFIN. hist. 3, 4, 4 quos ille [*Paulus*] nunc adiutores, nunc -es [συνστρατιῶται], nunc etiam concaptivos et collaborantes in euangelio et comites nominat. AVG. in psalm. 118 serm. 31, 1 -bus suis et quodammodo provincialibus Christi. op. monach. 7, 8 p. 542, 22 [*antea* coapostolus]). PETR. CHRYS. serm. 12 p. 223B de stipendiis (*i. divitiis*) quidquid exuberat, -o pauper (*i. proximus*) assumat. SIDON. epist. 7, 17, 3 fratres, amicos, -es.

synonyma et iuxta posita: *ad I*: amicus, civis (*cf. p. 1883, 17 sq.*), collega, contubernalis, contubernium, miles, socius. *ad II*: amicus, compar, frater, socius (*christiana v. supra l. 8 sqq.*). *oppos.*: hostis, inimicus. *aliter*: assectator, comes, imperator, quaestor, tribunus. *al.* (*cf. p. 1884, 34 sq. 61 sq.*). *Mbr*

comminābundus, -a, -um *a* comminari. *i. q. minans, comminans*: TERT. adv. Marc. 4, 15 -us et alibi nobilibus et superbis *deus*.

comminanter *v. p. 1891, 3.*

comminātio, -ōnis *f. a* comminari. *legitur plur.*: LIV. 26, 28, 3. 34, 40, 2 VAL. MAX. 3, 8, 2 SVET. Tib. 37 TERT. adv. Marc. 2, 26 paenit. 8 *et saepius*. TERT. adv. Marc. 4, 15 -o ... dehortationis accessio est. GLOSS. ἀπειλή. *legitur inde a* CIC. [*loc. dub.*: IVL. RVF. rhet. 17 p. 43, 13.]

i. q. actio minandi, mina: **1** *absolute*: CIC. de orat. 3, 206 orationis... est vel ad usum -o et quasi petitio vel *eqs.* LIV. 34, 40, 2 his -bus compulsus. SEN. dial. 4, 4, 1 est primus motus non voluntarius quasi praeparatio affectus et quaedam -o. nat. 2, 12, 1 fulguratio ... ut ita dicam, -o est et conatio sine ictu. PLIN. nat. 8, 181 *tauris* tota -o *est* prioribus in pedibus. 11, 144 qui contra -em aliquam non coniverent. SVET. Tib. 37 reges ... -bus magis ... quam vi repressit. TERT. idol. 4 cultores idoli et fabricatores in -e praedamnat *deus*. adv. Marc. 2, 26 in promissionibus aut -bus. 4, 15 admonitio non sit sine aculeo -is. *ibid.* admonitio ... et -o eius erunt, qui *eqs. ibid.* adiectam in divites -em per 'vae' (*cf. infra l. 44*). 4, 19 -em exhortatio sequebatur. 4, 24 si hoc non et -is gratia mandat, vanissime mandat. *ibid.* -o non potest sine executione. 4, 41 'vae' constat imprecationis et -is exclamationem intellegendam (*cf. l. 41*). paenit. 8 ad paenitentiam commonet sub -bus (SYMM. rel. 34, 4 sententias ... sub -e depromptas. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 950C quis sub -e praecepit *eqs. v. etiam p. 1886, 15*). pudic. 14. ITALA Hab. 3, 12 (Tert. adv. Marc. 4, 39) in -e (ἀπειλῇ, VVLG. fremitu) tua diminues terram. VLP. dig. 26, 7, 7, 7 si ... -o intercessit, iudex ... decretum praetoris sequetur (COD. Iust. 7, 57 tit. -es ... auctoritatem rei iudicatae non habere. *v. etiam infra l. 81*). DON. Ter. Andr. 196 'hodie' ad -em ... refertur. 199 vult exagitare -e servum. Hec. 766 hoc genus -is minus habet amaritudinis. HIL. in psalm. 2, 19 quid hac -e gravius est? LVCIF. Athan. 1, 36 p. 131, 2 qualis -o fuerit oborta contra Iudaeorum praepositos. 1, 42 p. 141, 21 cernimus per hanc -em quanta esse possit ... dei ira. SYMM. rel. 8, 4 decreta firmetis adiecta -e si ullus ... illa corruperit. 34, 2 -o sub condicione deprompta instar ... debiti duceretur. 34, 7 in -e terrorem *esse*. 34, 8 -o saepe lecta. 34, 10 -o ad heredes porrecta est. PS. ASCON. div. in Caec. p. 114 haec vim -is, non veritatis habent. AMBR. trin. 33 HIER. epist. 98, 8. hom. Orig. in Ezech. 2 p. 903 hae -es sunt adversum falsos magistros. 4 p. 913. 923 observa ... differentias -um. VVLG. Ier. 15, 17 -e replesti me. RVFIN. hist. mon. 9 *virum* -e sibi magna dicentem. Greg. Naz. orat. 2, 13 p. 99, 24 remedia quaerebantur ... beneficiis -bus verberibus. 6, 3 p. 196, 20 gravissimis utatur -bus. 8, 6 p. 243, 22 -o est haec et intentatio. AVG. civ. 13, 12. 18, 32. 19, 21 qui hoc cum tanta -e praecepit. loc. hept. 1, 79 p. 719, 9 his verbis solet -o declarari. epist. 226, 6 exhortationis vel -is utilitatem. serm. ed. Mai 12, 4 nemo *vos* impellat in fraudem per aliquam -em. HESYCH. in lev. 10, 6—7 p. 898D additamento -is aliud ... se sanxisse significavit. 18, 26—29 p. 1017C -em confirmat. EPIST. pontif. 363 (Bonif. I) Migne 20 p. 775C ad Thessalos -is et correptionis plenas litteras misimus. APRING. in apoc. 22, 11 auditis superne -is vocibus. CASSIOD. var. 4, 49 -o plus efficit quam poena. MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 3 tu dissolvis -em? 20, 1 sermonem infert -is. PASS. Tarach. 6 adversus tuam priorem -em. *nota*: MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 3 talem -em comminatur deus. **2** *accedit genetivus subiectivus*: LIV. 26, 8, 3 circumagi ad nutus -esque Hannibalis (VAL. MAX. 3, 8, 2 plurimis -bus Hannibalis irritatus). PLIN. nat. 6, 40 Neronis ... -o ad Caspias portas tendere dicebatur. COD. Iust. 7, 57, 1 (*a. 213*) nec vim stipulationis obtinere potest -o iudicis (*cf. supra l. 49 sqq.*). LVCIF. non parc. 17 p. 244, 27 dei populum ... non fuisse perterritum -bus incredulorum (*syn.* minis). HIER. adv. Pelag. 1, 28 -em dei interdum sonare clementiam (VVLG. Ier. 10, 10 non sustinebunt gentes -em eius. RVFIN. hist. 5, 16, 8 mores dominici praecepti et -is [ἀπειλῆς] eius. AVG. civ. 21, 18 eius -em, qua dixit eversurum se esse Nineven. cur. mort. 13, 16 territus iste dei -bus fleverat. in Iob p. 621, 10 per confessionem ... asseritur et -o dei ... et testificatio verbi. EVCHER. form. 1 p. 9, 3 initia compunctionis futurae vel ipsius -is dei. *cf.* 2 p. 11, 1 -es domini). HIER. tract. in psalm. I p. 51, 6 -bus scripturarum territus agit paenitentiam (*cf.* AVG. epist. 145, 3 per eius [*i. legis*] -em confugit ad gratiam. quaest. hept. 6, 29 post tantas legis -es). AVG. c. Cresc. 4, 25, 32 *civitates* ex Optati -e coegisse episcopos ... redire. serm. 97, 4 -bus hominum. ORIG. in Matth. 17, 7 -o patris familias contra vineam fit. BENED. reg. 27, 15 abbas metuat prophetae -em. *nota*: THEOD. PRISC. log. 5 ex quo (*cataplasmate*) ... ignis (*i. febris*) illius -es temperemus. **3** *accedit genetivus obiectivus*: TERT. adv. Marc. 2, 5 nec ... -o mortis transgressioni ascriberetur. 2, 9 assistente ... demonstratione non delinquendi sub -e moriendi (VLP. dig. 37, 14, 1 castigari eum sub -e aliqua severitatis non defuturae. *cf. p. 1885, 45 sqq. et infra l. 18*). IVST. 12, 2, 9 cum belli -e restitui ... urbem postulaverant (17, 3, 20 *rex* eum sub belli -e deposcebat). HIL. in Matth. 25, 1 post -em (commonitionem *all. codd.*) deserendae Ierusalem. in psalm. 2, 36 per -em terroremque iudicii ... regimur (AVG. civ. 21, 18 iudicii dei -em non esse mendacem). SYMM. epist. 9, 133 -e infamiae terreatur. HIER. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 913 in -e gladii. VVLG. Is. 30, 30 in -e furoris. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 3 quid sibi velit ignis aeterni -o. AVG. civ. 18, 44 terrere -e imminentis exitii civitatem. in psalm. 105, 26 atrocior est -o gehennae. CASSIOD. in psalm. 1, 6 distinctio sit in -e supplicii. *nota: accedunt duo genetivi*: AVG. c. Faust. 22, 67 secundum dei -em flagelli paterni. **4** *accedit enuntiatum*: PS. HIL. libell. 5 addita -e ... ut, si servaret legem, in aeternitatem veniret, si non servasset, mortem sibi pareret.

iuncturae notabiliores: *accedunt adiectiva*: *qualitatis*: atrox: AVG. in psalm. 105, 26 *v. supra l. 25.* condicionalis: TERT. anim. 52 lex condicionali -e ... addicens mortis eventum. adv. Marc. 3, 23 machaerae condicionalis -o. falsa: AVG. civ. 10, 11 pueri falsis et ridiculis -bus territi. firma: MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 2 firmam permanere -em. frequens: FIRM. err. 28, 11 homines corrigere frequenti -e. gravissima: RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 3 p. 196, 20. horrenda: LVCIF. non parc. 27 p. 268, 14 scribis horrendas -es. levis: SEN. dial. 1, 3 levi -e pelletur. magna: CASSIOD. in psalm. 27, 6 corda lapidea magnae -is incendio salvarentur. praesens: HESYCH. in lev. 26, 27—45 p. 1152A. remissior: MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 2. ridicula: AVG. civ. 10, 11 *v. supra l. 33.* tanta: AVG. serm. ed. Mai 107, 2 quis non tantis -bus percussus arescat? tremenda: FVLG. RVSP. epist. 17, 15, 31 sacramentum non sine tremenda parvuli -e mandatum. vehementior: AVG. quaest. hept. 7, 44. verax: AVG. civ. 21, 18 quam -em propterea veracem putant, quod *eqs.* vetus: SYMM. epist. 34, 4 vim veteris -is. *adi. pro genetivo subiectivo*: apostolica: VINCENT. LER. 28 iuxta apostolicam -em. caelestis: LEO M. serm. 35, 3 caelestium -um terror. divina: AVG. quaest. hept. 7, 13. EVCHER. form. 1 p. 8, 9 arcus intentio -is divinae *est*. erilis: APVL. met. 9, 19 quamvis erilis eum -o domi cohiberet. prophetalis: PS. RVFIN. in Am. 5, 18—20. in Os. 6, 5 prophetalium -um secures. prophetica: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 20 quaedam ... prophetica -o in eos, qui *eqs.* tua: PASS. Tarach. 6 *p. 1885, 75.* *indicatur cui comminetur aliquid praepositione*: in: TERT. adv. Marc. 4, 15 (*v. p. 1885, 41*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 20 (*supra l. 52*). contra: LVCIF. Athan. 1, 36 p. 131, 2 (*p. 1885, 54*) ORIG. in Matth. 17, 7 (*v. supra l. 10*). adversum: HIER. hom. Orig. in Ezech. 2 p. 903 (*p. 1885, 61*).

syn.: mina, intentatio.

genus ludi scaenici: PLAVT. Amph. 55 -a ut sit omnibus isdem vorsibus. 868 ne hanc incohatam transigam -am. 987 minus liceat . . . minitarier . . . quam servolo in -is. Asin. 13 inest lepos ludusque in hac -a. Capt. 1033 huius modi paucas poetae reperiunt -as, ubi boni meliores fiant. Cist. 787 more maiorum date plausum postrema in -a. Men. 7 hoc poetae faciunt in -is. Merc. 3 non ego item facio ut alios in -is ⟨vi⟩ vidi amoris facere. Mil. 84 -ai quam nos acturi sumus… nomen vobis eloquar. Most. 1151 optumas frustrationes dederis in -is. Poen. 51 nomen dare . . . -ai. 1371 plausum postulat -a. Pseud. 1081 verba quae in -is solent lenoni dici. 1240 in aliis -is. Trin. 706 vicit tua -a. Cas. 9 (*in prologo non Plautino*) novae quae prodeunt -ae. 13 eius edimus -am. 30 -ai nomen dare. TER. Ad. 6 Synapothnescontes Diphili -ast. Andr. 26 quas faciet de integro -as. Haut. 4 integram -am… sum acturus. Hec. 866 ut in -is. Phorm. 25. VOLCAC. carm. frg. 2 Afer populo sex dedit -as. VARRO Men. 59 tot -as sine ulla fecerit musa. ling. 6, 55 ab eodem verbo fari fabulae ut tragoediae et -ae dictae. 6, 71 ut in -is. rust. 2, 11 ab hac pelle *caprina* vocantur… in -is, qui in rustico opere morantur. RHET. Her. 1, 8, 13 argumenta -arum. CIC. Flacc. 65 quis umquam Graecus -am scripsit in qua servus . . . non Lydus esset? Brut. 224 cuius improbitatem veteres Atticorum -ae notaverunt (leg. 2, 37 Aristophanes, facetissimus poeta veteris -ae. HOR. ars 281. VELL. 1, 16, 3 priscam illam et veterem sub Cratino… -am. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 veteris -ae maledica lingua. QVINT. inst. 10, 1, 9 scriptores . . . iamborum veterisque -ae. 10, 1, 82 PLIN. epist. 6, 21, 2. 5 SVET. Aug. 89 MAR. VICTORIN. gramm. VI 151, 24 LACT. frg. 2. RHET. min. p. 447 -ae veteres et togatae et tabernariae. GLOSS. V 181, 7 prior ac vetus -a). *cf.* CIC. off. 1, 104 Plautus noster et Atticorum antiqua -a (VITR. 6 praef. 3 poetae, qui antiquas -as graece scripserunt. QVINT. inst. 10, 1, 65 PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 MAR. VICTORIN. gramm. VI 135, 26. 265, 15 DIOM. gramm. I 492, 9 [= SVET. frg. p. 12]). HOR. sat. 1, 4, 2 Aristophanes . . . atque alii, quorum -a prisca virorum est (1, 10, 16 VELL. 1, 16, 3 *l. 13* PLIN. nat. 21, 29. MAR. VICTORIN. gramm. VI 133, 2 tam a novis quam priscae -ae auctoribus). DIOM. gramm. I 485, 31 (= SVET. frg. p. 20) archaeae -ae charactere (PORPH. Hor. sat. 1, 5, 1 Eupolis . . . alii: ⟨hi⟩ arch⟨a⟩eas -as scripserunt. 1, 5, 7 ἀρχαίας -as. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 1). CIC. orat. 109 tragoedum in -is . . . placere (*cf.* opt. gen. 1, 1 in -a turpe tragicum). rep. 4, 11 numquam -ae, nisi consuetudo vitae pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent (*cf.* Tusc. 4, 69). *ibid.* quem illa (-*a*) non attigit vel potius quem non vexarit? cui pepercit? *eqs.* Lael. 98 nec parasitorum in -is assentatio faceta nobis videretur, nisi essent milites gloriosi (*cf.* AMM. 28, 4, 12 parasitorum in -is ⟨assentationes⟩ facetas affectando). epist. 9, 22, 1 in -is res ipsa narratur. HOR. sat. 1, 4, 45 quidam -a necne poema esset, quaesivere. epist. 2, 1, 169 habet -a tanto plus oneris, quanto veniae minus. ars 93 interdum tamen et vocem -a tollit. PAVL. FEST. p. 17 actus …in -is et tragoediis. p. 288 Roscius… perfectus… in arte sua, id est -a. SEN. contr. 3 praef. 10 Pylades in -a, Bathyllus in tragoedia multum a se aberrant. VAL. MAX. 7, 2 ext. 7. PHAEDR. 5, 1, 9 Menander nobilis -is (*cf.* PLIN. nat. 32, 69). SEN. dial. 2, 18, 5 Socrates . . . -arum publicatos… sales in partem bonam accepit. PLIN. nat. 7, 185 -arum histrio. MART. 2 praef. 4 quare tragoedia atque -a epistolam accipiant. QVINT. inst. 1, 8, 7 -ae, quae plurimum conferre ad eloquentiam potest *usus*. 1, 8, 8 in tragoediis gravitas, in -is elegantia. 4, 2, 53 in -is etiam et in mimis. 11, 3, 111 *opp.* tragoedias. IVV. 5, 157 quae -a, mimus quis melior plorante gula? PLIN. epist. 5, 3, 2 etiam -as audio et specto mimos et lyricos lego et Sotadicos intellego. SVET. Cal. 3 reliquit et -as Graecas. GLOSS. V 181, 7 (*ex carmine?*) tragoedias -asque Romae (Romae tr. c. que *cod.*) primus egit, idem[que etiam (*add.* GLOSS.)] composuit Livius [Andronicus] duplici toga involutus. FRONTO p. 54 N. lectiones…-as, Atellanas, oratores veteres. p. 106 comes *sententias* ex -is. GELL. 2, 23, 1 -as lectitamus nostrorum poetarum sumptas ac versas de Graecis. 10, 3, 4 in -arum festivitatibus. APVL. flor. 16 p. 62 Philemon mediae -ae scriptor. p. 66 -am eius prius ad funebrem facem quam ad nuptialem venisse. apol. 30 ex -is et tragoediis Graecis. TERT. spect. 17 tragoediae et -ae scelerum et libidinum actrices cruentae et lascivae. adv. Val. 10. PORPH. Hor. ars 80 quomodo -ae et tragoediae ornantur (*sc. pede iambico*). 120 apud antiquos -arum tragoediarum scriptores (HYG. astr. 2, 1 Amphis -arum scriptor. HIER. chron. a. Abr. 1563. 1589. 1838 *al.* PROSP. chron. I p. 401, 265 Caecilium -arum scriptorem. p. 402, 274). SOL. 5, 13 *in Sicilia* primum inventa -a. SPART. Hadr. 26, 4 in convivio tragoedias, -as, Atellanas, sambucas, … exhibuit. ARNOB. nat. 7, 33 *dii* ex -is Atellanis mimis ducunt laetissimas voluptates. LACT. epit. 58, 5 in . . . -a de stupris et amoribus . . . fabulatur. DON. Ter. Ad. 7 fabula . . ., cuius species sunt tragoedia, -a, togata, tabernaria, praetexta, crepidata, Atellana, μῖμος, Rinthonica. SERV. Aen. 2, 512 in -is a servis timentibus. DIOM. gramm. I 491, 20 membra -arum sunt tria, deverbium canticum chorus. SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 47 metro differt -a a prosa oratione. 1, 4, 48 multi dubitant, utrum fabula, utrum poema dicitur -a *eqs.* ars 288 togatam …-am *esse eqs. ibid.* -arum genera sunt sex: stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata (*cf.* EVANTH. de com. 4, 5 -ae autem motoriae sunt aut statariae aut mixtae. *seq. definitio*). PS. ASCON. div. in Caec. p. 119 -a quinque actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scaenam. HIER. epist. 52, 5 risu dignas urbanitates in -is. 54, 15 omnes -ae et mimographi et communes rhetorum loci in novercam . . declamabunt. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 84, 2 Engelbr. nihil ita grate cantatur in -is (*sc. illuditur*) quam christianus. AVG. civ. 2, 8 haec sunt scaenicorum tolerabiliora ludorum, -ae scilicet et tragoediae. MACR. somn. 1, 2, 8 fabulae… auditum mulcent velut -ae, quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt. MART. CAP. 5, 558 verisimile, quod de -a sumitur. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 27 -a temperat iocosa. SCHOL. Ter. p. 73, 12 non iudicio -a exacta est. p. 94, 27

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modulator -ae. *personata -a*: CARM. in Plaut. Gell. 1,24,3 postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget. *inde effigies*: PLIN. nat. 35,78 Aetionis sunt nobiles picturae ... Tragoedia et Comoedia. *in imagine*: PLIN. epist. 9, 7, 3 altera *villa* imposita saxis ..., altera aeque ... lacum tangit. itaque illam tragoediam, hanc appellare -am soleo. *cf. quae sequuntur.*

nota hasce iuncturas verbales: -am (-as): agere: PLAVT. Amph. 88 Mil. 84 TER. Haut. 4 QVINT. inst. 11, 3, 111 GLOSS. V 181, 7 (*v. p. 1994, 49*) MACR. somn. 1, 2, 8 (transigere: PLAVT. Amph. 868 Truc. 11). componere: DIOM. gramm. I 489, 4 (*ex Suet.*) GLOSS. *p. 1994, 49*. dare: VOLCAC. carm. frg. 2. CASSIOD. chron. II p. 128, 316 ad scaenam (edere: PLAVT. Cas. 13 SVET. vita Ter. 5). docere: SVET. Claud. 11. exhibere: SPART. Hadr. 26, 4. facere: TER. Andr. 26 VARRO Men. 59 (efficere: DON. Ter. Andr. 301). lectitare: GELL. 2, 23, 1. legere: PLIN. epist. 6, 21, 2 HIER. epist. 21, 13. scribere: CIC. Flacc. 65 VITR. 6 praef. 3 PLIN. epist. 6, 21, 4 SVET. vita Ter. 3 PORPH. Hor. sat. 1, 5, 1 DIOM. gramm. I 489, 8 (*ex Suet.*) SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 1. *synonyma et iuxta posita*: Atellana, mimographi, mimus, tragicomoedia. *oppositum*: tragoedia.

cōmoedicus, -a, -um, *κωμῳδικός*. *i. q. ad comoediam pertinens*: APVL. flor. 16 p. 64 in arte -a nobilis. FVLG. myth. 1 praef. p. 3, 13 Thalia ... -a solita est vernulitate mulcere. 9, 8 aut satira luseram aut -o fasmate delectabam aut tragica pietate mulcebam aut epigrammatum brevitate condibam.

adv. **cōmoedicē:** PLAVT. Mil. 213 euge, euscheme hercle astitit et dulice et -e (PAVL. FEST. p. 61 *ad l.*: -e figuratum a comoedo). DON. Ter. Hec. 803 verniliter et -e se ipsum servus imitatur.

cōmoediographus, -ī *m.*, *κωμῳδιογράφος*. *is qui comoedias scribit*: PROB. cath. gramm. IV 38, 17 sic Plautus et antiqui -i (SACERD. gramm. VI 490, 21 SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 16). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 19 p. 202, 14 quod est -orum vel tragoediographorum. SCHOL. Cic. Gron. p. 429, 31 apud Caecilium -um inducitur pater quidam. SCHOL. Hor. ars 281 nominatim appellabantur principes civitatis a -is.

cōmoedis(s)o, -āre, *κωμῳδίζειν*. *i. q. comoediam agere*: IREN. 2, 14, 1 quae ubique in theatris ab hypocritis ... -isantur.

ᴚ**cōmoedus,** -ī *m.*, *κωμῳδός* (GLOSS.). *is qui comoedias agit*: *de formis*: NOT. Tir. 78, 14 comedus. INSCR. comoedus, *ex. gr.* CORP. III 375. VARRO ling. 9, 55 nunc fieri in multis rebus binas *figuras vocabulorum*, ut Metellus Metella ... nonnulla singula ut tragoedus, -us (*at v. infra l. 79*). *de significatione*: ISID. orig. 8, 7, 6 -i appellati sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Graeci *κώμας* vocant, sive a comessatione. ... -i privatorum hominum praedicant acta, tragici vero res publicas. 18, 46 tit. de -is. -i sunt, qui privatorum hominum acta dictis aut gestu canebant *eqs.* GLOSS. -is: inde nomen est castellis (*sc. comis*) et cantilena⟨e⟩ (*mutilata?*). *legitur inde a* VARRONE *et* CIC., *habent* SEN. PETRON. PLIN. nat. MART. QVINT. IVV. PLIN. epist. SVET. *et posteriores*.

CIC. Q. Rosc. 30 nemo ... a pessimo histrione bonum -um fieri existimaret. *ibid.* in Erote -o. *ibid.* qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit -os. orat. 109 -um in tragoediis et tragoedum in comoediis ... placere. PAVL. FEST. p. 61 comoedice figuratum a -o. p. 134 ab ... Maesone -o. FEST. p. 217 -i et tragoedi. SEN. apocol. 4 expiravit ... dum -os audit. PETRON. 53 et -os ... emeram, sed malui illos Atellaniam facere. PLIN. nat. 1, 31 ind. auct. Menandro -o. nat. 34, 87 et -os et athletas. MART. 6, 6, 1 -i tres sunt. 14, 214 tit. pueri -i. 14, 215 -is et citharoedis. QVINT. inst. 1, 11, 1 dandum aliquid -o quoque. 1, 12, 14 non -um in pronuntiando nec saltatorem in gestu facio. 6, 2, 35 vidi ... histriones atque -os. 11, 3, 181 non ... -um esse, sed oratorem volo. IVV. 3, 94 cum uxorem -us agit. 6, 396 haec de -is te consulit, illa tragoedum commendare volet. PLIN. epist. 1, 15, 2 audisses -os vel lectorem vel lyristen. 3, 1, 9 -is cena distinguitur. 5, 19, 3 ars ... eius et quasi inscriptio -us. SVET. Tib. 47 -um Actium ... manumittere. AFRIC. dig. 21, 1, 34 pr. -i vel chorus (21, 1, 34, 1). GAIVS inst. 3, 212 *si* ex gemellis vel ex -is vel ex symphoniacis unus occisus fuerit (PAVL. dig. 9, 2, 22, 1 INST. Iust. 4, 3, 10). GELL. 20, 4, 1 -os quispiam et tragoedos et tibicines ... adulescens ... habebat. APVL. flor. 5 p. 18 mimus ... funerepus ... si -us est, faveris, ... philosophus *eqs.* 18 p. 83 -us sermocinatur (*iuxta posita*: mimus, tragoedus, funerepus, praestigiator, histrio, ludio). TERT. nat. 1, 16 mimis et -is argumentorum venae fluunt. CAPITOL. Aur. 2, 2 usus est magistris ... Euforione litteratore et Gemino -o, musico Androne. AVSON. 400, 5 nec de mimo planipedem, nec de -is histrionem. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 152 furens alius se passerem existimavit ... alius tragoedum vel -um. SIDON. carm. 23, 129 si pulpita personare socco -us voluisset. ISID. orig. 8, 7, 6 -orum *argumenta* ex rebus laetis. 8, 7, 7 duo sunt genera -orum, id est veteres et novi. veteres ... ut Plautus ... novi ... ut Flaccus. CORP. III 375 P. Publilium ingenuum -um.

adi. cōmoedus, -a, -um: IVV. 3, 100 natio -a est.

synonyma et iuxta posita: athleta, chorus, funerepus, geometra, histrio, lector, litterator, ludio, lyristes, mimus, musicus, philosophus, praestigiator, saltator, tibicen. *opposita*: orator, tragicus, tragoedus. *Mertel.*

comoinis *v.* communis *p. 1968, 11.*

cōmopolis, (-is) *f.*, *κωμόπολις*. GLOSS. II 529, 13 conciliabulum. V 182, 7 municipium Graece. *cf.* II 357, 40 *κω⟨μό⟩πολις* oppidum, conciliabulum. *fort. ad* ITALAM Marc. 1, 38 *spectat, ubi gr. κωμοπόλεις (non extat in codd., quos nunc legimus, sed* codd. c d f ff² q r δ *et* VVLG. vicos et civitates, codd. a b e: castella et civitates).

comōram (*i. q.* coram) *v. p. 1935, 45.* **cōmos** *v.* comus.

comōsus, -a, -um *a* coma. *legitur superl. l. 16, compar. non legi.* *i. q. comatus; cf.* GLOSS. V 566, 4 comatus cura fit, -us natura (DIFF. ed. Beck p. 48, 46). *aliter*: ISID. diff. app. 97 inter -um et comatum hoc interest, quod -us a comae usu dicitur, comatus natura. [*val.* comos. *M.-L.*] *proprie de animantibus*: PRIAP. 36, 2 Phoebus -us. AVSON. 415, 9 qualis astet *quidam* ... canus, -us, hispidus ... Terentianus Phormio, horrens capillis ut marinus asperis echinus. *de corporis parte*: PHAEDR. 5, 8, 2 calvus -a fronte, nudo occipitio. *translate de herbis sim.*: PLIN. nat. 16, 22 *quercus hemeris* in orbem -a. 26, 71 *genus quoddam tithymalli* -issimum ex omnibus. *deriv. fort. cogn.* Comosicus?

? **compa,** -ae *f.* GLOSS. Non. p. 177, 2 (Lindsay, Archiv 9, 599) 'salebras' compas solent vulgares dicere. *vix huc trahendum nomen morbi* compe *q. v.* *Mbr.*

compacīscor, compectus (compactus) sum, -ī *a* com *et* pacisci. *praesens non legitur nisi* NOT. Tir. 43, 34 conpaciscitur (*at v.* ROMAN. *infra l. 35 sqq.*). *partic. inter* -pact- *et* -pect- *variant auctores codicesve.* *i. q. pacto consociari, coniungi*: PLAVT. Pseud. 543 si sumus -pecti (conspecti *codd.*) seu consilium umquam iniimus. POSSID. vita Aug. 10 persecutiones unitati ecclesiae -pacti fecerunt.

partic. perf. subst. **compectum** (compactum), -ī *n.* GLOSS. II 110, 21 conlusio et conpactum *συνδοιασμός*. 110, 39 conpactum fecit *συνδοιάζει* (108, 16 *συνδυάζει*). 443, 24 *σύμφωνον* (*sc. spectat ad partic. verbi* compingere) *ἤτοι συνθήκη* pactum -actum conventum conventiculum pactio. 499, 62 compactum *συνδοιασμός*. APVL. apol. 74 a -pecti (*corr. Hild.*, conspecti *F*) fide descivisse.

inde abl. fere adverbialiter: compectō, *i. q. societate inita, consiliis coniunctis*: ROMAN. Char. gramm. I 197 conpecto ... verbum enim quaero an possit esse inpersonale, quamvis primae positionis ei status desit; nemo enim etiam nunc dixit conpaciscor. AFRAN. com. 90 te facere -o omnia. CIC. Scaur. 8 -o cum matre Bostaris consilium cepit. LIV. 5, 11, 7 ut multo veri similius sit -o eam rem et communi fraude patriciorum actam. SVET. Aug. 15 extiterunt qui traderent -o (conspecto *codd.*) eum ad arma isse. de compecto (compacto): PLAVT. Capt. 484 scivi extemplo rem de -o (*test.* ROMAN. Char. gramm. I 197; compacto *codd.*) geri. 489 (ROMAN. *l. l.*, compacto *codd.*). Pseud. 540 de -o (*B*, conpacto *CD*) faciunt consutis dolis (*syn.* inter se consenserunt). DON. Ter. Phorm. 426. ex compacto (compecto): SVET. Iul. 20 ut ... auctores ex -pacto nominaret. TERT. castit. 1 FORTVN. rhet. 1, 7 p. 86 DON. Ter. Phorm. 426^A COD. Iust. 7, 53, 3. EVGRAPH. Ter. Eun. 771 advenit miles ex -pecto. *deriv. fort.* 2. compactio? (*v. infra l. 70 sqq.*).

compāco, -āre (compācor, -ātus sum, -ārī) *a* com *et* pacare. *active i. q. pacare*: CASSIOD. hist. 1, 20 p. 920^C -ret Aegyptios et Orientales. *deponens i. q. pacisci, compacisci, consentire*: CASSIOD. hist. 8, 13 p. 1119^A inter se barbari -ati. IORD. Get. 231 -atusque cum ceteris gentibus arma movit in Suavos. *Simbeck.*

? **compactīcius,** -a, -um *a* 3. compactus, 1. compingere. TERT. adv. Val. 31 p. 207, 4 restitutam *Achamoth* Pleromati statim excipit -us (*sic Beat. Rhenan., at codd.* comparcinus) ille Soter (*cf.* IREN. 1, 7, 1 qui est ex omnibus factus).

compactilis, -e *a* 3. compactus, 1. compingere. **1** *i. q. compactus, compositus, inde fere i. q. firmus*: VITR. 4, 7, 4 supra columnas trabes -es imponantur. *ibid.* eae ... trabes -es eam habeant crassitudinem, quanta *eqs.* 10, 14, 2 insuper hanc compactionem erigantur postes -es. PLIN. nat. 15, 88 *nucem iuglandem* natura -i aperimento clausit. 16, 120 ferunt et Abellanae iulos -i callo. **2** *i. q. collectus, in artum redactus: fere i. q. solidus*: PLIN. nat. 8, 46 *leonum genus* -e et breve. 11, 59 *apes* breves variaeque et in rotunditatem -es. *i. q. coartatus*: GROM. p. 320, 22 casa ... fines grandes atque -es, fines spatiosos non habet. p. 334, 25 fines -es habentes et cultas.

1. compactio, -ōnis *f. a* 1. compingere. GLOSS. *συνθήκη. σύνταξις ἐπὶ δύο τινῶν ἀλλήλοις συνθεμένων (nisi forte utrumque ad voc.* 2. compactio *i. q. 'compactum', sc. a* compacisci *derivatum, pertinere videtur).* *legitur inde a* CIC. [*loc. dub.*: SEN. nat. 2, 2, 3.]

1 *actio compingendi vel status rerum compactarum*: CIC. fin. 5, 33 *animalia valida servantur* sensuum distributione et quadam -e membrorum (PS. ORIG. tract. 1 p. 2, 1 hominem membrorum -e constructum [*opp.* distinctio]). VITR. 10, 15, 3 tignum ... coniungebat capreolorum -es. PS. AVG. serm. 247, 4 in cruce facta -o. PS. SORAN. quaest. med. 203 fit et maxillarum -o vel concretio, ut os aperire non possit. CLAVD. MAM. anim. p. 174, 24 quae ossuum coitio quaeve -o *sit*. ISID. diff. 2, 46 animal ex corpore animaque ... compositum atque spirituali -e formatum. **2** *i. quod compactum est*: VITR. 10, 14, 2 insuper hanc -em erigantur postes compactiles. 10, 15, 2 arrectaria quae supra -em erant ... collocata. 10, 15, 3 trabes ... continebant totam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em. NON. p. 64 pages enim -e,- unde compages. *translate*: AVG. serm. ed. Mai 57, 4 certa est -o falsitatis.

2. compactio *v. p. 1996, 70 sqq.*

compactīvus, -a, -um *a* 3. compactus, 1. compingere. *quod compingendo aptum, utile est*: ISID. orig. 17, 7, 10 *coquimella* gummi glutinosum et -um distillat.

compactor, -ōris *m. a* 1. compingere. GLOSS. II 585, 4 iunctor: -r. PS. AMBR. de anima p. 228, 2 -r corporis et liniator omnis carnis *deus*.

1. compactum *v.* compaciscor *p. 1996, 28 sqq.*

2. compactum *v.* 1. compingo.

compactūra, -ae *f. a* 1. compingere. *i. q. 1. compactio*: VITR. 4, 7, 4 *trabes compactiles* ita sint compactae ... ut -a duorum digitorum habeant laxationem.

1. compactus, *abl.* -ū *m. a* 1. compingere. *i. q. compages*: IVL. VAL. 2. 27 *imago* repente fatiscente -u procidit. *Wulff.*

2. compactus, -a, -um *v.* compaciscor. **3. compactus,** -a, -um *v.* 1. compingo.

compaedagōgia *v. infra l. 24. 25.*

compaedagōgīta, -ae *m.* [*cf.* συμπαιδαγωγεῖν. *Th.*] *formae: scribitur quinquies* conp-; comp-: CORP. VI 9763. -paed-: CORP. VI 9763. 9764, *quater* -ped-. *i. q. socius paedagogii (sc. servulorum), conservus una educatus (de re v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 158 sq.)*: CORP. VI 9759 Erasto ... conpedagogi⟨t⟩ae. 9760. 9761 pueri -git(ae) merenti. 9762 -giiae (*sic lapis*) suo. 9763 *scrib.* compaedagonae. 9764. *Mbr.*

compāgānus, -ī *m.* [*a* com *et* pagus *vel* paganus. *Th.*] *i. q. eiusdem pagi incola*: CORP. II 1043, 5 titulum posuerunt conpagani Marmorarienses. 4125 quam *sententiam* tulit L. Novius Rufus inter -os rivi Larensis et Val. Faventinam.

? **compāgēnsis,** -is *m. cf. c.* compaganus, 1. compagus. LEX Sal. 63, 1 *v. p. 2003, 83.*

⌘ **compāgēs,** -is *f.* [*cf. c.* 1. compingere, 3. compactus, 2. compago. *Th.*]. *formae: gen. plur.* -ium: PLIN. nat. 2, 5. -um: MACR. somn. 1, 6, 6 VVLG. Hebr. 4, 12. GLOSS. ἁρμογή. ἁρμογαί, ἁρμοί. iuncturae tabularum. iuncturae membrorum. coniunctio. coniunctiones. -bus: iuncturis. iuncturis, alligamentis. tabularum texturis. NOT. Tir. 95, 2. *legitur inde a* PACVV. *de formis* compages *et* compago *v.* SACERD. gramm. VI 475, 17 *p. 2001, 81* (PROB. cath. gramm. IV 10, 9). SERV. Aen. 1, 293 -es antiqui dicebant, posteritas admisit, ut etiam compago dicatur; sed non, quia varius esse potest nominativus, debet etiam declinatio mutari..., compaginis enim nemo dicit. FRG. Bob. gramm. VII 541, 26 haec compago latinum non est, sed haec -es, et ab eo quod est ⟨-es⟩ compagibus facit, a compago compaginibus, quod nemo dixit. p. 542, 37 haec -es dicitur, non haec compago. *praeferunt antiquiores vocem* -es; *apud recentiores passim legitur nominativus sing.* compago, *at in casibus obliquis formae a* -es *ductae praeferuntur, ut hac tabula demonstratur*:

	compages		compago	
	usque ad SVET. *extat*:	*post* SVET. *legi*:	*usque ad* SVET.	*post* SVET.
nom. sing.	Varro 1. Sen. phil. 2. Lucan. 1. Tac. 1	1	Varro 1. Stat. 1. Iuv. 1	69
acc. sing.	Pacuv. 1. Lucan. 2. Sil. 1. Tac. 1	33	Sen. epist. 1	17
gen. sing.	Lucan. 1	3	—	6
dat. sing.	—	1	—	1
abl. sing.	Carm. de bell. Aeg. 1. Vell. 1. Sen. trag. 1. Curt. 1. Lucan. 8. Pers. 1. Plin. nat. 2. Sil. 4. Stat. 2. Mart. 1. Quint 1. Iuv. 1. Tac. 1 (= 25)	80	Ov. 1. Manil. 3. Germ. 1. Cels. 1	12
nom. et acc. plur.	Lucr. 1. Curt. 1. Plin. nat. 2. Sil. 1. Tac. 1	9	—	3
gen. plur.	Plin. nat. 1	2	—	1
dat. et abl. plur.	Cic. 1. Lucr. 3. Verg. 3. Ov. 1. Liv. 1. Manil. 3. Sen. contr. 1. Sen. phil. 6. Colum. 1. Lucan. 3. Plin. nat. 1. Stat. 1. Iuv. 1. Suet. 1 (= 27)	16	—	1

I *i. q. 1. compactio, colligatio, compositio*: **A** *i. q. actio compingendi vel status eius quod compactum est*: **1** *de rebus corporeis*: PLIN. nat. 16, 215 valvas in glutinis -e quadriennio fuisse. LACT. opif. 12, 2 venae seminales duae in una -e cohaerentes. HIER. in Matth. 9, 1—2 p. 48 totis ... mēmbrorum -bus dissolutum filium (*cf.* HIL. euang. 106 morbis corpus -e solutum). AMM. 14, 10, 6 pontem suspendere navium -e. HIER. c. Ioh. 7 membrorum ... -em (GREG. M. moral. 19, 43 corpus nostrum unitum est -e membrorum). in Eph. 4, 16 p. 618 *corpus* in suam -em et iuncturam redigetur (*cf. p. 2002, 12*). RVFIN. Basil. hom. 5, 15 robusta membra et valida nervorum -e districta. Greg. Naz. orat. 2, 10 Engelbr. *mundi* laudabilioris ex harmonia omnium universorumque -e (*cf.* 7, 15 in hanc -em concordiamque cuncta constricta sint). PAVL. NOL. carm. 19, 692 illam in cruce consertam socia -e coronam. MAR. VICTOR aleth. praef. 43 mundi ... stabili rerum -e manentis. CLAVD. MAM. anim. p. 174, 23 quae nervorum origines quaeve -es sint. MVTIAN. Chrysost. hom. 29 p. 427 *corpus nostrum* suam tenet bene -em. *ibid.* -em suam et concinnantiam non valet ex diffluentia retinere. BOETH. mus. 1, 2 p. 187, 25 quae in ... caelo vel -e elementorum vel temporum varietate visuntur. *nota*: ALC. AVIT. carm. 5, 288 lutea -e creatum hominem. **2** *de rebus incorporeis*: TER. MAVR. 1113 dactylus ... prior ... discretus liberque pedis -e secundi. LACT. opif. 10, 9 dualis numerus una et simplici -e solidatus. SVLP. VICT. rhet. 15 p. 321, 7 ordo verborum ea -e iungatur, ne confragosum ... sonum faciat (*cf. p. 2002, 14*). PACIAN. epist. 2, 4 p. 31 versum suo ordine, sua -e repetisti. RVFIN. hist. 2, 17, 13 omnibus eos *hymnos* metris et sonis ... suavi -e (ἀριθμοῖς σεμνοτέροις) modulantis. *allegorice apud* ECCL. *fere i. q. unitas*: HIER. epist. 78 mans. 16 omnes *gradus* eadem -e teneantur. PS. RVFIN. in psalm. 20, 4 multi unum sunt in -e caritatis (PAVL. NOL. epist. 23, 29 navem, hoc est ecclesiam ... in -em caritatis ... coniunctam. AVG. bapt. 3, 19, 26 ab illa invisibili caritatis -e separati sunt. serm. ed. Mai 133, 2 *ecclesiam* in unam suam fidei et caritatis -em aggregat Christus. un. eccl. 21, 60 in -e caritatis incorporati sunt aedificio). PS. RVFIN. in psalm. 64, 5 qui ... manent in -e Christi (AVG. in psalm. 54, 7. *cf.* epist. 98, 1 in sancta -e corporis Christi [fid. et op. 9, 14. c. Parm. 2, 10, 20 nec ... divisae *ecclesiae* a -e corporis Christi, sed in unitate perseveranti. 3, 2, 5]). PAVL. NOL. epist. 13, 3 quibus corpus unum est in -e credendi. 24, 2 multiplex virtus in una -e numeretur. AVG. bapt. 1, 8, 10. civ. 21, 25 p. 565, 24 est in eius corporis unitate, id est in christianorum -e membrorum. epist. 157, 22 eos in ecclesiae -e sanari (c. Petil. 2, 108, 247 non sunt in illa ecclesiae -e. EPIST. pontif. 364 [Bonif. I] Migne 20, 777[B] in eadem non coeperit esse -e *ecclesiae*). in psalm. 30, 2 serm. 2, 2 caritas -em facit, -es complectitur unitatem. c. Parm. 2, 9, 19 ab unitatis -e crudeli laceratione divellitur (c. Petil. 2, 104, 239 unitatis -e fit salvum). SACR. Leon. p. 349. 423 ecclesiam ... per legem totius mirabilem -is unitam. AVELL. p. 118, 19 non potest cum Christi corpore habere -em. GREG. M. moral. 10, 43 ecclesia elatos ... ad aequalitatis -em reformat. 27, 30 humanitatis suae -e sese ... ad caelos trahit *Christus*. BRAVLIO Isid. epist. 12, 6.

B *i. q. res ex diversis partibus compacta*: **1** *de rebus corporeis*: PACVV. trag. 250 nec ulla subscus cohibet -em alvei. CIC. Cato 77 sumus inclusi in his -bus corporis (VELL. 2, 127, 3 sufficiente ... vigori animi -e corporis. AVG. gen. ad litt. 9, 15 p. 286, 26 costa *Adam* ... a corporis -e detracta. OROS. hist. 4, 8, 11 -em totius corporis solvit. LEO M. epist. 155, 2 manus a -e corporis auferatur. EVGIPP. Sev. 44, 6 integram corporis -em repperimus. *cf. p. 1999, 20 sqq.*). OV. met. 3, 30 *specus* efficiens humilem lapidum -bus arcum. CARM. de bell. Aeg. frg. tab. 1630 Ferr. -e carinae (LVCAN. 1, 502 nondum sparsa -e carinae. *cf.* 3, 597 hic Latiae rostro -em ruperat alni. SIL. 17, 277 rupta -e carina dissiliens sonuit. MART. 9, 75, 4 Tucca balneum fecit ... pinea ... -e. ARNOB. nat. 7, 45 fragili se ligno et tabularum -bus credit. AMBR. exc. Sat. 1, 43 de navis -e resolutam tabulam. PAVL. NOL. epist. 16, 8 navigii fatiscentis infida -e). SEN. nat. 7, 9, 4 dissiparetur et terrae solida fortisque -es (*cf.* LVCAN. 10, 248 cavae -is [*i. terrae*] hiatus. 10, 265. SIL. 1, 204 aetherias ... erigit ... -es ardua cervix Atlantis). GELL. 7, 1, 7 natura -em hanc mundi ... fecit (IVVENC. praef. 1 immortale nihil mundi -e tenetur. PETR. CHRYS. serm. 103 p. 488[B] ex disiunctis partibus iunxit -em mundi). CVRT. 4, 3, 6 fluctibus -es operis (*i. aggeris*) verberatae (*cf.* LVCAN. 3, 397 structa laterum -e ligatam artet humum *aggeris*. TAC. ann. 12, 35 informes saxorum -es *aggeris* distractae). LVCAN. 6, 177 male defensum fragili -e cerebrum (*cf.* GREG. TVR. mart. 47 capitis -e dispersa). IVV. 6, 502 tot adhuc -bus altum aedificat caput. TAC. hist. 3, 27 soluta -e scutorum ... laceros prosternerent (AMM. 14, 2, 10 densata scutorum -e semet ... praestruerent. 16, 12, 44 nexam ... scutorum -em. 24, 4, 15. OROS. hist. 6, 7, 9 dissolvere -em *scutorum*). TAC. ann. 4, 62 (*de amphitheatro*) neque firmis nexibus ligneam -em superstruxit (*cf.* AMM. 16, 10, 14 amphitheatri molem solidatam lapidis Tiburtini -e. SCHOL. Stat. Theb. 10, 880 -es quadratorum quae ... continent aedificationem). PORPH. Hor. epist. 1, 12, 19 -em rerum ex elementis quattuor ... conexam. CYPR. epist. 10, 2 rupta -e viscerum (LACT. inst. 7, 13, 9 ex -e viscerum ... vim sentiendi existere. opif. 16, 13 a constructione corporis et -bus viscerum. AMM. 30, 6, 4 viscerum flagrante -e. *cf.* 21, 6, 3 interna -e disrupta efflasse spiritum). CYPR. epist. 63, 13 utrumque (*i. farina et aqua*) ... copulatum et panis unius -e solidatum. AMM. 14, 7, 16 artuum et membrorum divulsa -e (24, 4, 28 disiecta -e membrorum. *cf.* 14, 11, 28 *fuit Caesar* decente filo corporis membrorumque recta -e. PETR. CHRYS. serm. 87 p. 446[B] in utero membrorum -e paene concepta. GREG. TVR. Iul. 12 omnium membrorum -em de-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bilitatus. *adde*: AMM. 14, 6, 17 *spadones* distorta ... lineamentorum -e deformes. 25, 4, 22 *erat Iulianus* lineamentorum recta -e). AMM. 16, 12, 50 agminis nostri laxare -em. 23, 4, 4 funes ... -em *scorpionis machinae* ... continentes. HIER. epist. 1, 5, 2 solvuntur membra *feminae tortae* -bus (*i. liberantur ex eculeis*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 171 rupes oppositae dura ... deum -e tenebant (*cf.* 3, 184 fracta ... iugi -e Vesevi). PAVL. NOL. carm. 20, 45 *citharam* putri dudum -e iacentem (*cf.* AVG. civ. 16, 2 p. 127, 28 insunt et cetera in -bus organorum). AVG. in psalm. 121, 4 nomine ... aedificii structuram -emque corporum atque parietum voluit intellegi (*sim.*: PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14 p. 699^C [*in imag.*] hanc dispersionem in illius aedificationis erat coaptatura -em). MACR. sat. 1, 7, 29 paludis coacta -e. SIDON. epist. 4, 13, 2 *est ei* incorruptae lactea dentium -e gingivae. *nota: i. q. singula pars rei compactae*: MACR. somn. 1, 6, 80 quae *partes corporis* dividuntur, non nisi septem -bus iuncta sunt. *in imag. i. q. moles, structura*: TAC. hist. 4, 74 octingentorum annorum fortuna disciplinaque -es haec (*i. imperium Romanum*) coaluit. AMM. 22, 8, 38 (*de ora Pontica*) in ipso huius -is exordio ... habitant Arimphaei. PS. APVL. herm. p 267 adverbia ... coniunctiones ... in universa -e orationis vice clavorum ... et glutinis deputanda. *i. q. corpus* (*cf. p. 1998, 47 sqq.*): LVCAN. 5, 119 -es humana labat. PAVL. NOL. carm. 31, 165 ecce ipsam toto -em corpore vivam stare patet. 31, 297 reducem terris animam -e refecta ... suscipiat *caro*. AVG. gen. ad litt. 3, 16 p. 82, 19. DRAC. laud. dei 2, 84 induitur -e deus, structura ligatur ossibus et nervis. *adde in imag.*: PAVL. NOL. carm. 27, 525 tremula -e minax pendebat aquae mons. 2 *de rebus incorporeis*: MACR. somn. 1, 6, 6 singularum -um *numeri septenarii* membra tractemus (*cf. p. 2003, 13*). PRISC. periheg. 265 conum laterum -bus aequis (*cf. p. 2003, 8*). *de hominibus i. q. societas, chorus*: PAVL. NOL. carm. 21, 276 pia -is (*i. chori*) nostrae testudo resultet. AVG. bapt. 7, 51, 99 (*in imag.*) alios ... ita ... esse in domo, ut non pertineant ad -em domus nec ad societatem ... iustitiae. PROSP. in psalm. 126, 1 in omnium -e sanctorum. 134, 20—21 -e angelorum.

II *i. q. commissura, iunctura*: A *generatim*: LVCR. 6, 1071 laxare queant -es *tabularum* taurea vincla (*i. gluten taurinum*). *de navibus*: VERG. Aen. 1, 122 laxis laterum -bus. LIV. 35, 26, 8 omnibus -bus aquam acciperet. SEN. contr. 7, 1, 8 navigium ... putre, resolutis -bus. SEN. dial. 4, 10, 8 *navigium* laxatis -bus aquam trahit. LVCAN. 3, 629 *ratis* ruptis pelagus -bus hausit. 5, 596 sonuit victis -bus alnus. PAVL. NOL. carm. 24, 39 *navis* laterum ... laxis solvitur -bus. *de mundo*: MANIL. 2, 803 in illis *locis* nititur aetheriis veluti -bus orbis. 3, 357 *verticem caeli* gelidus rigidis fulcit -bus axis. 4, 828 concutitur tellus validis -bus haerens. SEN. Herc. O. 1135 -bus ruptis uterque debuit frangi polus. LVCAN. 5, 633 mota ... poli -e laborat *axis*. SIL. 17, 607 caelum ... soluta in caput hoc -e ruat. STAT. Theb. 8, 31 supera -e soluta. MIN. FEL. 11, 1 caelesti -e divisa. MACR. somn. 1, 15, 4 lacteum *circulum* esse -em, qua de duobus haemisphaeriis caeli sphaera solidata est. CLAVD. MAM. anim. p. 132, 8 solidi huius *mundi* ... rupisse -em. ALC. AVIT. carm. 2, 93. CORIPP. Ioh. 4, 692 orbis tremuit -e solutus. *de terra*: SEN. Oed. 580 tellus ... -e rupta sonuit. Thy. 1013 hinc -bus et hinc revulsis. nat. 6, 32, 4 ruptis -bus dehiscens solum. STAT. Theb. 8, 144 rupta ... soli -e. *cf.* AMM. 17, 7, 14 dissolutis elementa -bus ... relabuntur. *de partibus corporis*: SEN. Herc. O. 1228 *ossa* -bus discussa ruptis ... fluunt. PERS. 3, 58 laxum ... caput -e soluta oscitat. PLIN. nat. 25, 20 -es ... in genibus solverentur. AMM. 25, 1, 12 iuncturae *lamminum* rigentes -bus artuum convenirent. HIER. epist. 121, 10 p. 880 (*in imag.*) corpus ecclesiae per suas -es atque iuncturas ... accipit sucum. interpr. Iob 17, 11 concussae sunt -es cordis mei. VVLG. Dan. 5, 6 -es renum eius solvebantur. 10, 16 dissolutae sunt -es meae. Hebr. 4, 12 sermo dei ... pertingens usque ad divisionem animae et spiritus, -um (ἁρμῶν) quoque ac medullarum (*cf. p. 2003, 27 et* PS. PRIMAS. in Hebr. 4, 12 p. 712^A per -es debemus intellegere cogitationes quae sibi invicem compaginantur. GREG. M. in Ezech. 2, 9, 17 per -es ... ossibus ossa iunguntur). ALC. AVIT. carm. 1, 98 descendere cervix incipit et vastos -bus addere nervos. VEN. FORT. vita Pat. 11, 35 signavit maxillarum -em. vita Germ. 25, 74 ab oculorum -e cernit manare sanguinem. *de aliis rebus*: VERG. Aen. 2, 51 (*de equo ligneo*) curvam -bus alvum. SEN. nat. 3, 27, 7 saxa revolutis remissa -bus (*cf.* MARCELL. chron. II p. 100, 518, 1 saxa ... suis evulsa -bus). CVRT. 4, 4, 12 saxorum -e laxata munimenta defecerant. COLVM. 9, 6, 4 resolutis structurae -bus. LVCAN. 3, 491 -em solvere muri. 7, 857 *tumuli* effudere suas victis -bus urnas (QVINT. decl. 299 p. 182, 7 resoluta lapidum -e). IVV. 6, 618. SVET. Aug. 43 laxatis sellae curulis -bus. APVL. mund. 32 soluta -e simulacri. AMM. 17, 13, 28 struendo textis -bus ponti. HIER. epist. 96, 13 (*in imag.*) -em loricae. *nota de re incorporea*: PLIN. nat. 2, 5 *orbis absolutus* se ... includit et continet nullarum egens -ium.

B *speciatim*: 1 *i. q. rima quae inter res compactas existit*: LVCR. 6, 1016 *anulus* caecis ... in eo *lapide Magnesio* -bus haesit. VERG. Aen. 1, 293 -bus artis claudentur belli portae. PLIN. nat. 17, 118 (*de insitione*) sic -e densata, ut cicatrici locus non sit. SIL. 11, 456 discisset stagna ... tellurisque globum media -e locasset. 2 *i. q. pars ea, qua coniungitur aliquid cum aliqua re*: PLIN. nat. 11, 139 capitis ossa ... serratis pectinatim structa -bus. HIER. in Eph. 4, 16 p. 619 (*de resurrectione*) -em copulare -i et ... unum corpus efficere (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42). c. Ioh. 33 faciet -em ad -em et os ad os. PAVL. NOL. carm. 31, 318 ossa ... dispersa ... ad -es currere iussa suas.

III *i. quod continet, vinculum*: *proprie*: *cf.* GLOSS. II 264, 30 γόμφος ὁ καλούμενος ἐπίουρος: -gies (*sic*), sudis (310, 9 ἐπίουρος). SEN. nat. 6, 18, 3 nec ventum tenet ulla -es (*cf.* LVCAN. 9, 467 solida Libye -e ... clauderet ... austrum ... cavernis). LVCAN. 2, 487 alnos discussa -e feras *fluvius*. PLIN. nat. 36, 1 montes natura sibi fecerat ut quasdam -es telluris. SIL. 12, 146 *gigantes* minantur rumpere -em impositam. 14, 418 nexae ferri -e triremes. LACT. inst. 3, 2, 2 (*in imag. de philosophia*) partes ac membra ... *nulla* -e inter se cohaerent. PAVL. NOL. carm. 20, 206 ille intus meritae -e catenae solvitur. EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912^C *stipula frumenti* crebris -bus alligata (*ibid.* succingitur). GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 15 *domorum* culmina forti -e pangebantur. *nota*: STAT. Theb. 3, 356 artam -bus (*i. muris*) urbem. DRAC. laud. dei 2, 645 anhelat intra membra *matris* puer vinctus -bus artis. *translate*: LVCR. 4, 1113 in Veneris -bus haerent, membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt (4, 1204 *canes* validis Veneris -bus haerent). LACT. epit. 44, 5 divisio ... -e inseparabili vinciatur. 61, 8 deus virum et uxorem unius corporis -e solidavit (*cf.* inst. 6, 23, 25 quisquis -em corporis [*i. matrimonii*] in diversa distraxerit). FIRM. err. 25, 2 lignum crucis vitam immortali -e restituit. HIER. epist. 64, 20, 6 supernaturale et rationale ... inter se forti -e solidentur et ... nexa sint. PROSP. epigr. 36, 1 (INSCR. christ. Rossi II p. 176, 22, 1) lapides vivi pacis -e ligantur (*cf.* GREG. M. in Ezech. 2, 6, 3).

syn.: concinnantia, concordia, harmonia, iunctura, structura.
opp.: diffluentia, dispersio, varietas.

compāgina, -ae *f. cf. c.* compaginare *et c.* pagina. *idem fere esse videtur quod pagina, tabula, index*: GROM. p. 331, 6 quomodo in litteris computum colligo ab omnis -a litterarum ab A usque ad Z. p. 338, 11 sic a bonis (*leg.* ab omnis) -a litterarum ... limites quibusque finalium explicuerunt. p. 338, 18 de A usque ad Z omnis -a litterarum.

compāginābilis, -e *a* compaginare. SEV. Aug. epist. 109, 3 nos ipsos ... elimatiores et -iores, si tamen admittis hoc verbum, aptare moliamur.

compāginātim *v. p. 2001, 67.*

compāginātio, -ōnis *f. a* compaginare. *fere i. q. 2. compago*: 1 *i. q. status eius quod compactum est*: a *proprie i. q. compositio, commixtio*: RVFIN. Clement. 8, 19 neque atomis gravioribus cum levioribus ... societas aut -o ulla conveniat. PS. AVG. quaest. test. I 2, 3 discretis ... substantiis facta -e mundus vocatur. 106, 3 ante -em mundi fecit deus lucem. b *translate i. q. coaptatio, unitas*: PRISCILL. tract. 4, 79 in -em corporis Christi ... reparemur. AMBROSIAST. in Eph. 4, 11—12 ecclesiae ordinationem ad -em humani corporis in professionis unitate ... compositam. AVG. trin. 4, 2, 4 haec congruentia ... in omni -e, vel si melius dicitur coaptatione creaturae valet plurimum. 2 *i. q. res compacta*: a *proprie*: ANON. de mach. bell. 16 (*de ponte ascogefro*) super utrium -em cilicia sunt ... substernenda. EVSTATH. Bas. hex. 2, 2 p. 881^C totum ... mundum ... in unam societatem -emque devinxit. 2, 7 p. 888^A non propter eximiam -em membrorum, quae nulla sunt ei *stellae*. 8, 4 p. 950^A (*de favis apium*) *thecarum* condensatio tenuissimae textu -is arctata ... opus omne contineat. b *translate*: IREN. 4, 39, 2 custodi figuram, qua te figuravit *deus* ... custodiens autem -em ascendes ad perfectum. 3 *i. q. commissura*: CAEL. AVR. diaet. pass. 70 in ultima -e buccarum. *in imag.*: AMBR. in psalm. 37, 29 *caput* per -es et colligationes totius plebis crescit (*cf.* VVLG. Col. 2, 19 ex quo *capite* ... corpus per nexus et coniunctiones ... crescit).

syn.: coaptatio, colligatio, figura, societas.

compāginātor, -ōris *m. a* compaginare. GRAMM. suppl. 297, 25 -r ... per tor syllabam scribendum *est*. 300, 9.

compāginātus, -ūs *m. a* compaginare. GLOSS. II 444, 22 συνάρμοσις. *cf. etiam p. 2001, 76.*

compāgino, -āvī, -ātum, -āre [*a* 2. compago. *Th.*]. GLOSS. συναρμόζω. συναρμολογῶ. -vit: coniunxit. -atam: coniunctam. conpegisti: -asti. IV 289, 54 struices constructi, -ati (V 516, 4). GLOSS. Verg. C 295 p. 490 H. coniuncta: -ata. *legitur inde ab* ITALA (*v. p. 2001, 25 sqq.*) *et* IREN.

1 *i. q. componere, coniungere res singulas*: a *proprie*: QVEROL. p. 54, 16 fragmenta *urnae* ... potesne agnoscere? :: ita ut -ari per me possent omnia. AMM. 16, 8, 10 *pontis* asseres et axiculos -bat. 23, 4, 2 ferrum inter axiculos duos firmum -atur. AMBR. Ioseph 3, 17 resinae temperamento lapides ... -antur (*cf. in imag.*: fid. 2 praef. 10 *lapides* mens nostra componat naturalisque sensus ... -et [*syn.* contexet]). RVFIN. Basil. hom. 1, 3 reliqua ... membrorum indumenta ei (*cordi*) circumtexi -arique (*de partibus corporis*: PRVD. perist. 10, 890 revulsis qui medetur ossibus aut fracta nodis sarciens -at. AVG. serm. 271, 1 [*in imag.*] membra dispersa ad unum caput Christum -ata. PETR. CHRYS. serm. 132 p. 562^B conexa sibi et -ata *membra*. *adde*: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 160 *cochleae* habent ... -andi *vulnera* virtutem). AVG. conf. 13, 20, 45 (*de fabricatione mundi*) iam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuisse . . . quae tu (*deus*) contraheres et -res atque contexeres. in psalm. 31 serm. 2,25 distortum lignum . . . in pavimento aequali non collocatur, non -atur nec adiungitur. HIST. Apoll. rec. A 25 p. 47,12 secari et -ari tabulas . . . et facere loculum. **b** *translate: c. obiecto solo*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1,3 p. 9, 4 Engelbr. utraque (*i. mens et ratio*) pariter -ata et sibi invicem mixta. AVG. serm. 336,1 domum domini non faciunt, nisi quando in caritate -antur. SIDON. epist. 5,8,1 trochaeis . . . in metrum hendecasyllabum -atis. BOETH. mus. 1,2 p. 188,2 tanta stellarum cursus coaptatione coniuncti, ut nihil aeque -atum, nihil ita commissum possit intellegi. GREG. M. moral. 6,60 divisas . . . hominum nationes -atis ad unum mentibus . . . astringeret. *nota i. q. terminare*: TRACT. de sepulchr. grom. p. 271,6 extremis ac -antibus agros limitibus vel viis. *c. dativo*: AMBROSIAST. in Col. 2,18—19 ad ipsum . . . conversi reaedificantur -ati fidei eius. AVG. bapt. 4,12,18 in bona fide . . . et caritate -atus ecclesiae. c. Faust. 6,9 p. 301,4 tabernaculo . . . dei, quod est ecclesia, non -ari . . . peccatum est (*cf.* ISID. in lev. 17,11 tabernaculum . . . dei . . . non -ari *eqs.*). in psalm. 122,1 unitas nos -at uni *deo*. 131,13 qui est in caritate atus lapidibus vivis. AVELL. p. 653,20 synodum factam Chalcedone unam esse et convenientem et -atam praedictis . . . conciliis. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 712^A^ cogitationes . . . sibi invicem -antur, dum una alteram subsequitur. GREG. M. moral. 26,15 in cordis cardine ei (*i. veritati*) -ata concordant *verba*.

2 *i. q. componendo conficere res totas*: **a** *proprie de rebus corporeis*: *de corpore humano*: ITALA Col. 2,19 (Rufin. Orig. in lev. 6,5) ex quo *capite* omnis iunctura conexa et -ata (ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, ITALA cod. d: corpus conexum et conductione subministratum et provectum, VVLG. subministratum et constructum) crescit. AMBR. paenit. 1,6,28 corpus omne -ando potius quam solvendo. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91^C^ ex quattuor elementis -atum corpus. *cf.* Basil. hom. 1,3 primum omnium coagulari et -ari cor. CASSIOD. anim. 9 p. 1295^A^ caput nostrum sex ossibus -atum *est*. AMM. 16,11,8 *naves* ad -andos paraverat pontes (18,2,9. 21,12,9 *ponticulos* ante -arant. 23,3,9. 25,7,4. 30,10,2). 21,2,1 *axiculis* orbis *scuti* erat -atus. 23,4,11 testudo -atur immanibus axibus roborata. 28,2,3 -atae formae e roboribus. SERV. Aen. 11,554 de libris arborum volumina . . . -bantur (ISID. orig. 6,13,3). SCHOL. Hor. Vind. ars 127. AMBR. in psalm. 6,19 -ata eius *parietis* structura. HIER. in Eph. 2,19 p. 584 (*bis*) aedificatio -ata crescit in templum. RVFIN. hist. 9,11,6 compositam et -atam machinam (*i. simulacrum*) pandunt. Orig. in gen. 1,14 p. 158^B^ omnia, quae a deo facta sunt, coniuncta et -ata dicuntur. PS. AVG. quaest. test. I 23,3 primum . . . domum -ari et sic habitatorem induci. 106,10 -atur in specie mundus (106,16 ex quibus *substantiis deus* mundum -ret. 107,1). EVSTATH. Bas. hex. 9,6 p. 964^B^ aratrum -emus. PS. FVLG. RVSP. serm. 9 novit eam *navem* artifex dominus -are. *adde* (*in imag.*): PAVL. NOL. epist. 32,10 basilicas nostras tuis . . . litteris -are curavi (*syn.* coniunctae sunt). *nota i. q. continere*: PAVL. NOL. epist. 1,1 quorum *ossium* structura nos in corporis habilitate -at.
b *translate de rebus incorporeis*: IREN. 3,11,9 speciem euangelii bene compositam et bene -atam esse. RVFIN. Clement. 5,31 omnia illa quae simulata vel . . . ministerio daemonum -ata . . . proferuntur. Basil. hom. 2,1 talis natura ipsa verbi spiritu -ante formata est, ut *eqs.* (*cf.* AVG. serm. 126,15 ne ibi [*i. in verbo, sc. in Christo*] sit aliquid coagmentatum et copulatum et duplex et -atum [*opp.* simplex]). AVG. in psalm. 88 serm. 2,14 matrimonium . . . caritate -atur. PS. AVG. quaest. test. I 108,7 de ceteris linguis collecta sit *lingua Hebraea* particulatim et -ata. EVSTATH. Bas. hex. 4,5 p. 908^A^ circulus quidam et chorus atus. BOETH. in top. Cic. 1 p. 275,31 *argumentationes* propositionibus -ari atque coniungi. ENNOD. opusc. 9,6 p. 417,8 species trino -atae consortio societatis . . . coniunguntur. EPIST. pontif. 700 (Gelas. 42) 8 centonem de Christo Vergilianis -atum versibus. GREG. TVR. Franc. 2,34 scripsit . . . libros sex versu -atos. FERREOL. reg. 18 gesta martyrum . . . -ata studio et sermone digesta sunt.

3 *i. q. lapidibus sternere*: LIB. pontif. p. 123,20 atrium omnem -vit.

? adv. **compāginātim**: PASS. Thom. p. 138,10 dum providetur matri filius cupiditissim educitur (*ubi var. lect.* -m, frustratim, frequenter).

syn.: coagmentare, coagulare, colligere, committere, componere, conectere, coniungere, construere, contexere, copulare, miscere.
opp.: solvere.

deriv.: compaginabilis, compaginatio, compaginator, compaginatus.

?compagitus, -ūs *m. a* compagere (*sc. i. q.* 1. compingere *q. v.*): GLOSS. II 245,16 ἁρμολόγησις. *an leg.* compagi⟨na⟩tus? *cf. etiam s. v.* compagum *p. 2003, 59*.

1. compago, -ere *v.* 1. compingo.

2. compāgo, -inis *f.* [*cf. c.* compages. *Th.*]. DVB. NOM. gramm. V 575,10 -o generis feminini, ut Varro, haec compages. SACERD. gramm. VI 475,17 compage . . . non -ine a nominativo singulari haec compages, non haec -o; nam -inis, -ine diceretur. GRAMM. suppl. 110,17 nominum in o exeuntium genetivus singularis . . . ⟨in⟩ inis . . . -o, -inis. GLOSS. coniunctio. copula, coniunctio. iunctura. -es: ἁρμογαί. iuncturae. coniuncturae. -bus: iuncturis. IV 322,38 coniunctio: conbinatio, -o, conexio. *legitur ap.* VARRONEM (*v. p. 2001, 80*), *rursus inde ab* OV. MANIL. GERM. *de usu singulorum casuum v. p. 1997, 46 sqq.*

I *i. q. compactio, colligatio, compositio*: **A** *i. q. status eius quod compactum est*: **1** *de rebus corporeis*: PS. QVINT. decl. 8,11 quicquid nos elementorum varia -o formavit. TERT. pudic. 20 (*in imag.*) in -em aptos . . . substrui lapides. resurr. 52 p. 108,3 *granum* copia feneratum, -e aedificatum, ordine structum. HIER. c. Ioh. 25 (*ex Origine*) substantiam carnis *in resurrectione* . . . non . . . in antiquam redire -em (RVFIN. apol. adv. Hier. 1,42 corpus . . . in suam -em iuncturamque redigetur. *cf. p. 1998, 3*). DRAC. laud. dei 3,713 membrorum currit -o per artus. **2** *de rebus incorporeis*: TER. MAVR. 76 vocum ne series hiet neu -o fragosa sit (*cf. p. 1998, 17*). IREN. 1,3,1 Hori et crucis . . . et Aeonum -o (*i. intima societas.* σύμπηξις). 1,9,3 soluta est octonationis illorum -o (σκηνοπαγία). AVG. in psalm. 68 serm. 1,3 in his duobus (*i. anima et corpore*) familiaritatem conglutinationis et -is. **3** *allegorice apud* ECCL. *fere i. q. unitas*: CYPR. epist. 55,24 ecclesiastici corporis -em . . . rescindere (*sim.*: AVG. civ. 19,13 qua *parte* nec dolor urit nec -o ipsa dissolvitur. SACR. Leon. p. 337 sacri corporis [*i. ecclesiae*] . . . vera -o. p. 340). FIRM. err. 27,1 vita hominis perpetuae immortalitatis -e stringeretur. PAVL. NOL. epist. 44,4 commembrata in domini corpore fidei -o. AVG. bapt. 5,2,2 qui . . . *non* ab unitatis -e recesserunt. 6,14,23 ad . . . -em corporis Christi . . . accedunt. in psalm. 55,3 haec -o tamquam unius hominis facit duos in carne una. 111,1 se ad spem sanctae firmaeque -is tamquam lapidem vivum . . . convertit (*sim.*: 149,2 -o spiritualis, aedificium de lapidibus vivis. PROSP. in psalm. 146,2 non est firma -o si . . . non unus sonus est cordis). CASSIAN. conl. 7,6,4 -is illius per quam corpori eius (*i. Christi*) valeat copulari.

B *i. q. res ex diversis partibus compacta; cf.* GLOSS. II 110,35 συναρμολογούμενον: **1** *de rebus corporeis*: **a** *accedit genetivus*: CELS. 4,14 a -e corporis ad viscera transeundum est (TERT. adv. Marc. 5,8 p. 599,23. FIRM. math. 2,13,6 -o corporis solveretur. VEG. mulom. 2,9 totius corporis *iumenti* -o [CHIRON 149]. CHIRON 220. AMBROSIAST. in Rom. 6,3 corporis manente -e. HIER. c. Ioh. 25 totius . . . -o corporis resurgat in novissima die. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 1,8 corporis nostri -o . . . exigua ab initio nativitatis. AVG. civ. 22,30 epist. 142,3. in psalm. 130,6 solveretur -o corporis in pace. EPIST. pontif. 385 [Coelestin.] Migne 50 p. 541^B^ periclitatur corporis tota -o [*opp.* membrum aliquod]. BOETH. mus. 1,1 p. 186,3 tota nostrae animae corporisque -o musica coaptatione coniuncta sit. CASSIOD. in psalm. 30,13 ossa . . . fortitudo est qua -o corporis sustinetur. GREG. M. epist. app. p. 450,25 tota . . . corporis -o afficitur si pars eius . . . laceratur. moral. 32,28. PASS. Mar. Iac. 5 p. 52,13 de nervis suis totius corporis -o penderet. *cf. infra l. 80*). SEN. epist. 91,12 flammarum violentia -em soli ruperit. STAT. Theb. 7,43 ferrea -o laterum *domus*. PS. QVINT. decl. 8,13 solvitur . . . caeli siderumque -o (*cf.* MACR. somn. 1,18,5 septentrionum -o non solvitur. *adde*: APVL. mund. 1 omnis . . . siderea -o aether vocatur). PS. QVINT. decl. 19,12 leviter sedibus suis remota -o fidicularum . . . membra laxaret. FIRM. err. 21,4 duorum *cornuum crucis* quae per latus vadunt -e (21,5). SYMM. epist. 1,12 -o *crustarum* solidum mentiatur (IORD. Get. 34,178 quarum tabularum -o ita solidum mentiebatur, ut *eqs.*). AMM. 30,9,6 pulchritudo staturae lineamentorumque (*sc. figurae*) recta -o (*cf. p. 1998, 83*). HIER. epist. 100,9 omnis -o nervorum atque artuum solvebatur. *cf.* RVFIN. Orig. princ. 1,1,6 invalida . . . et imbecilla membrorum est -o (AVG. civ. 19,12 quam diu -o membrorum manet. 21,3 -o membrorum atque vitalium sic infirma est. PETR. CHRYS. serm. 30 p. 284^C^ in illo paralytico fuerat -o turbata membrorum. PASS. Thom. p. 152,23. *in imag.*: PELAG. in Eph. 4 p. 831^C^ consensum debet habere in uno corpore omnium -o membrorum. PAVL. NOL. epist. 24,15). HIER. in Is. 3,23 p. 62 quibus *acubus* ornatorum crinium -o retinetur (ISID. orig. 19,31,9). VVLG. Sirach 27,2 in medio -is (ἁρμῶν) lapidum palus figitur. PRVD. perist. 5,111 -o . . . ossuum divulsa membratim crepet (AVG. serm. ed. Mai 138,3 ossium -o membrorumque perfectio. SIDON. epist. 3,13,9 [*de curvatura costarum*] ossium ramosa -o. *cf.* BACHIAR. repar. laps. 16 costarum -o nudata visceribus). AVG. serm. ed. Mai 28,4 -em palmarum rumpit . . . foratura clavorum. un. eccl. 5,9 (*de arca Noes*) admittat aquam -o lignorum (*cf. ibid.* compacto ligno). CHIRON 37 omnis . . . -o colligationis (*i. tumoris*) corrupta solvitur. VINDIC. gyn. p. 445 *intestini* series, id est -o, cum tribus foraminibus porrigitur.
b *absolute*: *generatim*: TERT. resurr. 60 p. 121,21 *navem* sine -is totius incolumitate salvam (60 p. 121,28). VVLG. exod. 36,29 in unam -em pariter ferebantur *tabulae tabernaculi*. AVG. in psalm. 141,18 omnis haec -o et fabricae distinctio. CAEL. AVR. chron. 3,8,117 (*in descriptione balneorum*) *in aquam marinam ferventem* quadrangulam -em (*i. arcam*) immittendam . . . sed praeliganda -o pelle. *speciatim i. q. corpus* (*cf. supra l. 33 sqq.*): PS. APVL. Ascl. 10 est ipsius *hominis* una -o. ARNOB. nat. 7,3 ad eorum *deorum* -em retinendam . . . opus est suffectione materiae. 7,34 *deos* habitum . . . suum -e in corporea continere. CHALC. comm. 134 *daemonum* -o ex aetheris serenitate aërisque liquore conexa. AVSON. 336,82 triplex -o Chi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maerae *est.* 417,30 tota per innumeros artus -o vacillat. Ps. AMBR. serm. 61,4 nec post obitum recalescens -o fatiscere novit. PAVL. NOL. carm. app. 2,43 -o quem soluta membratim iubet sedere lecto. epist. 5,11 (*in imag.*) non suae -is dolorem. DRAC. laud. dei 1,346 vocem -o *primi hominis* dedit, nova machina. *adde:* SCHOL. Iuv. 11,116 cum ... fictilis tota Iovis -o (*i. imago*) esset. PAVL. NOL. carm. 27,462 cui *domui* -o stat vertice Christi. 2 *de rebus incorporeis:* MANIL. 1,840 *flamma* aequali laterum -e ductus quadratamve trabem fingit (*cf. p. 1999,28*). TERT. adv. Hermog. 26 p. 155,5 aufer hinc 'autem' et soluta -o *sententiae* est. TER. MAVR. 445 ἦτα quod -o ficti comprehendit nominis (*sc.* νεικεῖν, *i.* νη-εικεῖν). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2,13 Engelbr. (*de Christo et deo et homine*) mira et exquisita -o (*ibid.* permixtio). MACR. somn. 1,6,7 ex uno et sex -o prima *numeri VII* componitur (*cf. p. 1999,27*). BOETH. syll. catheg. introd. 762^{D} syllogismorum -o propositionibus texitur. 3 *de hominibus i. q. societas:* Ps. QVINT. decl. 8,12 (*de geminis*) ex isdem illa duorum corporum animorumque -o seminibus oriatur. PROSP. in psalm. 131,1 dei civitas et omnis -o sanctorum.

II *i. q. commissura, iunctura:* A *de rebus corporeis; cf.* GLOSS. II 245,17 -o: ἁρμονία μελῶν ἀνθρώπου. IV 41,7 corporis commissura: MANIL. 1,727. TERT. anim. 14 (*de organo hydraulico*) tot membra, tot partes, tot -es. ITALA Hebr. 4,12 (Mutian. Chrysost. hom. 7,11) ad divisionem ... -um (*gr. et* VVLG. *v. p. 1999,60sqq.*) ... et medullarum. PAVL. NOL. epist. 16,2 omnis -o *mundi* resolubilis *est.* BACHIAR. fid. 2 in qua *spina* ... nodorum -o dissoluta perdurat. MARCELL. med. 34,67 omnibus ossuum -bus affectus et contractus. *i. q. pars qua compingitur aliquid cum aliqua re:* TERT. resurr. 32 p. 70,22 'faciam -em ad -em et os ad os'. PELAGON. 257 si a locis -es articulorum recesserint. CHIRON 220 umor sudoris in ventrem se desidet inter intestina et ventris -em (VEG. mulom. 2,15,1 intra ventris intestinorumque -em). CAEL. AVR. chron. 1,4,75 sinistram -em *oris* quam Graeci χαλινόν vocant. ISID. orig. 11,1,85 -o capita sunt ossuum dicta eo quod sibi compacta nervis velut glutino quodam adhaereant (GLOSS. V 184,5).

B *de compositione verborum:* PRISC. gramm. II 180,15 -em, qua cohaerent in compositione dictiones, immobilem manere. 180,20 Graecorum de -e rationem. 180,24 incipit labefactari -o compositionis. 568,25 sunt quaedam *verba composita* quae non servant compositionis verborum -em.

III *i. quod continet, vinculum: proprie:* OV. met. 1,711 disparibus calamis -e cerae inter se iunctis. MANIL. 1,719 rara ... labent -e rimae. GERM. 180 *sidus* media ... ligat -e divos. TERT. pudic. 5 noster hic cuneus est, nostra -o. VVLG. exod. 26,24 *tabernaculi tabulas* una omnes -o retinebit (*cf. ibid.* iunctura). *nota:* IVV. 3,304 omnis ubique fixa catenatae siluit -o (*i. sera*) tabernae. CARM. de Sod. 145 crispam conchae et duplici -e (*i. concha*) clausam *gentem maris.* *translate: absolute:* FIRM. math. 2,19,2 illa pars, in qua horoscopus est constitutus ... est cardo primus et totius geniturae -o atque substantia. HIER. epist. 64,2 haec ipsa inter se forti -e solidentur. *c. genetivo:* PAVL. NOL. epist. 44,3 *cedri* in arcae fabricam -e caritatis erectae. AVG. civ. 15,27 *gentes* eius (*i. ecclesiae*) unitatis quadam -e continentur. un. eccl. 5,9 ne pacis -o solvatur. SALV. gub. 3,1 opus hoc ... caelestium scripturarum -o solidarit. VEREC. in cant. 6,7 infidelitatis -e caruissent. *nota de sermone:* Ps. AVG. categ. 1 ceteras voces ... -es orationis potius quam partes eius debere nominari.
syn.: coagmentatio, conglutinatio, iunctura.

? **compagum** (conpagum) iterum nascendi GLOSS. IV 496,38 (V 280,7 compagutum). *latetne* compag⟨it⟩um?

1. compāgus, -ī *m. a* com *et* pagus. *fortasse i. q. compaganus:* Ps. FVLG. RVSP. serm. 11 *mulieres* unius -i tegmine retentae. *inde in agnomine dei:* LEX pag. Herculan. (Corp. X 3772) 2 magistrei Iovei -ei. *ibid.* 7. *cf. etiam nom. propr.* *Wulff.*

2. compagus *v.* campagus *p. 208,3sqq.*

compallidus, -a, -um *a* com *et* pallidus. *qui una cum altero pallidus est:* PAVL. NOL. epist. 22,2 nos adeant et revisant -i (pallidi *O*) nostri.

compalpo, -āre *a* com *et* palpare. *idem fere q. palpare, mulcere: corporaliter:* ITALA gen. 27,12 (Aug. serm. 4,13,13) ne contingat me (*Iacob*) et -et pater meus (μή ποτε ψηλαφήσῃ με ὁ πατήρ. ITALA Lugd.: ne forte palpet me, VVLG. si attrectaverit me). AVG. serm. 362,13,13 vident oculi discipulorum *Christum qui resurrexit,* -at manus, ne dubitet animus. MIRAC. Steph. 2,2,6 attrectabili manu os suum corrigi et -ari persensit. *in imagine:* AVG. serm. 348,2,2 noli superficiem -are, descende in te, penetra interiora cordis tui. *translate i. q. delenire, mollire, adulari:* AVG. c. Faust. 19,1 -andi Iudaeorum furoris causa. in euang. Ioh. 3,8 non se quisque -et, redeat in conscientiam suam. *Mbr.*

compango *v.* 1. compingo.

compāniēs, -eī *v. infra l. 83.*

? **compānio,** -ōnis *m. a* companium. *i. q. eiusdem companii membrum, i. socius, compar:* LEX Sal. 63,1 si quis in hoste in companio de -es (*sic H, at 2a* compagenses, *2b* companiei) suos hominem occiderit. *fort. addendum p. 2024,23.*

compānium, -ī *n. a* com *et* panis. *i. q. contubernium, societas:* LEX Sal. 63,1 in -o *v. p. 2003,82.* *Wulff.*

***compar,** -is *adi. et subst.* [*a* com *et* par, *cf.* 2. comparare. *Th.*]. *cf.* GRAMM. suppl. 114,2 sic declinantur ab hoc nomine ('*par*') composita hic et haec et hoc -r sic dispar inpar. *formae:* conpar *saepissime.* cumpar: CORP. III 4514,2 cumpari suo. 10237,3. V 1642,2. VI 32946,2. XI 2567,2. copare: CORP. V suppl. ital. 366,3. cupare: INSCR. christ. Rossi I p. 190. 206. *de declinatione: ablat.* compare: OV. am. 3,5,38 ars 3,359 MANIL. 2,666 MART. 6,77,7 *al.* INSCR. *saepius.* compari: PERVIG. Ven. 37. *nota fem.* compara: CARM. epigr. 218,3 *infra l. 30.* *de dat.* compatri (CORP. III 2027) *et abl.* conpatre (CORP. III 3990), *quae fort. huc trahenda sunt, v. p. 2024,12sqq.* GLOSS. σύζυγος. σύνζυγος. συνζύγιος, partim potens (par, competens *Büch.*). conveniens. aequalis. gihaeplicae (*anglosax. i. q. conveniens*). *fort. ad hoc voc. pertinet:* SVID. κόμπαρος, ὃς συνέζευκται εἰς ὑπηρεσίαν τινὶ ὁμοίως τὴν αὐτὴν ἐκτελῶν χρείαν. *legitur inde a* PLAVTO, *frequentant* INSCR.

adiect. *idem q. par:* 1 *de animantibus:* ARNOB. nat. 4,23 personae. *additur qua re:* VAL. MAX. 9,14 ext. 2 ita lineamentis oris et omnium membrorum -es erant. MART. CAP. 1,93 vers. -r studio *virgo.* EVG. TOLET. carm. 6,9 -r meritis Encratia. *c. gen.:* GELL. 7,11,1 quia tantisper similis et -r eorum fias, dum paria et consimilia dicas atque audias. ANTH. 328,2 Iectofian ... priscorum -r. *c. dat.:* LIV. 8,6,15 tribuni tribunis -es. HOMER. 897 Aeacidae nec erat -r (*Spondanus,* corpus *codd.*). LVCIF. Athan. 2,24 p. 191,17 si non -r illis inveniaris. HYMN. Ambros. I 9,18 patrique -r unice. ILDEF. vir. ill. 5 perfectissimis viris -r habetur. CORP. III 8193,8 in Moesia dis -i *imperatori.* *c. gen. vel dat. rei:* APVL. met. 4,31 ut per totum orbem non inveniat miseriae suae -em. *c. dat. et abl.:* CARM. epigr. 218,3 (*aevi fere Hadr. imp.*) *equa* cursando flabris compara. *c. dat. et praepos.* in: ASCON. Corn. p. 66 Cl. -r in ea gloria P. Sulpicio. LVCIF. reg. apost. 12 p. 61,19 neque enim quisquam in nequitiis tibi -r inveniri poterit.

2 *de rebus:* VARRO Men. 57 ars (SIDON. epist. 9,15,1). ling. 9,65 singulare. PRIAP. 37,12 -r *mentula* (*Scaliger,* parva *codd.*). 50,6 corona. OV. ars 3,556 frena. LIV. 1,9,6 conubium. 23,6,8 postulatio. GELL. 14,3,10 *opp.* ambiguus. HYG. astr. 4,14 p. 118 ratio (MART. CAP. 7,758). TERT. adv. Marc. 1,16 p. 311 membra (*opp.* disparia). TER. MAVR. 2231 *versus.* PERVIG. Ven. 37 -i ... pudore. NON. p. 42 coniunctiones aptae et -es. AVIEN. Arat. 232 flamma. orb. terr. 829. PAVL. NOL. carm. 27,143 vota. MART. CAP. 1,24 vers. propositum. 6,585 vers. ordo. CASSIOD. in psalm. 121,5 iudicium. 133 praef. voluntas. INSCR. christ. Rossi I p. 455,1003 (= CARM. epigr. 1370) (*a. 525*) te -e luctu perpetuis lacrimis plangit amata domus. *c. dat.:* LVCR. 4,122 inventast illis quoque -r natura. LIV. 28,42,20 quam -r consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. MANIL. 4,47 adiacuit Libycis -r iactura ruinis. AVIEN. orb. terr. 344 non olli (*Nilo*) -r quisquam fluit. 563 insula quae platani folio -r sedet. BOETH. arithm. 2,25 p. 113,17 latitudini longitudo et his duobus -r est altitudo. 2,28 longitudini -r est latitudo. herm. pr. 2,10 p. 134,13. CASSIOD. var. 12,4,5 distillat gemmis -em liquorem. EVG. TOLET. carm. 87,2 lactuca labris -r est. ISID. nat. 5,1 *mensis* Iunius -r est Iulio (*ibid.* Maius respondet Augusto).

subst. masc. *et* **fem.:** 1 *generatim i. q. socius, sodalis, comes, amicus* (*amica*): PLAVT. Cas. 797 meus socius (socerus *P*), -r, commaritus vilicus. Pseud. 1026 primum omnium iam hunc -em metuo meum. BELL. Hisp. 23,4. MANIL. 2,666 sine -e (*Dorvillius,* corpore *codd.*). ASCON. Pis. p. 14 Cl. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. A b,1 in Numidia quod ante annum tertium cohortem et qua⟨ternos⟩ ex centuris in supplementum -um tertianorum (*i. alterius legionis III*) dedistis. TERT. orat. 12 apol. 4. ITALA iud. 11,37 (Ambr. obit. Valent. 49) ego et -es amicae meae (αἱ συνεταιρίδες μου. ITALA Lugd.: ego et coaetaneae meae. VVLG. cum sodalibus meis). ITALA (cod. g) *et* VVLG. Phil. 4,3 germane -r (γνήσιε σύνζυγε. ITALA cod. d: dilectissime coniux). LACT. inst. 6,20,13 alios illis (*gladiatoribus*) -es dari poscunt recentiores. LVCIF. moriend. 7 p. 299,16 -bus tuis, quibus te morum coniunxit similitudo. QVEROL. p. 13,1. VVLG. II reg. 2,16 apprehensoque unusquisque capite -is sui. Ps. VEN. FORT. vita Med. 2,6 Eleutherium quendam puerulum -em. *nota:* SEDVL. hymn. 2,82 *de mulieribus quae ad sepulchrum Christi venerunt.* *c. gen.:* PELAG. in Phil. 4 p. 851^{A} qui erat -r officii. *c. dat.:* AVSON. 214,5 tu quondam puero -r mihi, discipulus mox. *de bestiis:* HOR. carm. 2,5,2 munia -is aequare. COLVM. 7,3,18 virgea cum -bus area claudi oportebit *agnum.* MART. 6,77,7 Atlans cum -e ginno (gibbo *pars codd.*). CASSIOD. var. 8,31,2 strepentes sturni -es sequuntur indesinenter exercitus.
in imagine de rebus: LACT. inst. 6,18,19 si ... improbitas impatientiam sibi -em nacta est.

2 *speciatim i. q. coniunx:* a *i. q. maritus:* CORP. III 4514,3 caro cumpari suo. 7549,5 -i virginio (ἀνδρὶ παρθενικῷ). 8742,1 *cuidam* conpari carissimo ... una cum filia sua *uxor.* 8804,1. 10237,3. 11026,7. V 180,2. 195,5. 914,14. 1628,5. 6191,3. 6215,2. 6465,4. VI 31980,5. 7. 32959,6. 36431,1. X 672,6. XI 1731,5. 2567,2 INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 637 Nuovo bull. crist. 1901 p. 253. INSCR. christ. Rossi I

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 190 (*a. 366*) cum cupare (p. 206 [*a. 368*]). p. 204 (*a. 368*). *de bestiis*: AMBR. hex. 5, 7, 18 -em suum et bos requirit. *ibid. iter.* in psalm. 19, 13 unde turturi studium pudicitiae, quae -e amisso concubitui indulgere non novit? (EVG. TOLET. carm. 35, 13 ut turtur solus amisso -e plango). **b** *i. q. uxor*: OV. ars 3, 359 bellatorque sua prensus sine -e bellat. VERS. metr. Rufin. gramm. VI 563, 5 o quae tenerulae -is tenes crinem. RVFIN. hist. 3, 30, 1 (σύζυγον). PS. BOETH. fid. cath. 77. PASS. Thom. p. 151, 12 hortare sororem tuam -em meam. CORP. III 1895, 4. 4185, 2. 7724, 6. 11026, 7. 11634, 4. 11734, 6. 12719, 11. 14292, 13. 14340^{5}, 1. 14610, 6. 15172, 5. V 1250, 4. 1671, 2. 1642, 2 cum cumpare sua. 2065, 4. 6215, 5. 6233, 1 cum comparem suam (6239, 5). suppl. ital. 358, 1. VI 16867, 4. 32946, 2. VIII 23053°, 2. X 673, 4. 7123, 3. XIII 3483, 6. XIV 1904, 2 Ostiae Macsimus fecit -i benemerenti. CARM. epigr. 548, 6 -i dulci suae incomparabili solac. INSCR. christ. Kraus I 168 Leblant 263 Rossi I p. 67, 107. p. 120, 251. II p. 88, 36 INSCR. Nuovo bull. crist. 1901 p. 253 Jahresb. d. öst. arch. Inst. VII (1904) p. 9 Notiz. degli scavi 1888 p. 492. *incertum, utrum sit maritus an uxor*: CORP. V suppl. ital. 366, 3. *de bestiis*: CATVLL. 68, 126 nec tantum niveo gavisa est ulla columbo -r. OV. am. 3, 5, 38 tu vir et in vacca -e taurus eras.

neutr. subst. *i. q.* ἰσόκωλον: RHET. Her. 4, 20, 27 -r appellatur, quod habet in se membra orationis ..., quae constent ex pari fere numero syllabarum.

deriv.: 2. comparare (*de quo* GRAMM. suppl. 14, 10). *cf.* comparilis. *Simbeck.*

compara, -ae *f. v. p. 2004, 10.*

*****comparābilis,** -e *a* 2. comparare. *is qui comparari potest, similis*: CIC. inv. 1, 42 simile autem ex specie -i aut ex conferunda atque assimulanda natura iudicatur. LIV. 39, 52, 7 non tempore magis congruente -is mors videtur. PORPH. Hor. carm. 4, 2, 57 cornua ... tertiae lunae -ia. sat. 1, 5, 44 nihil ... -e esse iucundo amico. AVG. civ. 8, 6 incommutabilis et ideo nec -is. c. Arrian. 3, 4 creatura ... visibilis ... non ... huic rei ... -is. SVLP. SEV. chron. 2, 1, 4 minime eorum vultus -es. PROSP. in psalm. 101, 7 omnis ... euangelii praedicator his tribus ... avibus -is invenitur. 134, 3 nec est ulla creatura -is creatori. SIDON. epist. 8, 10, 3 incomparabili principi -em panegyricum dixit. CORP. XIII 2250 coniugi rarissimae et animi sui comparabil(i) (*v. de loco adn. edit.*).

neutr. subst. comparābile, -is *t. t. rhetoricae*: CIC. inv. 1, 47 aut credibile aut iudicatum aut -e. 1, 49 -e ... est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. 1, 79 quod -e putant, dissimile ostenditur. 1, 82 pro -i aliquid inducetur. RHET. min. p. 238, 40. BOETH. top. Arist. 1, 13 p. 921^{C} si non -ia sunt secundum magis et minus.

compos.: incomparabilis.

comparāte *v.* 2. comparo *p. 2021, 55.*

comparātīcius, -a, -um *a* 1. comparare. *dubitari potest, utrum coemptus an is qui comparari possit*: TERT. adv. Val. 13 angelorum -um antistatum. *i. q. ad coemendum constitutus*: COD. Theod. 7, 6, 3 (*a. 377*) auri -i, quod per iugationem redditur.

*1. **comparātio,** -ōnis *f. a* 1. comparare. *legitur inde a* CIC. *per totam latinitatem, sed multo rarius quam* 2. comparatio; *singulis locis apud* BELL. Afr. VELL. VAL. MAX. SEN. phil. TAC. PLIN. epist., *ternis*: LIV. COLVM., *6ies* CIC., *saepe apud* VITR. ICTOS. *deest imprimis poetis aliisque.* [*locus dubius*: LIV. 6, 30, 3 provincia [sine sorte, sine -e] extra ordinem data.]

1 *i. q. acquisitio*: **a** *proprie (quae pecunia sim. fit); cf.* GLOSS. ἀγορασία. συνωνή: VITR. 7 praef. 2 praeceptorum -bus omnium. VAL. MAX. 4, 4, 5 anxia divitiarum -o. VELL. 1, 9, 6 ut ... omnium ante actorum -em pecuniae amplitudine vicerit. TRAIAN. Plin. epist. 10, 28 ad -em frumentorum. AFRIC. dig. 14, 1, 7, 2 mercis -em. PAPIN. dig. 41, 3, 44 pr. servorum. TRYPH. dig. 19, 2, 8 ad -em uberioris mercedis. VLP. dig. 5, 1, 52, 1 id testatorem sensisse ex genere -is. PAVL. dig. 50, 1, 21 se -bus cum ceteris miscuit. *et al. apud* ICTOS. VEG. mil. 2, 20 per luxum aut inanium rerum -em. VAL. CEM. hom. 20, 9 pecunia ... ad -em sepulturae reposita. GREG. M. epist. 1, 42 in -e *frumenti*. PALLAD. hist. mon. I 28 ad -em ciborum. *speciatim comparatio publica (frumenti sim.), cf. de re Brasloff, PW. IV 781*: COD. Theod. 11, 15 tit. de publica -e. 11, 15, 1 (*a. 361*) ad -em diversarum specierum, quod synoneton appellatur (11, 17, 4 [*a. 408*] -i transvectionique specierum. 15, 1, 49 [*a. 412*]). 14, 16, 1 (*a. 409*) quicquid super frumentaria -e titulus emptionis invenerit. COD. Iust. 10, 27, 1 pr. (*a. 491*) quotiens urguente necessitate -es frumenti vel hordei aliarumque specierum quibuslibet provinciis indicentur. 10, 27, 1, 1 (*syn. tit.* coemptione specierum). **b** *translate (curae sim.)*: CIC. Mur. 44 non placet mihi ... testium potius quam suffragatorum -o. fin. 2, 92 sit ... tam facilis, ... -o voluptatis. off. 2, 74 quarum *rerum* qualis -o fieri soleat et debeat. SEN. epist. 9, 6 habet ... non tantum usus amicitiae veteris et certae magnam voluptatem, sed etiam initium et -o novae. TAC. Agr. 10 Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos non in -em curae ingeniive referam. TERT. resurr. 41 in mercedis -e. adv. Val. 26 spiritalem emitti in animalis -em. PS. HIL. libell. 9 ad -em immortalitatis. HIER. epist. 49, 14 ad -em pudicitiae .... bonum sit homini mulierem non tangere. OPTAT. 5, 1 p. 121, 20 caelestis regni -em. VEREC. in cant. 2, 15 qui ... dilectus -e Christi sanguinis fuit.

2 *i. q. praeparatio, institutio rei*: **a** *generatim*: CIC. Cluent. 191 totius ... huius ab illa est et inventa et adornata -o criminis. Manil. 9 omne reliquum tempus ... ad -em novi *belli* contulit. BELL. Afr. 35, 4 -em ... pugnae. LIV. 42, 17, 6 cuius *veneni* scire se -em plurimum difficultatis ... habere. VITR. 8 praef. 2 caloris ... si non fuerit in corpore iusta -o. HIL. c. Const. 16 nolo adversum nova venena novas medicamentorum -es. **b** *i. q. exornatio*: *proprie*: LIV. 32, 18, 1 consul minime aequo animo -em militum generisque armorum fieri patiebatur. ANON. de mach. bell. 4 tironum -o, equorum vel frumenti coemptio. *translate*: CIC. Brut. 263 verborum non egens, ipsa illa -e disciplinaque dicendi ... in patronorum numerum pervenerat. HIL. trin. 12, 10 ultra partium infectam -em deus et velit et provideat et peragat. **c** *i. q. constructio*: VITR. 1, 5, 8 uti ex his -bus ad aeternitatem perfectus habeatur sine vitio murus. 2, 7, 3 spissis -bus solidatae. 2, 10, 3 in aedificiorum -bus. 5, 1, 6 -es basilicarum. 9, 8, 4 horologiorum ex aqua -es explicuit. 10, 13, 6 testudinis arietariae -o. 10, 13, 8 quibus sint -bus *machinae*. COLVM. 4, 30, 1 nec emptionis tantum ... pretium onerat vitis rationem, sed etiam -o molestissima. *i. q. constructum*: VITR. 10, 16, 2 unam in -em conferre *praescriptiones*. **d** *i. q. coniunctio*: COLVM. 2, 2, 3 qualitatum ... dissidentium quasi quasdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium -es. 6, 2, 13 custodiendum, ne in -e ... impar cum valentiore iungatur. FAV. EVL. p. 16, 5 -o istarum cordarum symphoniam efficit diatesseron. *i. q. concentus*: VVLG. Sirach 32, 7 -o musicorum (LXX 35, 5 σύγκριμα μουσικῶν) in convivio vini.

synonyma et iuxta posita: coemptio, disciplina, initium.

2. comparātio, -ōnis *f. a* 2. comparare. *legitur inde a* RHET. Her., *sed raro apud poetas. singulis locis habent*: VITR. VELL. PETRON. FRONTO, *binis*: LIV. CVRT. SVET. FLOR. APVL., *quaternis*: SEN. rhet. TAC., *5ies*: PLIN. epist. paneg., *saepe extat apud* RHET. Her. CIC. VAL. MAX. SEN. phil. PLIN. nat. QVINT. ICTOS TERT.

1 *proprie i. q. collatio, parabola; cf.* IVL. RVF. rhet. 37 p. 47 σύγκρισις sive ἀντίθεσις, -o rerum atque personarum inter se contrariarum. SCHEM. dian. 27 σύγκρισις est, quae collatio dicitur, cum -e quadam iustiorem causam nostram quam adversarii demonstramus. GLOSS. σύγκρισις. ἴσωσις. **a** *de actione conferendi*: RHET. Her. 1, 14, 24 translatio criminis, -o. 4, 33, 44 cum -e aut a similitudine aut a praestantia superlatio sumitur. CIC. inv. 1, 17 si iuncta *causa* erit, utrum sit ex pluribus quaestionibus iuncta an ex aliqua -e (*syn.* contentio). 2, 114 eorum enumeratio et cum eis, quos contra dicas, -o. de orat. 1, 257 illa orationis suae cum scriptis alienis -o et ... disputatio. Brut. 134 cum autem ipsum audires sine -e. part. 66 quaeritur ... ex -e quid honestius, quid utilius *eqs.* fin. 2, 44 totum ... discrimen summi boni in eorum (*virtutis, voluptatis*) -e positum. 3, 34 mel ... non -e cum aliis dulce esse sentitur. off. 1, 10 de utili, post de -e eorum disserendum. 1, 58 si contentio quaedam et -o fiat. 1, 152 eorum ... quae honesta sunt, potest incidere saepe contentio et -o. 2, 89 utilitatum -es. epist. 10, 5, 1 mihi ... in -e difficilem *fructum* ad iudicandum *eqs.* ad Q. fr. 1, 2, 16 ut nihil de mea -e deminuam. LIV. 22, 8, 2 levem ex -e priorum ducere recentem equitum iacturam. VITR. 1, 2, 2 ordinatio est modica membrorum operis commoditas separatim universaeque proportionis ad symmetriam -o. PAVL. FEST. p. 181 prima significatio, ex qua procedere in -em debet. SEN. contr. 7, 5, 7 ut -em duorum reorum inirent. 9, 6, 14 -em fecit inter se matris et filiae. *ibid.* per omnis -is partes ducat. VAL. MAX. 1, 7, 2 inter patrem et filium ullius rei -em fieri. VELL. 2, 9, 3 usque in Graecorum ingeniorum -em evecti. SEN. benef. 6, 4, 1 in -e beneficii. epist. 43, 2 -o illam *magnitudinem* aut tollit aut deprimit. dial. 5, 30, 3 nostra nos sine -e delectent. nat. 3, 25, 6 -e eius quo vehi debet. CVRT. 3, 11, 20 in -e meliorum *sarcinarum*. 10, 8, 9 ex -e regis novi. PETRON. 138 si hanc in -e vidisset. PLIN. nat. 1, 37, 77 -o naturae per terras. 10, 27 suos -e eius damnat. *et saepius.* QVINT. inst. 1, 6, 4 -e similium in extremis maxime syllabis. 3, 6, 23 *quaestio* ad aliquid, unde ducta est translatio et -o. 7, 2, 27 duarum causarum -e et coniectura duplici atque diversa. decl. 274 p. 121, 2 in legum -e multa quaeri possunt. *et saepe.* TAC. dial. 23 quibus eloquentia Aufidii Bassi ... ex -e Sisennae ... sordet. hist. 1, 30 neque relatu virtutum in -e Othonis opus est. ann. 1, 10 *Augustum* -e deterrima sibi gloriam quaesivisse. PLIN. epist. 4, 5, 3 cum ipsis orationum virtutibus tum etiam -is aculeis. 7, 4, 3 de -e patris et Ciceronis. paneg. 53 nihil ... sine -e laudatur. FLOR. epit. 2, 15, 1 in -em priorum *bellorum*. 4, 10, 4 in -em cladis. SVET. Aug. 79 ut nonnisi ex -e astantis ... intellegi posset *statura*. rhet. 30 ut Planco silentium imponeret, non audenti in -em se demittere. APVL. met. 7, 2 infelicis asini facta -e medullitus ingemebam. 10, 10 anulum ... cum signo sacculi conferunt; quae -o *eqs.* PS. QVINT. decl. 1, 13 notum de -e personarum locum. FRONTO p. 210 N. -is ... discrimen ... permanebit. GAIVS dig. 42, 5, 16 in -e extranei *eqs.* MARCELL. dig. 46, 3, 68 pr. -e condicionis. PAPIN. dig. 46, 3, 95, 10 tutoris et pupilli debitoris. TRYPH. dig. 34, 5, 9 pr. posterioris decedentis. VLP. dig. 43, 20, 33 ex -e duarum aestatium. TERT. adv. Hermog. 5 quasi diversitas nominum -i resistat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ieiun. 16 admitto testimonialem -em. adv. Marc. 1, 4 ad dei -em. nat. 1, 1 deficit adaequatio -is istius. PORPH. Hor. carm. 3, 19, 1 -em facis virtutum Inachi et Codri. MARCIAN. dig. 37, 5, 20, 1 -o nulla legatorum. TREB. Claud. 1, 2 mulierum . . . vitas scribi Gallieni -o effecerit (ARNOB. nat. 2, 50 qui ut *boni* esse credantur -o forsitan efficiet pessimorum). FIRM. err. 25, 4 aequata societatis -e coniunctum *humanum genus*. IVST. 3, 7, 6 ut in -e damnorum longe pluris fuerit ultio quam iniuria. SVLP. VICT. rhet. 52 p. 346 -o: quo loco . . . in contentionem veniunt et illud quod iniuriae dicitur factum et illud quod commodi dicitur esse quaesitum et aestimatur, quid utilius rei publicae fuerit. CHALC. comm. 330 evidenti quadam -e atque exemplo quaestionem revelat. DON. Ter. Ad. 240 oratoria -e . . . dicit. 262 prae meo commodo, id est: mei commodi -e. MAR. VICTORIN. defin. p. 47, 22 per -em *in reprehensione*. HIL. c. Aux. 4 haec de -e traditae nobis . . . ecclesiae . . . clamavit. in Matth. 12, 20 cumulat . . . invidiam -o. in psalm. 9, 1 sacramentorum occulta per naturas et -es hominum comprehendens. trin. 7, 30 difficile nisi per corpoream -em posset intellegi. LACT. inst. 7, 15, 7 nostra tempora in illius mali -e felicia. FILASTR. 125, 2 in -e multarum poenarum. SERV. Aen. 1, 561 per -em intelleguntur. CHAR. gramm. I 277, 8 icon est personarum eorumve quae personis accidunt -o. SCHOL. Iuv. 4, 13 -e Crispini bonos dicens. SCHOL. Cic. Bob. p. 9, 9 Hild. facta -e. FAV. EVL. p. 16, 23 tertia -is est ratio ex epitrito numero. AMBR. Iob 3, 9, 26 -e . . . caelestium homo quid est nisi iumentum irrationabile? OPTAT. 1, 4 p. 7, 8 diluvii et circumcisionis -o. 1, 6 p. 8, 22 -es laudesque baptismatis. 7, 3 p. 172, 13 in -e beati Petri videbitur levius deliquisse. PELAG. in II Tim. 1 p. 889^C ad -em aliorum possunt dici magistri. HIER. in Dan. 13, 23 p. 733 non . . . per -em legendum est (*opp.* absolute). epist. 18 B 1 de -e Esaiae et Moysi. VVLG. Iob 4, 17 numquid homo dei -e iustificabitur? sap. 7, 8 divitias nihil esse . . . in -e illius (ἐν συγκρίσει). 7, 9 (ἐν ὄψει αὐτῆς). RVFIN. Basil. reg. 2 in -e pessimorum aliquid se iam magni perfecisse aestimat. AVG. civ. 2, 7 istorum -e. 3, 12 in -e peioris vitae. 6, 1 sine ulla dubitatione vel -e. *et saepe*. PS. AVG. quaest. test. I 1, 6 ad -em . . . lucis tenebras condemnant. *saepius*. SVLP. SEV. dial. 3, 2, 2 ne se in -e Martini *Oriens* praeferat Occidenti. MART. CAP. 5, 457 -e est, quam compensationem novi a posterioribus perhiberi. SEDVL. epist. 1 p. 7 Laurentium difficili -e presbyterum. PROSP. in psalm. 101, 24 vita . . . temporalis in -e aeternitatis. 146, 5 in -em dei nihil vere magnum. CAEL. AVR. acut. 1, 1, 92 -e praeteriti temporis. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190^A praeteritis -bus praesentes corrigit et futuros. VAL. CEM. hom. 2, 5 in -e . . . plani et angusti itineris. SALV. gub. 4, 25 in -e supradictorum flagitiorum. eccl. 1, 39 ut in -e apostolicae severitatis mollia ac remissa videantur. SIDON. epist. 2, 10, 3 meliorum carminum -o. 4, 3, 7 si ad sacrosanctos patres pro -e veniatur. CLAVD. MAM. anim. p. 100, 9 omnia . . . dinoscuntur melius contrariorum -e. p. 55, 14 huiusmodi -bus usus est. ALC. AVIT. hom. 7 p. 116, 21 cui tamen virginitatis nitor sine -e praefertur. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 64, 16 quadam ad se invicem collatione sint -eque compositae. ENNOD. opusc. 1, 92 p. 286, 9 in ira sine -e fulmineus. CASSIOD. art. 3 p. 1189^D -o . . . maioris ad minus quaedam quasi similium dissimilitudo est. in psalm. 21, 12 per allegoricas -es crucifixionis suae revelat arcanum. EVGRAPH. Ter. Eun. 232 fit -o per qualitatem. ORIBAS. syn. 4, 13 ad -em genus quadrupedum. COD. Iust. 4, 20 pr. (*a. 530*) -es litterarum ex chirographis. IVLIAN. epit. novell. 44, 2 -o earum (*litterarum*) ex instrumento publico. *saep.* GREG. M. moral. 4, 67 iusti in pravorum -e quieti. 16, 1 in -e . . . dei (*opp.* participatio). ISID. orig. 1, 27, 1 analogia latine similium -o sive proportio nominatur. 7, 7, 13 Nephtalim de conversatione sive -e causa nominis est (*cf.* ITALAM *et* VVLG. gen. 30, 8 *p. 2019, 15*). **b** *de facultate, condicione conferendi*: CIC. Tusc. 5, 38 praestantia debent ea dici, quae habent aliquam -em. PS. QVINT. decl. 5, 11 excedit omnem scelerum -em, patrem mendicum facere nec pascere. TERT. adv. Hermog. 5 non concurrat in plenitudinem -is. adv. Marc. 1, 4 *dei* proprium . . . nullius exempli capere -em. pudic. 8 temperamenta colorum et . . . -es eorum inter se. HIL. in Matth. 22, 1 personarum proprietates et rerum -es. PRISCILL. tract. 6, 91^b -o terrenorum ad deum nulla sit. HIER. epist. 49, 2 ut nulla posse videatur inter uxorem et virginem -o derelinqui. VVLG. Sirach 6, 15 amico fideli nulla est -o (ἀντάλλαγμα). BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 213, 12 duae . . . habitudines et quasi -es oppositae. IVNIL. 1, 5 *allegoria cognoscitur* secundum -em vel similitudinem. CASSIOD. in psalm. 99, 3 venit ad populum fidelem per -es pulcherrimas, quid sit ostendens. VEN. FORT. vita Hil. 6, 19 cuius pulchritudo rosarum et lilii -em praecederet. **c** *t. t. rhetorum, de compositione i. q. exemplum, parabola*: ITALA Hebr. 9, 9 (Mutian. Chrysost. hom. 15 p. 337) quae -o (παραβολή, ITALA cod. d *et* VVLG. parabola) est temporis instantis. TERT. pudic. 8 a vero lumine exorbitant eius -is, quam parabolae materia praetexit. *ibid.* ne aliorsum temperetur facilitas -um, quam quo parabolae cuiusque materia mandavit. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 25 haec . . . -o Iapygi vento confertur. HIL. in Matth. 12, 21 totius propositae -is ratio tractanda est. 20, 5 -o omnis per se absoluta est. sed personis distinguenda et discernenda temporibus est. trin. 8, 16 omnis . . . -o ad intelligentiae formam praesumitur. SERV. Aen. 1, 497 ad hoc . . . sequens pertinet -o (*syn.* exempla vel parabolas vel -es). georg. 1, 514 translationem hanc esse non -em. SCHOL. Stat. Theb. 1, 193 fecit -em contra artem poeticam. AMBR. in Luc. 7, 176 naturam -um spectandam esse non speciem. HIER. epist. 49, 14 secundum hunc -is sensum. PELAG. in II Tim. 2 p. 890^D -is velamine. VVLG. Sirach 47, 17 replesti in -bus (παραβολαῖς) aenigmata. AVG. epist. 135, 1 quantus oeconomiae esset ornatus, quae metaphorarum venustas, quanta in -e sublimitas. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 5 vera et rationabili secundum personam militis -e correctum. MART. CAP. 5, 474 a -e, cuius sunt partes tres, maiora, minora, paria. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 17 illa regula euangelicae -is (CASSIOD. in psalm. 118, 176). 2, 8 per -em dicitur. CASSIOD. in psalm. 17, 35 quemadmodum in -e cervorum permaneat. ISID. alleg. 217 haec -o ad exemplum nostrum proposita est.

2 *sensu latiore ac translate*: **a** *i. q. relatio*: CIC. inv. 1, 15 concessio, remotio criminis, relatio criminis, -o. *ibid.* -o est, cum aliud aliquod factum rectum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum. QVINT. decl. 307 p. 208, 2 nec haec in nobis tantum -o. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 65, 5 inter se quaedam conexio est et talis -o atque relatio. **b** *i. q. proportio*: CIC. nat. deor. 2, 51 solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se -em confectis . . . spatiis. Tim. 13 quae graece ἀναλογία, latine . . . -o proportiove dici potest. HIL. psalm. instr. 21 unicuique generi prophetiae in proprietate titulorum unumquodque genus musicae -is aptatum est. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 92 -e profectus cibi augenda humanitas. 3, 4, 41 in -em ponderis cerae. CASS. FEL. 6 lac ovillum . . . potui dabis pro -e pruritus. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 12 p. 321, 10 si ad numeri referatur naturam -isque alternationem. **c** *t. t. gramm.: i. q. gradus comparativus*: QVINT. inst. 1, 5, 45 huic parti subiungantur licet per -es et superlationes. PALAEM. Char. gramm. I 187, 9 ex omnibus nominibus quae 'us' terminantur veniunt -es et superlationes. *et saepe apud gramm.* DIFF. ed. Beck p. 72, 10 nitidus . . . recipit qualitatem et -em et superlationem. *de actione comparandi adi. vel adv.*: COMINIAN. Char. gramm. I 181, 12 -em recipiunt adverbia. CHAR. gramm. I 112, 13 tit. de gradibus -is sive conlationis. MART. CAP. 3, 284 quae . . . in -e deficiunt ut bene impune. *saepe apud gramm.* **d** *singulariter fere i. q. pactio, lex*: ITALA num. 9, 3 (Lugd.) secundum legem suam, secundum -em suam (κατὰ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ, VVLG. iuxta caerimonias et iustificationes) facies illud.

adduntur iuncturae praepositionales: -o cum *aliqua re*: CIC. inv. 2, 114 de orat. 1, 257 fin. 3, 34. ad *rem*: VITR. 1, 2, 2 PRISCILL. tract. 6, 91^b BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 21 p. 64, 16 CASSIOD. art. 3 p. 1189^D. inter: SEN. contr. 9, 6, 14 VAL. MAX. 1, 7, 2 HIER. epist. 49, 2. inter se: CIC. nat. deor. 2, 51 TERT. pudic. 8. per: PLIN. nat. 1, 37, 77 EVGRAPH. Ter. Eun. 232. secundum: SVLP. SEV. dial. 2, 11, 5. ex: COD. Iust. 4, 20 pr. contra: SCHOL. Stat. Theb. 1, 193.

synonyma et iuxta posita: collatio, conexio, contentio, dubitatio, exemplum, habitudo, laus, parabola, proportio, relatio, superlatio, translatio. *opposita*: absolute, dissimilitudo, participatio.

ᴺ**comparātīvus**, -a, -um *a* 2. comparare. 1 *generatim: i. q. ad collationem, comparationem pertinens. cf.* GLOSS. συγκριτικόν. **a** *adi.*: CIC. inv. 2, 73 infirmatio . . . -a . . . 'At enim satius fuit amittere milites, quam arma et impedimenta concedere hostibus.' 2, 76 ipsam illam -am iudicationem. QVINT. inst. 3, 6, 51 in -o genere (3, 6, 75 translativum genus causae, ut -um et mutuae accusationis. 7, 4, 3 genus causae aut simplex aut -um. FORTVN. rhet. 1, 8 p. 87 *genera controversiae*: simplex rationale, . . . -um rationale, -um legale). QVINT. inst. 3, 6, 90 -us *status*. PS. PALAEM. Char. gramm. I 188, 25 inter -as coniunctiones. EMPOR. rhet. p. 370 deliberationes aut simplices sunt aut ex incurrenti aut -ae. FORTVN. rhet. 1, 13 p. 91, 16 duplex actio sive -a, quae anthoristica dicitur. *et sim. saepe.* 1, 21 p. 96, 34 -a species (MART. CAP. 5, 451 prima *species* relativa, altera -a fulget). 1, 29 p. 102 -as materias. DON. Ter. Phorm. 153 -a qualitas in hac scaena est inter Antiphonis vitam et Phaedriae (PS. ASCON. div. in Caec. p. 99 EVGRAPH. Ter. Phorm. 153). HIL. in psalm. 1, 19 non est impiis -ae huius beatitudinis spes relicta. in psalm. 118 phe 3 -is significationibus amphibola. *huc pertinere videtur*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 127 nulla te -a adiutoria iisdem locis adhibere permittit. **b** *neutr. subst.* comparātīvum, -ī: QVINT. inst. 5, 10, 86 apposita vel -a dicuntur, quae minora ex maioribus . . . probant. 9, 3, 32 in contrapositis vel -is.

2 *speciatim: de comparatione, i. gradatione adiectivi etc.* **a** *adi.*: GELL. 5, 21, 8 nullum . . . vocabulum neutrum -um. ROMAN. Char. gramm. I 217, 11 -o gradu (DON. Ter. Ad. 110 -um gradum pro positivo. AVG. c. Cresc. 3, 73, 85. CASSIOD. in psalm. 118, 9 -us gradus frequenter vim obtinet positivi). DON. gramm. IV 374, 33 nomina significatione diminutiva, intellectu -a ut grandiusculus (CLEDON. gramm. V 49, 21 nomina . . . interrogativa vel -a. PRISC. gramm. II 417, 5). PRISC. gramm. II 186, 2 ablativus -us. III 80, 14 -a adverbia. SCHOL. Ter. p. 63, 7 -um verbum potior, potiris. **b** *neutr. subst.* comparātīvum, -ī, *i. q. gradus -us*: PAVL. FEST. p. 61 citior -um a cito. p. 123 mirior dicebant -um a miro. QVINT. inst. 9, 3, 19 utimur vulgo et -is pro absolutis . . . duo inter se -a committimus. GELL. 5,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

21, 8 in -o. 5, 21, 13 pluria sive plura absolutum esse et simplex, non, ut tibi videtur, -um. CHAR. gramm. I 115, 25 -a ... non possunt habere, superlativa *eqs.* SERV. Aen. 1, 228. SCHOL. Ter. p. 64, 25 -um plus, cuius est positivus multum. **c** *masc. subst.* comparātīvus, -ī, *i. q. gradus -us*: CHAR. gramm. I 112, 16 primus gradus absolutus ... secundus -us, tertius superlativus. 157, 8 gradu -orum. PROB. inst. gramm. IV 56, 34 absolutus, -us, superlativus. POMP. gramm. V 151, 21 -us est tam doctus, praelativus est doctior. DON. Ter. Phorm. 362 ⟨grandior⟩ hic -us non est, sed habet significationem a positivo minus. SERV. Aen. 5, 409. SCHOL. Ter. p. 61, 24 -us potest parvo superantem demonstrare, unde etiam diminutionem accipit. ISID. orig. 1, 6, 32 -us ab eo, quod comparatus positivo praefertur illi, ut doctior.

adv. ⁎**comparātīvē**: *ad comparationem adi. vel adv. pertinens*: GLOSS. συγκριτικῶς. GELL. 5, 21, 14 complures cum dicimus, non -e dicimus. CHAR. gramm. I 113, 1 -e doctius, superlative doctissime. 114, 33 absolutive -e superlative. *collationis, parabolae usu, opera*: HIL. in psalm. 1, 3 in quo -e beatitudinis profectus ostenditur. CASSIOD. in psalm. 76, 18 et hoc quoque -e dicitur.

⁎**1. comparātor,** -ōris *m. a* 1. comparare. *de formis*: PAPYR. Marini 118 comperator. 120 cumparatore. *is qui aliquid emit, parat; cf.* GLOSS. συνωνητής: PAVL. sent. 2, 17, 14 fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus -i sit traditus. CYPR. eleem. 7 negotiatorem caelestis gratiae et -em salutis aeternae. COD. Iust. 10, 21, 1 (*a. 327*) -bus data firmitate perpetua possidendi. *et saepius.* COD. Theod. 3, 1, 2 (*a. 337*) venditor ... possessionem, -r ... id quod dedit pretium ... perdat. PS. ORIG. tract. 5 p. 46, 8 *Ioseph* -i suo periculose servierat. CORP. V 5927 -r mercis sutoriae. PAPYR. Marini 114, 57 adversus eundem emtorem -e⟨m et⟩ heredes eius. *al.* *cognomen* Comparator *utrum huc an ad* 2. comparator *pertineat, dubium est, v. nom. propr.*

fem. **comparātrīx,** -īcis: ZENO 1, 12, 3 iustitiam ... immortalitatis ... -em.

2. comparātor, -ōris *m. a* 2. comparare. *i. q. collator exemplorum*: IVLIAN. epit. novell. 44, 2 omnes ... litterarum -es prius sacramentum praestent et tunc deinde faciant comparationes.

1. 2. comparātum, -ī *n. v. s.* 1. 2. comparo *p. 2017, 76 et 2021, 52.*

comparātus, *abl.* -ū *m. a* 2. comparare. *i. q. proportio*: VITR. 7 praef. 17 amplo modulorum -u corinthiis symmetriis et proportionibus.

comparco *v.* comperco.

⁎**compāreo,** -uī, -ēre *a* com *et* parere; *cf.* FEST. p. 233 'paret', quod et inveniatur in '-et', 'apparet'. *legitur passim* conp-, *cf.* NOT. Tir. 36, 20 CORP. I^2 1 p. 189, I. GLOSS. -o (*vel* comparco: *an* conspargo?) φυρῶ *huc non pertinere videtur.* *extat inde a* PLAVTO *per totam latinitatem. singulis locis ap.* CATONEM LVCR. NEP. OV. EPICED. Drusi QVINT. PLIN. epist., *binis*: SEN. rhet. PLIN. nat., *ternis*: SEN. philos. SVET., *saepius ap.* PLAVT. CIC. LIV. APVL. TERT. Ictos. [*loc. dub.*: HIRT. Gall. 8, 1, 2 *v. p. 2018, 9.*]

I *i. q. in lucem, conspectum venire*: **A** *proprie*:
1 *subi. aliquis*: PLAVT. Aul. 629 qui modo nusquam -bas (-abas *codd.*) nunc, cum -es, peris. LVCR. 6, 1220 nec ... illis solibus ulla -bat avis. LIV. 8, 37, 7 nec auctor nec causa terroris -uit. SVET. Aug. 14 qui desiderabatur repente -uit incolumis. 94 postera luce non -uit *infans.* APVL. met. 7, 2. 8, 16 ne procul saltem ulli *lupi* -uerant. 8, 21 nec ullum usquam miserrimum senem -ere illum. flor. 16 p. 65 nec Philemon uspiam -et. TERT. adv. Marc. 1, 16 non -ente ... mundo alio sicut nec deo eius (*cf. p. 2010, 22.* AVG. serm. 342, 1 deus -et, ut homo deprecetur, et deus latet, ut homo moriatur). VLP. dig. 26, 10, 7, 3 si quis tutor datus non -eat. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 7 pauperem non -ere causatur.
2 *subi. aliquid*: PLAVT. Amph. 630 et memor sum et diligens, ut quae imperes -eant. EPICED. Drusi 407 Lucifer in toto nulli -uit orbe, et venit stella non praeeunte dies (*cf.* PLIN. nat. 2, 78 non -ere in caelo Saturni sidus et Martis *eqs.*). LIV. 26, 30, 10 quae -eant cognoscique possint, restitui (29, 21, 5). 27, 26, 13 in secunda *hostia* omnia -uisse, quae assolent. 38, 60, 8 neque in iis ... vestigium ullum -uit pecuniae regiae. PLIN. nat. 36, 204 repente in foco eius -uisse genitale e cinere masculi sexus. GRAN. LIC. p. 6, 3 *corpus* in fluvium abreptum non -uit (PAPIN. dig. 3, 2, 25, 1 si quis in bello ceciderit, etsi corpus eius non -eat, lugebitur). TERT. adv. Marc. 1, 16 non -ente ... mundo alio *eqs.* (*cf. supra l. 56*). CHIRON 234 statim hic locus intestini, colus, qui praeduraverit, non -et. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 77 si spumarum quicquam -uerit, quod in ore teneatur.

B *translate i. q. videri, apparere*: **1** *subi. aliquis*: PLAVT. Mil. 662 ita apud omnes -bo (-abo B^1) tibi res benefactis frequens. TERT. adv. Marc. 4, 43 *cum* dominus eis adhaesisset, non -ens quod ipse esset. **2** *subi. aliquid*: PLAVT. Capt. 614 garriet, quoi neque pes umquam neque caput -eat. Trin. 418 nequaquam argenti ratio -et tamen. :: ratio quidem hercle apparet. Vid. frg. 14 signum recte -bat; huius contendi anulum (*cf.* CIC. Verr. 2, 132 *l. 81*). CATO agr. 2, 6 reliqua quae sint, uti -eant *in ratione.* CIC. Verr. 2, 132 signa et dona -ere omnia. 6, 148 vestigia, quibus exitus eorum ex illo loco -eant. Sull. 73 quae ita deformata sunt a fortuna, ut tamen a natura incohata -eant. off. 3, 15 cum ... aliquid actum est, in quo media officia -eant. ad Q. fr. 3, 9, 2 qui ludus HS *tot* -et. NEP. Cato 3, 4 in quibus *libris* multa industria et diligentia -et, nulla doctrina. LIV. 8, 37, 7 causa terroris, *v. p. 2009, 52.* SEN. contr. 1 praef. 5 saepe quod quaerenti non -uit aliud agenti praesto est. SEN. epist. 13, 10 quam multa expectata nusquam -uerunt. 66, 25 non -et aliarum rerum inaequalitas. 84, 8 si cuius in te -bit similitudo. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. B b nisi ut inaequa⟨lita⟩tes inter se -eant. TERT. resurr. 53 anima ... nullius, in qua ... stilus apostoli -et, de qua eum loqui constat. VVLG. IV Esdr. 3, 33 quarum merces non -uit, neque labor fructificavit.

II *i. q. adesse* (non -ere, nusquam -ere *fere i. q. evanescere sim.*): **A** *subi. aliquis*: CIC. Tull. 54 servus meus non -et (Cluent. 180). Rab. perd. 23 idcircone oportuit C. Rabirium ... non -ere in illa armata multitudine bonorum. rep. 2, 17 cum subito sole obscurato *Romulus* non -uisset. Att. 12, 2, 1 Pompeium non -ere nec in Balearibus omnino fuisse. LIV. 32, 34, 8 naves Attalo cum captivis, qui -bunt, restituam (38, 11, 5 *bis*). 33, 48, 10 non -ere eum vulgatum est. QVINT. decl. 388 p. 433, 16 puer reductus ad matrem et ... in fundo ... relictus non -uit. PLIN. epist. 6, 25, 1 Robustum ... iter peregisse, deinde nusquam -uisse. SVET. gramm. 28 *Epidium* statim non -uisse in numeroque deorum habitum. APVL. met. 9, 41 nec quisquam mortalium ac ne ipse quidem asinus intra limen -ere nuntiatur. PAVL. dig. 29, 5, 6, 2 unus ex dominis. TERT. nat. 2, 3 qui *dei* non -ent (*cf. p. 2009, 57*). 2, 9 quid aliud Aeneae gloriosum, nisi quod proelio Laurentino nusquam -uit. ITALA Luc. 24, 31 (codd. a c d e ff² o) ipse *Jesus* non (*sic* d o, nusquam a c e ff²) -uit ab eis (ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, VVLG. evanuit ex oculis eorum). PORPH. Hor. ars 465 si nusquam -uisset *Empedocles.* ARNOB. nat. 7, 46 nusquam statim -uit. LACT. inst. 5, 3, 9 repente in iudicio non -uit (mort. pers. 2, 8). VIR. ill. 2, 13 *Romulus* nusquam -uit (AVG. civ. 18, 24). SERV. Aen. 4, 620 in ipso proelio non -uit *Aeneas* (AVG. civ. 18, 19. CORP. I^2 1 p. 189 n. I non con⟨pa⟩ruit). HYG. fab. 137 p. 116, 23 negans eum apud hospitem esse nec -ere. HIER. c. Ioh. 34 Apollonius Tyaneus scribitur ... repente non -uisse. VVLG. gen. 37, 30 puer non -et et ego quo ibo? 44, 28 bestia devoravit eum et hucusque non -et. III reg. 20, 40 subito non -uit *vir.* II Macc. 3, 34 *iuvenes* his dictis non -uerunt (ἀφανεῖς ἐγένοντο). RVFIN. hist. mon. 2 et continuo inimicus ad haec verba nusquam -uit. AVG. civ. 18, 18 socii ... Diomedis, quia nusquam subito -uerunt et postea nullo loco apparuerunt. MACR. sat. 1, 7, 24 cum subito Saturnus non -uisset. PASS. Matth. 14 *draco* subito nusquam -uit. PASS. Petr. Paul. long. 27 canes subito nusquam -uerunt.

B *subi. aliquid*: OV. met. 6, 410 impositum est non -entis in usum partis ebur (LIV. 25, 40, 3 *monumentorum* pars. APVL. met. 10, 15 cotidie partes electiles -ere nusquam). LIV. 7, 3, 7 Volsiniis ... clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae ... -ere. 27, 24, 8 negantibus iis (*magistratibus*) -ere *claves.* 30, 37, 11 nihil praeter ipsas -bat naves (SEN. contr. exc. 3, 3 in medio). 34, 35, 6 omnia quae -erent quaeque domini cognossent. IVLIAN. dig. 37, 11, 7 sufficit ad bonorum possessionem dandam septem testium signa -ere (*iuxta pos.* maneant). GELL. 14, 7, 3 quae ante scripserat (*opp.* perisse). APVL. met. 11, 13 cauda nusquam. Socr. 8 p. 138 sidera ... in aethere. VLP. dig. 29, 3, 10, 2 si tabulae non -eant vel exustae sint (*opp.* suppressae vel occultae). 30, 47, 4 si res aliena vel hereditaria sine culpa heredis perierit vel non -eat. TERT. anim. 53 spiritus ... -ere cessat, non ... esse. nat. 2, 3 si tantum ea, quae -ent ideo esse credantur quia -ent, quomodo deos etiam eos ⟨re⟩cipitis qui non -ent? resurr. 42 devoratum non aliud ... quam interceptum, quam abolitum, quam omni sensu ereptum, quod -ere omni genere cessaverit. 51. adv. Marc. 4, 42 nusquam -uit phantasma cum spiritu. HYG. astr. 2, 24 *crinem Berenices* postero die non -uisse. VVLG. IV Esdr. 11, 19 *contingebat* nusquam -ere *pennae.* 11, 20 statim non -bant. *et sim.* RVFIN. Clement. 1, 53 corpus ... eius (*Christi*) ... nusquam -uisse. SVLP. SEV. Mart. 15, 3 in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non -uit. PASS. Paul. 16 stola ... qua sibi ligaverat oculos, non -uit.

III *i. q. lucere*: TERT. anim. 41 sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet, sed non -et. nat. 2, 2 Solem, Lunam, ⟨aetherem⟩; aliam *speciem*, quae non -eat.

synonyma et iuxta posita: apparere, cognoscere, esse, manere, venire. *opposita*: latere, occulere, perire, supprimere. *Mertel.*

comparieticī consortes unius parietis GLOSS. IV 40, 35 (V 184, 7 -i consortes). *a* com *et* paries, *cf.* comparietinus.

comparietīnī domestici GLOSS. V 447, 47 (IV 41, 13 conparietinis *cod.*). *a* com *et* paries, *cf.* comparieticus.

comparilis, -e [*cf. c.* parilis *et c.* compar. *Th.*]. *idem q. par, compar, parilis*: ARNOB. nat. 2, 16 -i ratione. AVSON. 369, 38 nescit -es laterum formare figuras.

comparilitās, (-ātis) *f. a* comparilis. GLOSS. II 566, 5 alter⟨n⟩it⟨as⟩ (*sic Loewe*, alcerit *cod.*, fraternitas *Skutsch*) sodalitas, -as. *Mbr.*

⁎**1. comparo,** -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* 1. parare. *legitur passim etiam* conp-, *ex. gr.* CORP. V 8741, 4 conparaverunt. III 8742 conparabit. NOT. Tir. 32, 64 conparat. *adde*: CORP. III 9567 cunparabid. INSCR. Notiz. degli scavi 1905 p. 116 cupar⟨avit⟩. *ibid.* cuparabi⟨t⟩. *de formis*: compararunt *sim. inde a* PLAVT. Capt. 47. -assit *sim.*: PLAVT. Epid. 122 *al.* *ex posterioris aeta-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis corruptelis nota haec: CORP. IX 944 quem nunc comparabera (*i.* comparaveram) mihi. XIV 3898 (*u. 613*) conparabirum (*i.* compara-verunt). *legitur inde a* PLAVTO, *persaepe apud* PLAVT. TER. RHET. Her. CIC. CAES. NEP. LIV. VITR. VAL. MAX. SEN. phil. CVRT. COLVM. PLIN. nat. QVINT. PLIN. epist. paneg. SVET. APVL. TERT.; *singulis locis ap.* CATVLL. MORET. HOR. TIB. CELS. STAT. MART. TAC., *binis*: CATONEM CVLICEM OV. HOMER., *ternis*: VARRONEM HIRT. Gall. BELL. Afr. FRONTONEM, *quinis*: SALL. ASCON., *6ies*: BELL. Hisp. FLOR. *deest* LVCR. BELLO Alex. VERG. CIRI COPAE PROP. POMP. TROG. PHAEDRO GRATT. SEN. rhet. VELL. MELAE SCRIB. LARGO LVCANO PETRON. PERS. VAL. FL. SIL. FRONTINO IVV. [*val.* cumparare, *it.* comprare, *francog.* comparer '*emere*'. *M.-L.*] [*loci dubii et corrupti*: PLAVT. Persa 508 ea comportatur (*A*, -atur *P*) praeda, ut fiat auctio. SEN. Med. 680 triste laeva comprecans (complicans *A*, comparans *Bücheler*, contrectans *Leo*) sacrum manu. COLVM. 11, 2, 86 in singula iugera vehes stercoris -are (comportare *S R*) numero decem et octo. FRONTO p. 218, 14 N. (*loco lacunoso*) quae ... -ata ... vendere nugaci. COMM. instr. 2, 16, 5 ubi ⟨a⟩ Satana fragoribus pompa ⟨pa⟩ratur (-atus, -atur *al. var lect.*).] *cognomen* Comparatus (*v. nom. propr.*) *ad* 1. *vel ad* 2. comparare *trahere possis.*

I ***in possessionem suam redigere,*** *plerumque* ***emere*** (*cf. Densusianu, Archiv 11 [1900] 275; Denk, ibid. 14 [1906] 281*): NON. p. 256 emere. DIFF. gramm. VII 527, 12 praeparare prius, -are undique parare. GLOSS. ἀγοράζω. ὠνοῦμαι. -at συνωνεῖται. -ent acquirant.

1 *pro subiecto*: CIC. rep. 2, 57 nisi aequabilis haec in civitate -o sit et iuris et officii et muneris. PS. QVINT. decl. 13, 11 dicam nunc quam iniqua sit invicem iniuriae -o. TERT. nat. 1, 7 grande nescio quid aestimari oportet, cuius -o tantarum atrocitatum tolerantia constat. pudic. 12 -o . . . revocabilis non est, nisi denique revocabitur iteratione moechiae. SERV. georg. 4, 6 in tenui labor ...: -o est laboris, quod magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata. AVG. civ. 19, 13 p. 378 si *boni amissio* ... non sit -o melioris. epist. 23, 8 dolorem meum ... pacis fortasse -o lenitura est. SIDON. carm. 16, 57 chirographon illum *diaboli* . . . haec -o (*sc. victoria Christi*) rupit. CASSIOD. var. 1, 13, 1 dignitas . . . cum ad expertum *venit* -o meritorum *est.* 2 *pro obiecto*: TERT. apol. 37 nec tanti praesidii (*ethnicis a christianis praebiti*) -em cogitantes. scorp. 6 respice -em, cum caro et anima dependitur. anim. 33 costis ... transfixis -o proprii facinoris exigitur *a sicario.* resurr. 41 p. 85 -em mercedis opposuit, cum ipsi -o debeatur, cuius dissolutio reputatur, scilicet carni. 47 p. 96 transferens *deus* eadem (*membra nostra*) a stipendio mortis ad donativum vitae aeternae carni ... -em salutis repromittit. VLP. dig. 16, 2, 10 pr. -e neglegentiae facta (LAMPR. Heliog. 1, 2 cum eadem terra et venena ferat et frumenta ... -em sibi lector faciet. AVG. serm. 80, 5 mortuus est deus, ut -o fieret caelestis cuiusdam mercimonii. CHROMAT. in Matth. 15, 1 huic pro mercede laboris -o fit laudis humanae). VLP. dig. 48, 5, 2, 4 qui hoc dicit lenocinio mariti se fecisse, relevare quidem vult crimen suum, sed non est huiusmodi -o admissa (AVG. quaest. hept. 1, 42 utrum admittenda sit -o flagitiorum vel quorumque peccatorum. *ibid. iter.* de mend. 18, 36). EVGRAPH. Ter. Phorm. 733 temptat ... quandam -em. CASSIOD. var. 2, 28, 1 tribuenda est iustis laboribus -o praemiorum, quia exprobrata militia creditur, quae irremunerata transitur. 8, 17, 1 credo dilata est -o meriti, ut nobis aptior fieret causa praestandi. in psalm. 36, 20 omnis caro sollicita actuum suorum retributionem -emque formidat. 125, 6 sic uno versiculo et bonarum rerum -o et malarum retributio declarantur. 3 *ablat.*: a -e uti: CIC. Tusc. 5, 95 hac usurum -e sapientem ut et voluptatem fugiat, . . . et dolorem suscipiat. b *instrumenti, modi*: CIC. nat. deor. 1, 23 ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum -e leniant. TERT. apol. 50 ut omnem veniam ab eo (*deo*) -e sanguinis sui expediat *christianus.* pudic. 12 -e res acta est. lucrati sumus multa, ut aliqua praestemus. AVG. de mend. 12, 19 utrum ... non sibi obsit, qui hoc modo alteri prodest, an illa -e non obsit sibi, qua prodest alteri, magna quaestio est. SACR. Leon. p. 452 quod officio vocis implere non potuit *famulus tuus*, desideratae paenitentiae -o percipiat. SIDON. epist. 5, 9, 2 se quodammodo tituli amborum *filiorum* -e fraterna ponderaverunt. CASSIOD. var. 2, 40, 17 quantae nobis gratiae fuerint actae, tantae vobis et nostrae (*sc. gratiae*) aequabili -e referuntur. 4, 13, 1 emolumenta deesse laborantibus non oportet, ut et bonae spei aditus aperiatur et desudantium querela iusta -e claudatur. 9, 25, 1 -e commendandus est, qui aures dominantium luculenta saepius praedicatione complevit. *nota* hac, ea -e, ut *fere i. q. 'ea condicione, ut'*: AVG. quaest. hept. 1, 42 *Loth* prostituere volebat filias suas hac -e, ut ... hospites ... nihil ... tale paterentur. adult. coniug. 1, 24, 30 quisquis non alligatus uxori continentiam deo voverit, nullo modo debet ista -e peccare, ut. *similiter*: de mend. 18, 37 mendacii genus nulla omnino -e subeundum penitusque . . . devitandum est. quaest. hept. 3, 68 utrum haec aliqua -e admittenda sunt. 4 *praepos.*: a *c. acc.*: ad: AMM. 18, 3, 5 Valentinus ad iniuriae periculique -em ducis in Illyrico meruit potestatem. PASS. Andr. long. 11 tolerantiam temporalem ... nihil esse dignum passionis ad remunerationis -em aeternam. in: TERT. resurr. 40 p. 84 praeferens *apostolus* mercedum aeternarum invisibilium et gloriae pondus in -em laborum. adv. Marc. 3, 24 p. 420 *civitatem caelestem* omnium bonorum . . . copia in -em eorum, quae in saeculo vel despeximus vel amisimus a deo prospectam *esse.* MART. CAP. 6, 641 Rhegini ab Sicilia continenti separati atque in -em conexae telluris in insulam relegati. SEN. epist. 81, 17 invitus beneficium per -em iniuriae solvet. VLP. dig. 48, 5, 14 (13), 5 rem ob -em mutui criminis inter utrosque (*virum et uxorem*) communicare. AVG. c. Parm. 3, 2, 9 a talibus corde seiungi, vita moribusque distingui propter -em custodiendae pacis et unitatis. b *c. abl.*: RHET. Her. 4, 25, 35 fortitudo est contemptio laboris et periculi cum ratione utilitatis et -e commodorum. SIDON. epist. 7, 1, 7 non iniurium est, quod pro -e deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii. ENNOD. opusc. 3, 181 pro -e laboris sui. epist. 7, 26 mihi vicissitudinem amando restituite, illud providentes, ut pro -e tarditatis dignus mihi munere vestro equus occurrat. 5 *genet.*: TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 363 *creator* suum populum in tempore expeditionis angusto aliquo solacio tacitae -is expunxit. PANEG. 12, 5 erat iustae -is occasio, ut *eqs.* AVG. lib. arb. 3, 23, 68 quid ipsis parvulis in secreto iudiciorum suorum bonae -is reservet deus. IVNIL. 2, 13 utrique generi nulla hic -is imago conceditur.

pertinere potest et ad A et ad B: TERT. scorp. 6 nulla -o invidiosa est, in qua aut gratiae aut iniuriae communis est ratio. CASSIOD. in psalm. 34, 8 illud . . . gratuitum dicimus, quod non alicuius rei -e tribuitur. 48, 8 pretium est ... alicuius rei -o. or. frg. p. 466 immensa semper absolvunt et magnitudo rerum respuit -is angustum.

C *technice apud rhetores*: AQVILA rhet. 14 ἀντεισαγωγή, -o. est autem huiusmodi, ubi aliquid et contrarium confitendum est, sed contra inicitur non minus firmum. FORTVN. rhet. 1, 15 assumptiva qualitas ... vim ... aliis tradit. quibus? relationi, remotioni, -i, veniae. *cf. sub v.* compensativus. 2, 6. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 24 *assumptivarum qualitatum* primam -em *supponit*, quam et comparationem appellat *eqs. ibid.* ipsius ... -is praecepta haec sunt, ut comparemus id, quod admissum est et propter quod admissum est, ex partibus honestatis utilitatis necessitatis *eqs.* SVLP. VICT. rhet. 9 defenditur *Milo* -e quod dicatur bono reipublicae occisus pessimus civis. 28 erit ... -o, ut causam querelae non habere dicatur, qui et libertatem habeat et civis sit et matris suae libertatem fuerit consecutus. 52 *assumptivae qualitatis statuum* unus est -o, cum incommodum quod dicimur attulisse compensamus vicario commodo (vicarios quomodo *cod. B*). loci eius: ... praescriptivum ... propositio ... locus communis ... -o *eqs.* 53 plerumque ... relationi permixta -o est, ut si accusetur Scipio reipublicae laesae, quod Carthaginem solo aequaverit. hic ... -o *est*, quia dicit bono reipublicae factum *eqs.* IVL. VICT. rhet. 4, 6 assumptiva per relationem et assumptiva per remotionem et assumptiva per -em et assumptiva venialis iisdem omnes locis dividuntur: ab initio ad finem, ab assumptione, ab assumptionis destructione *eqs.* MART. CAP. 5, 457 comparatio est, quam -em novi a posterioribus perhiberi, non cum crimini beneficium alterius temporis subrogatur, sed cum factum iure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur: nam si meritum alterius temporis velut in -is gratiam memo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ratur, ad deprecativam potius admovendum est qualitatem. *cf.* SERV. Aen. 1, 204 per varios casus: argumentum a -e.

II *exaequatio, numerus, pretium par*: ARNOB. nat. 2, 49 oppositio *bonorum et malorum* virorum aequalitatis -e librata. COD. Theod. 7, 13, 6, 2 (*a. 370*) ut oblatus numerus *tironum* ex accrescentibus primitus reparetur, ac si -o non potuerit convenire ... ita demum de publicis fascibus hi, qui ex superfluo veniunt, eximantur. SCHOL. Germ. Sang. p. 107, 5 circuli signiferi partes CCCLX, signa XII ... sed -o quinque partibus creditur applicari, ut sint omnes signiferi partes CCCLXV. AVG. epist. 188, 6 tu ea -e minor illa *virgine* es, quod ita nupsisti, ut nasceretur.

III *comparatio*: AVG. in psalm. 93, 22 modica pars est in -e totius, in qua fides christiana nominatur. 93, 23 si illam *requiem* posses cogitare, videres te nihil laborare ad -em.

[IV *compendium?*: PHOC. gramm. V 411, 22 multa ... ex multorum libris decerpta concinna brevitate conclusi, ut nec ieiuna parum instruat -o (*sic P*, compen *F*, compendiositas *f*), nec verbosa prolixitas fastidium legentibus moveat, *sed vix sana lectio.*]

syn. et iuxta posita: ad I A: PAVL. dig. 5, 2, 21, 2 petitionem. HERMOG. dig. 18, 4, 23, 1 exactione. COD. Iust. 4, 34, 11 pr. deductionem (PAVL. dig. 46, 8, 15) vel doli exceptionem. *ad I B*: RHET. Her. 4, 25, 35 ratione utilitatis. CASSIOD. in psalm. 36, 20 retributionem.

epitheta: ad I B: CIC. rep. 2, 57 aequabilis (CASSIOD. var. 2, 40, 17). PS. QVINT. decl. 13, 11 iniqua. TERT. pudic. 12 revocabilis. adv. Marc. 2, 20 tacitae. PANEG. 12, 5 iustae (CASSIOD. var. 4, 13, 1). AVG. lib. arb. 3, 23, 68 bonae.

compēnsātīvus, -a, -um *a* compensare. *i. q. ad compensationem pertinens, compensationem efficiens*: 1 *de variis rebus* (*translate*): AVG. c. mend. 9, 20 humanos animos quaedam -a peccata perturbant (10, 23. 14, 30. 18, 36). CASSIOD. var. 8, 6, 1 afflictam mentem -o remedio consolari. 2 *technice apud rhetores*: FORTVN. rhet. 1, 15 -us status quot modis fit? duobus, cum aut delicto meritum comparamus, aut cum maiori incommodo consultum esse contendimus. 2, 6 -us *modus relationis*. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 191 debet dicere 'feci, sed profui' et probare plus se profuisse quam offuisse, quae est qualitas -a, quam ... Cicero comparationem vocat (DON. Ter. Phorm. 734). 2, 17 p. 272 est in hoc themate etiam alia constitutio vel relativa vel -a vel absoluta. nam 'licuit mihi, pater sum' absoluta est, 'meruit' relativa est, 'profui' -a. SCHOL. Cic. Bob. p. 144 Hild. impudens videretur haec -a defensio. CASSIOD. in psalm. 130, 4 sequitur -a condicio 'ita retribues in animam meam.'

compēnsio ἐνοίκιον GLOSS. II 522, 23 (*cf.* GLOSS. impensio ἐνοίκιν. pensio ἐνοίκιον). *a* compendere.

***compēnso**, -āvī, -ātum, -āre [*a* com *et* pensare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 72 hinc (*a* dispensatores) deducuntur expensa sive dispensata vel -ata. *graecolatine* κομπενσατεύω: THEOPHIL. inst. Iust. 4, 6, 30. GLOSS. -at ἀντιδιαλογίζεται. ἀνθυπολογεῖ, ἀντελλογεῖ. *cf.* SERV. Aen. 1, 239 rependens -ans. *legitur ap.* CATON. dict. *et inde a* CIC. *et* VARRONE.

I *debitum et creditum inter se contribuere, cf.* GAIVS inst. 4, 67 -atur ... hoc solum quod praesenti die debetur (*opp.* in deductionem vocare).

A *proprie et technice, praecipue apud* ICTOS: 1 *absolute*: IVLIAN. dig. 16, 2, 2 unusquisque creditorem suum eundemque debitorem petentem summovet, si paratus est -are. CLEM. dig. 31, 53 pr. cum ab uno herede mulieri pro dote -andi animo legatum esset. PAPIN. dig. 16, 2, 18, 1 creditor -are non cogitur quod alii quam debitori suo debet, quamvis creditor eius pro eo qui convenitur ob debitum proprium velit -are. VLP. dig. 16, 2, 10, 1 si quis ... -are potens solverit. PAVL. dig. 31, 85. 50, 16, 76 'dedisse' intellegendus est etiam is, qui permutavit vel -vit (40, 12, 19 sent. 2, 5, 3). COD. Iust. 4, 31, 14, 1 compensationes obici iubemus, si causa, ex qua -atur, liquida sit. 2 *aliquid*: GAIVS dig. 16, 2, 5 aequissimum est eligere fideiussorem, quod ipsi an quod reo debetur, -are malit: sed et si utrumque velit -are, audiendus est. PAPIN. dig. 16, 2, 18, 1 *l. 57.* 16, 2, 20 ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum curatorem condemnatum pecuniam iure compensationis retinere non placuit, quoniam ea non -antur. 24, 3, 42, 1 sumptus ... factos -atis fructibus perceptis ad finem superflui servari. 36, 1, 60, 3 pecuniam (PAVL. dig. 40, 7, 20, 2). VLP. dig. 15, 3, 7, 4 quod mihi ab ipso servo debebatur. 16, 2, 7 pr. 24, 1, 21, 1 non posse ... peti quasi donatum, quod -atum est. 24, 1, 32, 9 id quod consumpsit. 27, 4, 1, 4 sumptus. 32, 11, 19 summam. PAVL. dig. 16, 2, 9, 1 (*bis*). 16, 2, 21 (*bis*). 24, 1, 28, 7 *usurae annuae* -ari ... possunt. LEX Visig. 10, 1, 9 si ... paris meriti, quae -etur, silva non fuerit. *alicui aliquid*: PAPIN. dig. 16, 2, 16 pr. debitor alteri heredum obligatus vult -are, quod ab alio debetur. 22, 3, 26 magnae quantitatis fideicommissum ... in ratione ... heredibus -are. HERMOG. dig. 49, 14, 46, 5 ut debitoribus fisci quod fiscus debet -etur.

3 *alicui rei aliquid*: POMPON. dig. 40, 4, 41, 1 -anda ... est heredi libertatis celeritas praematurae pecuniarum solutioni. PAPIN. dig. 6, 1, 65 pr. *fructus* usuris novis ... -ari sumptuum in praedium factorum exemplo. 28, 5, 79 (78) pr. ut quod vice mutua praestarent, doli ratione quadranti retinendo -etur. 31, 77, 7 ut *pater* hereditatem fideicommisso -ret. 35, 2, 15, 3 hereditatem debito -atam. 46, 3, 96, 3 prius debitum pretio pignorum iure solvetur, secundum superfluo -bitur. VLP. dig. 50, 8, 2, 4 sin ... frumentaria pecunia in alios usus ... conversa fuerit ... -ari ... frumentariae pecuniae non oportet. LEX Visig. 10, 1, 9 unde paris meriti terra eius, cui debetur, portioni debeat -ari. 4 *cum aliquo* (*aliquid*): VLP. dig. 15, 1, 9, 8 hoc ita demum verum puto, si non in rem domini vel patris, quod acceptum est pervenit: alioquin secum debebit -are. 23, 3, 38 si *mulier* coeperit velle de dote agere, ipsa secum debebit -are iussum suum. 35, 2, 82 *ut* heres viginti quinque habeat, debitor ... secum centum quinquaginta -et. 5 *cum aliqua re aliquid*: GAIVS inst. 4, 66 pecunia cum pecunia -atur, triticum cum tritico, vinum cum vino *eqs.* VLP. dig. 4, 4, 40, 1 usuris ... cum quantitate fructuum perceptorum -atis. 17, 2, 23, 1 commodum ... cum damno. 25, 1, 3, 1 cum fructibus hoc -andum. 33, 8, 6, 4 hoc quod impendit cum eo quod domino debetur. 39, 3, 1, 23 incommodum ... cum alio commodo. PAVL. dig. 19, 1, 42 lucrum cum damno. 6 *in aliquid*, in *aliqua re*: IAVOL. dig. 24, 3, 66, 1 virum pretium *vestimentorum* in dote -urum. SCAEV. dig. 33, 2, 17 reditus ... -are in aliam specie⟨m⟩ legati. *ibid.* erogatum ... in alia quae deberentur. VLP. dig. 12, 6, 23, 1 -ari in causam iudicati, quod ob ... transactionem solutum est, potest. 24, 3, 22, 3 -andum ei (*filiae*) in dotem quod a patre datur. 38, 2, 8, 3 in portionem. 50, 8, 2, 4 in erogata. COD. Iust. 4, 31, 3 (*a. 223*) in ea, quae rei publicae te debere fateris, -ari ea, quae ab eadem tibi debentur.

7 pro *aliqua re*: VLP. dig. 25, 1, 5, 2 quod pro impensis necessariis -ari solet. 8 *additur qua re*: VAL. MAX. 9, 1, 4 decem arbusculorum umbram tricies sextertium summa -as. PAPIN. dig. 20, 1, 1, 3 pacto placuit, ut ad diem usuris non solutis fructus hypothecarum usuris -entur fini legitimae curae. 35, 2, 15, 3 fructus hereditatis post mortem avi percepti pari pecunia debito tutelae -buntur. 35, 2, 15, 4 fideicommissum ... filio pater hereditate sua, quam in filium conferebat, -ari voluit. *cf.* PAVL. PETRIC. Mart. 5, 844 argenti centum *Martini* ... ad limina libras detulit oblatis -ans pracmia donis.

B *translate de variis rebus: fere i. q. exaequare*: 1 *aliquid*: CIC. orat. 35 iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris -bit. rep. 1, 7 iniuriarum omnium ... curam et molestiam. PS. CIC. exil. 13 facta (TERT. resurr. 17 p. 48). IVLIAN. dig. 2, 10, 3, 3 si et stipulator dolo promissoris et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad iudicium veniret: neutri eorum praetor succurrere debebit, ab utraque parte dolo -ando (PAVL. dig. 18, 1, 57, 3). TERT. idol. 22 benedictionis gratiam. *fort.*: ITALA Matth. 6, 2 (Cypr. testim. 3, 40) cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt ... amen dico vobis -verunt mercedem suam (*sic W L B V. gr.* ἀπέχουσιν, ITALA cod. *δ et* VVLG. receperunt, codd. d g[1] perceperunt, perciperunt *cod. A Cypr.*, compleverunt *W Cypr.*, k: consecuti sunt). CAPITOL. Pert. 2, 6 ut -ret *Marcus* iniuriam *Pertinacis* (ZACCH. 3, 3 nullo in saeculo -atur iniuria). RVF. FEST. 27 omnium expeditionum eventus -atus. HIL. trin. 9, 52 cum contemplatio filii visum -et et patrem. AVSON. 348, 6 *ω* quod et *o* graecum -at Romula vox *o*. Mos. 328 *villa* riguis ... condita pratis -at celsi bona naturalia montis. SYMM. epist. 1, 3, 4 sedulitas ..., quae non -atur, onerosa est. PS. ASCON. Verr. p. 154 in ceteris ... orationibus defensor futurus *Cicero* accusationis officium his libris ... -are decrevit. AMBR. hex. 5, 12, 38 dispendium regressionis reliqui itineris (*v. p. 2037, 18*). PS. AMBR. laps. virg. 8, 36 poenas gehennae. HIER. epist. 39, 7 brevis vitae spatium aeterna memoria -bit. 54, 15, 4 mala. 78 mans. 25 radicum amaritudinem pomorum suavitas -bit (107, 1). PS. RVFIN. in Os. 2, 14 *sqq.* p. 977[C]. PRVD. cath. 8, 51 nulla -ant pretium salutis vota precantum. AVG. serm. 80, 5 ut maior copia vilem speciem -ret. AVIAN. fab. 37, 16 *leo ad canem*: -entque tuam vincula dura famem. SACR. Leon. p. 328 quod conscientia nostra non supplet, sanctorum ... intercessio -et. SIDON. carm. 2, 252 maioris luminis usum perspicua in puteis -ant puncta. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 126 artum (*i. unius diei*) -at non arta operatio tempus. 6, 247 -at plectenda dolor. DRAC. Orest. 684 sol ... melior -at damna Thyestis. BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 426. 446 ENNOD. epist. 6, 33, 2 CASSIOD. in psalm. 48, 7 PALLAD. hist. mon. II 11. CORP. IX 3685 -anda affectione *Leonis*. *additur* ab *aliquo*: TERT. orat. 22 ne, quod a deo speramus, ab homine -emus. virg. vel. 13 nihil debucinemus eorum quae apud illum mercedem merebuntur nec ea ab hominibus -emus. *alicui*: PANEG. 12, 47 -bo tibi istam, imperator, iniuriam, si, cum de te ipse nil dixerim, quod legendum sit, instruam qui legantur. EPIST. pontif. 553 Thiel (Hil. 6) 1 ut vicem nobis communis praesentiae scribendi cura -et. 2 *aliquid aliqua re* (*plerumque contrario*): CATO dict. 73 pedibus -ari pecuniam. CIC. Verr. 6, 33 *damna* aetatis fructu dissoluta et -ata sunt. Font. 15 Gallicorum bellorum pericula populi Romani copiis atque praemiis -arunt. Cluent. 150 omnia ... honoris et amplitudinis commodo -antur. Mur. 71 neque *omnia* ulla re alia ... nisi opera sua -ari. dom. 32 hoc -bo brevitate ... orationis. Cato 35 *senectutis* vitia diligentia -anda sunt. off. 2, 68 ceteris ... operis et officiis ... id quod violatum videbitur. de orat. 3, 14 labores ... magna -ati gloria. orat. 216 paucitatem ... pedum gravitate ... et tarditate. 231 vitium ... vel facultate vel copia. Att. 7, 18, 2 otio ... rei publicae turpitudinem. VARRO rust. 3, 9, 16 brevitate reliqua. BELL. Alex. 48, 1 offensionem provinciae exercitus amore. LIV. 27, 32, 8 praeda quod ignominiae ad Elim

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acceptum fuerat. CVRT. 10, 1, 2 facinora . . . caedis . . . ministerio. QVINT. inst. 11, 1, 87. PLIN. paneg. 37 Romanam civitatem non vicesimae modo, verum etiam affinitatum damno. CALP. decl. 20 detrimenta pueritiae . . . dedecore. FRONTO p. 71, 22 N. dolorem constricti vinculi voluptate resoluti. GELL. 1, 3, 23 leve damnum delibatae honestatis maiore alia gravioreque in adiuvando amico honestate. 2, 17, 10 detrimentum litterae productione syllabae. APVL. apol. 50 aegritudinem animi gravissimam levi turpitudine corporis. TERT. idol. 13 alternas malorum et bonorum vices aemula retributione. fug. 12 tributo licentiam sectae. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 24/25 virtute . . . fortunam. 1, 18, 29. GARG. MART. med. 35 quod minus possident caloris, molliendi potestate. SOL. 1, 92 immoderatis aegritudinum suppliciis . . . praecipitem incrementi celeritatem. PANEG. 3, 1 expectationem sermonis . . . praedicatione. 6, 11. SYMM. epist. 1, 42, 1 longum silentium gemina scriptione. AMM. 17, 12, 11 condicionum sarcina . . . inimice facta. AMBR. exc. Sat. 1, 76 flendi desiderium precandi assiduitate. HIER. in Am. prol. sterilitatem terrae . . . pecorum multitudine. in Ezech. 5, 16 p. 55 inopiam repentina abundantia. in Ezech. lib. 8 praef. dierum miserias noctium studio. in Ioel 2 p. 198 sterilitatem . . . frugibus. epist. 22, 17 saturitate ieiunium. 22, 39 sanguis sanguine -atur. 84, 3. 100, 12 PELAG. in Eph. 4 p. 834[C]. CLAVD. 20, 144 gaudia lacrimis. AVG. fid. et op. 19, 34 civ. 5, 24 p. 237 virg. 7, 7 serm. 287, 1 epist. 187, 41. THEOD. PRISC. eup. faen. 72 *clysteribus* quod flebotomo negatum est possimus -are. MART. CAP. 9, 981 ut illorum *pedum* prolixam moram interveniente sua celeritate -et *proceleusmaticus disemus syneches*. VAL. CEM. hom. 12, 2 odiis odia. ORIENT. comm. 2, 204 cereus . . . positus . . . -are diem luminis officio. CORP. XII 944, 29 pastor, -a praemia votis. *al.* **3** *aliquem* (*alicui aliquo*): OV. epist. 3, 51 tot . . . amissis *consortibus generis* te -vimus unum. PAVL. NOL. carm. 19, 341 Petrum Paulumque (*apostolica corpora Romae sita*) pari deus ambitione -vit ei (*Constantinopoli*), meruit quae sumere Pauli discipulum cum fratre Petri. **4** *aliquid* cum *aliqua re* (*aliquo*): CIC. Pis. 75 nonne -bit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum? fin. 2, 96 -batur . . . cum his omnibus animi laetitia (2, 97). 2, 98 rationes tuas te video -are cum istis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum. 5, 48 cum maximis curis et laboribus . . . voluptatem. HOR. sat. 1, 3, 70 cum . . . vitiis bona. VLP. dig. 17, 2, 26 compendium cum neglegentia. 25, 2, 7 -are potest mulier cum actione, qua maritus agere vult. 47, 2, 39 secum facti ignominiam -at. **5** *aliquid* pro *aliqua re* (*aliquem* pro *aliquo*): TERT. mart. 4 unum *Regulum* pro multis captivis Carthaginiensibus -ari. cult. fem. 2, 9 splendor et dignitas cultus . . . severitatem appetitionibus inquietant, -antibus scilicet habitus irritamenta pro frigore aetatis. AMBR. exc. Sat. 1, 15 pro muneribus . . . beneficia. PAVL. NOL. carm. 16, 278 *caelestia bona* pro terrenis sibi -ata. **6** *aliquid alicui rei*: CASSIAN. conl. 15, 10, 4 pondus castimoniae . . . huius probationis ponderi -ari. CORIPP. Ioh. 1, 133 res publica nostra praemia -at merito condigna labori. **7** *absolute et intransitive*: AVG. in psalm. 53, 1 -emus in mora tituli, quod in psalmo non immorabimur. CASSIAN. inst. 12, 11, 2 qui nequaquam laborum vel cursus nostri merito -ante vitiorum nos facit esse victores. conl. 1, 21, 2 ea . . . ad prophetarum et apostolorum actus ac testimonia conferentes vel tamquam integra atque perfecta et illis -antia teneamus.

C *technice*: **1** *apud rhetores*: CIC. part. 28 si in nos aliquod odium offensiove collata sit, ea tollenda minuendave aut diluendo aut extenuando aut -ando aut deprecando. FORTVN. rhet. 2, 25 ab adversario proposita argumenta . . . reprehendimus . . . -ando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliud opponamus. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 48 *ad* 'loci . . . communes . . . in utramque partem convenient': ut aut removeat aut -et aut referat aut concedat. IVL. VICT. rhet. 3, 8. **2** *de numeris, mensuris, tempore*: PAVL. NOL. epist. 28, 3 apposui de diebus aestivis moras eius (*nuntii*), ut -rem tecum, si tantum in eo tui temporis usurparem, quantum tu in eodem occupaveras de diebus hibernis (carm. 27, 7). AVG. quaest. hept. 2, 177, 10 quidquid minus cubitorum ex illis aulaeis extenditur . . . -andum est latitudine. MACR. sat. 1, 13, 13 -atis XXIV diebus pro illis, qui per totidem annos supra Graecorum numerum creverant. MART. CAP. 8, 820 *per circulum aequinoctialem* sol . . . pervectus mensuram noctis lucis aequalitate -at. 8, 835 *galaxiae* latitudo a Cassiepeiae astro in Scorpionis aculeum longitudine -atur. 8, 847 si omnium *signorum* ortus occasusque -es, videbis ad plenum collata mensuris aequalibus respondere. 8, 852 quantum eos rettulit diei noctisque rotatio, tantum nituntur diversis -are temporibus *planetae*. NOT. urb. Const. 9, 5 *regio* angustior magis quam lata spatia sua in longitudinem producta -at.

II *idem q. compendiare; compendio abbreviare*: SEN. Phaedr. 84 hac pergam, qua via longum -at iter. LVCAN. 8, 249 magnosque sinus Telmessidos undae -at medio pelagi *Pompeius* (*cf.* COMMENT. *ad l.* dum alto se dat et dimittit sinus litoris vel recessus. alii -at pro adit dictum volunt. ADNOT. *ad l.* flexum . . . non circuit sinus tanti, sed per altum recto itinere contendit habiturus grande compendium).

part. perf. neutr. **compēnsātum,** -ī *pro subst.*: PAVL. FEST. p. 72 *p. 2047, 45.* TERT. pall. 2 p. 923 si quid mare diluit, caelum deussit . . . alias versura -i redit.

deriv.: compensatio, compensativus. *deriv. gr.*: compensaτεύω (*v. p. 2047, 46*).

compēnsus, -ūs *m. cf. c.* compendere. *oblationis genus*: CONC. Autiss. a. 573—603 p. 179, 22 non licet -us in domibus propriis nec pervigilius (*sic*) in festivitates sanctorum facere. *Bannier.*

comperātor, *i. q.* comparator, *v. p. 2009, 21.*

comperco (comparco), -persī (-parsī?), -ere [*a* com *et* parcere, *cf.* compescere. *Th.*]. *formae: leguntur praesentis formae*: comperc- *inde a* PLAVTO *plerumque*; comparc-: FRONTO p. 216, 6 N. PANEG. 12, 32 GLOSS. *saep., cf. l. 25* (*fort.* TVRPIL. *l. 29?*). *perf.* comparsit *an* compersit *legendum sit ap.* TER. Phorm. 44 *diiudicari nequit* (*v. infra l. 17 sqq.*).

1 *i. q. parcendo comparare, colligere*: TER. Phorm. 44 quod ille unciatim vix de demenso suo suum defrudans genium -sit miser (-parsit *cod. Calliop., idem habuerunt* PAVL. FEST. p. 42 -parsit Terentius pro compescuit posuit *et* EVGRAPH. *ad l.* -parsit . . . parcendo servavit; *contra* -persit: *A cum testibus Non. p. 117 et Char. gramm. I p. 223, 18, idem habuit* SCHOL. Ter. p. 128 *ad l.* -persit vix parcendo sibi congregavit). FRONTO p. 216, 6 N. non aeque diligentes ad quaerendum victum et -endum cibum leones ut formicas esse. PS. SOL. add. p. 219, 27 *incolae Tyles insulae* in hiemem -unt (-pergunt *et* -spergunt *var. lect.*) arborum fructus. PANEG. 12, 32 p. 300, 18 quam numero artarat *barbarus* annonam, -endo laxabat (*cf.* GLOSS. -endo saepius parcendo). **2** *i. q. desistere, desinere*: *c. inf.*: PLAVT. Poen. 350 pura sum, -e amabo me attrectare (*cf.* PAVL. FEST. p. 60 -e pro compesce dixerunt antiqui). TVRPIL. com. 145 -e (-arce *Harl. m. 1 et Flor. Nonii*) verbis velitare, ad rem redi. *absolute*: MACR. sat. 7, 12, 13 cum ad medium dolii perventum est, -endum. **3** *idem q. parcere*: *alicui*: APVL. met. 9, 36 *canes* nec fugientibus saltem -unt (compescunt *codd.*), sed eo magis irritatiores sequuntur.

comperdo, -itum, -ere *a* com *et* perdere. *i. q. una* (*cum aliis*) *aliquem perdere*: ITALA psalm. 25, 9 (Veron., Aug. in psalm. 49, 13 c. Parm. 3, 2, 14 p. 116, 3) ne -as (deus) cum impiis animam meam (μὴ συναπολέσῃς μετά, VVLG. perdas. *cf.* AVG. in psalm. 49, 13 non -it, quia deus iudex est. in euang. Ioh. 65, 3). psalm. 27, 3 (Veron.) cum operantibus iniquitatem ne -as me (συναπολέσῃς, VVLG. perdas. *cf.* AVG. in psalm. 25, 2, 12 rogantem deum, ut non -atur cum malis).

part. perf. pass. **comperditus,** -a, -um *adi. et subst.*: LVCIF. Athan. 2, 9 p. 163, 30 quia tu detestabilior fuisti ab illis -is tuis pseudopresbyteris. non parc. 8 p. 226, 8 -i tui regis. 16 p. 242, 22. 31 p. 276, 19 -us tuus Arrius. moriend. 10 p. 305, 18 de te . . . ac tibi dilectissimis -is tuis.

comperegrīnus, -ī *m. a* com *et* peregrinus. *qui cum altero peregrinatus est*: SIDON. epist. 7, 17, 2 vers. 28 Abraham iam te -us habet (*sc. mortuum in paradiso*). COLVMB. epist. 1 (Mon. Germ. epist. III) p. 159, 16 *nisi* meorum cura -orum domi me vinctum ⟨teneret⟩. PASS. Timoth. (ed. Usener 1877) p. 8, 17 -us . . . eius factus et compatiens. *Mbr.*

comperendinātio, -ōnis *f. a* comperendinare. *legitur inde a* SEN. phil., *sed est t. t. iuris antiquioris, v. l. 58 et p. 2051, 14* (comperendinatus *ap.* CIC.). **1** *strictiore sensu in iure: dilatio iudicii* (*in tertium diem sim.*): GLOSS. τριήμερος ὑπέρθεσις. iudicium dilatum in tertium diem. iudicium dilatum et in die tertio constitutum. dilatio iudicii. recrastinatio. concrastinatio. recrastinatio vel dilatio. dilatio vel decrastinatio. recrastinatio convicti ('iudicii? condicti?' *Götz*). PS. ASCON. Verr. p. 164 ante legem Glauciae de -e aut statim sententia dicebatur aut 'amplius' pronuntiabatur (*v. p. 2051, 24*) . . . -o vero utriusque partis recitatio est. alii sic adnotant: -o est secunda actio. item -o est ab utrisque litigatoribus invicem sibi denuntiatio in perendinum diem . . . alii sic: inter -em et ampliationem hoc interest, quod -o ex una (?) tantum repetitur, cum ante iudex non intelligeret. *cf.* p. 163 *p. 2051, 10.* SEN. epist. 97, 5 intra -em fides promissi mei stabit (*ed. Ven.*, me extabit *codd.*). TAC. dial. 38 eloquentiam . . . *veterum* forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur et liberae -es erant. PLIN. epist. 5, 9, 1 descenderam in basilicam Iuliam, auditurus, quibus proxima -e respondere debebam. 6, 2, 6 *leges* tot horas, tot dies, tot -es largiuntur. GELL. 14, 2, 1 in dierum . . . diffissionibus -busque et aliis quibusdam legitimis ritibus ex ipsa lege Iulia . . . commoniti sumus. SYMM. rel. 34, 12 ne mandatum negotium -o differret. 36, 1 longa -e differri iustitiae . . . decreta. PS. ASCON. div. in Caec. p. 127 tollendam. Verr. p. 144 -is iudicibus faciam potestatem. p. 163 aut . . . -o propter me magis quam propter te est instituta aut non magis propter te quam propter me. **2** *latiore sensu i. q. dilatio cuiuslibet rei*: ITIN. Alex. 34 ad poenae -em custodiri *Besum.* SYMM. epist. 7, 7 accessit peregrinationi nostrae largior dies ex -e ludorum. AMBR. fug. saec. 2, 10 sine ulla -e . . . ad ipsam rerum arcem omnium properet. in psalm. 118 serm. 19, 2 habes vulnera? ne differas: non est apud eum (*medicum*) ulla -o sanitatis. HEGES. 5, 33, 132 quis . . . de -e vivendi cogitans audeat ad caelum levare oculos? RVFIN. Clement. 1, 20 -o eius . . . necessaria. ZACCH. 1, 33 *deus* in condemnatione non iudicantis solam vult esse sententiam nisi et conscientiam delin-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quentis per quandam paenitentiae -em. MACR. sat. 1, 14, 8 ne Nonarum aut Iduum *Caesar* religionem novella -e corrumperet. AVELL. p. 106, 25 quotiens adhibita -o et iam sub ipso fine certaminis ampliata iudicia? VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 1 sine ullius diei -e vel alicuius momenti intercapedine ad summam veritatis ... pervenire. VIRG. gramm. epist. 2 p. 129 qui scribendi officio se dedunt ... multam in opere suo -em necesse habebunt incidere. BEDA gramm. VII 269, 7 in itinere positus nullam facio -em.

comperendinātus, -ūs *m. a* comperendinare. *fere i. q. comperendinatio*: CIC. Verr. 2, 26 adimo -um (*cf.* PS. ASCON. Verr. p. 163 *ad l.* -um pro comperendinatione posuit). Brut. 87 unum quasi -us medium diem fuisse.

comperendino, -āvi, -ātum, -āre [*a* com *et* perendinus *ductum. Th.*]. *legitur inde a* CIC., *t. t. iuris (fort. inde a. 100 a. Chr.? v. l. 24), at deest auctoribus digestorum.* **1** *strictiore sensu in iure: in tertium diem differre, in longum differre*: PAVL. FEST. p. 283 res -ata significat iudicium in diem tertium constitutum. GLOSS. -at differt in alium diem. recrastinat. in longum mittit. in postcrastinam diem differt. post crastinum (procrastinat? *Götz*), differt in alium diem. in longum procrastinat. -are in die tertio. in diem tertium reicere (*cf.* NOT. Tir. 44, 87—89 procrastinat recrastinat -at). CIC. Verr. 1, 34 tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias, mea, ut ante primos ludos -em. 2, 20 ut bis ludorum diebus interpositis nemo istum -atum, sed condemnatum iudicaret. 2, 26 Glaucia primus tulit, ut -retur reus, antea vel iudicari primo poterat vel 'amplius' pronuntiari. 5, 33 posteaquam est -atus, cum iam pro damnato mortuoque esset. *ibid.* cui -ato ... quicquam illorum veniret in mentem. 5, 34 reus lege -atus. Scaur. 29 Verrem operuissem Sicilia teste tota: tu ⟨un⟩o -asti reum teste producto. FRONTO p. 228, 17 N. (*fabulose*) iurgia et vadimonia nocturna sisti et noctes quoque -ari (*sc. non solum dies*). SYMM. rel. 30, 2 -ato plerumque iudicio (SIDON. epist. 1, 7, 12). AMM. 29, 2, 19 ⟨materfamilias filium⟩ necasse confessa et -ata, cum consilium, ad quod res ex more delata est, anceps ... haesitaret. PS. ASCON. Verr. p. 154. HEGES. 1, 15, 2 vocatus ad iudicium Aristobolus ... cum ... -ari cognitionem videret. **2** *sensu latiore i. q. differre, in posterius tempus servare*: CORP. IV 2440 Geryones trimembres aerus (*i.* aeris) senos -arunt (*'asses senos reliquos habuisse aliudque in tempus reservasse dicuntur' Mommsen*). MIN. FEL. 38, 5 *licet* Simonides *de resurrectione interrogatus* ... in perpetuum -et. ITIN. Alex. 45 exercitum ... labore militiae ... -atae ... fatigatum. AMBR. Iob 4, 7, 26 quod -rentur bona, quorum iam fructus desiderabatur. epist. 6, 4 *genero* volenti abire quartum quoque diem -vit *socer*. in psalm. 61, 26 vindicta ... -ata est. HEGES. 1, 10, 1 pugna in manibus nec -ata. 2, 15, 5 imminentem belli exitum. HIER. epist. 86, 3 implere non potui, quod promiseram tibi et Danielem nostrum rursum -vi. ZACCH. 3 praef. -atam repetet subnixa auctoritate vel affabilitate doctrinam. PETR. CHRYS. serm. 144 p. 585[B] de nativitate Christi nos -are sermonem altitudo rei facit.

comperendinus, -a, -um [*cf. c.* comperendinare *et c.* perendinus. *Th.*]. -us dies *i. q. tertius, ad tertium dilatus*: GAIVS inst. 4, 15 postea ... quam iudex datus esset, -um diem, ut ad iudicem venirent, denuntiabant (PS. ASCON. Verr. p. 164 *iudice* dato deinde inter se -um diem, ut ad iudicium venirent, denuntiabant). MACR. sat. 1, 16, 3 profestis *diebus insunt* fasti comitiales -i stati proeliares. 1, 16, 14 *dies* -i *sunt*, quibus vadimonium licet dicere. *Bannier.*

compereo, -iī (-īvī), -īre *a* com *et* perire. DIOM. gramm. I 372, 6 -eo -ii. sed accentu discernitur sensus (*sc. a* comperio) ... -ii vero circumflexo accentu declinatur, quotiens pro eo accipitur, quod est 'cum alio perii'. -ieram enim facit. *alicui*: ITALA Hebr. 11, 31 (codd. d e) fide Rahab meretrix non -ibit (*i.* -ivit) infidelibus (συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασιν, VVLG. periit cum incredulis).

comperfidus, -a, -um *a* com *et* perfidus. *socius perfidiae*: LVCIF. non conv. 8 p. 16, 20 cum videamus dictum a deo -o (cum perfido *var.*) tuo illi populo carnali.

compericlitor, -ārī *a* com *et* periclitari. *una (cum aliis) periclitari*: *absolute*: AVG. epist. 139, 4 *a* coepiscopis meis ibi collaborantibus et -antibus. *alicui*: AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 57 facilior esset iactura nascentium, si non eis -retur ipsa maiestas.

?**comperiēs** inventio, gaudium GLOSS. V 495, 14. compertum inventum *Götz, fort. subst. f. a* comperio(r) (*cf.* facies, series. *al.*). *Mbr.*

***comperio**, -ī (-riī), -rtum, -īre (comperior, -tus sum, -īrī) [*cf. c.* peritus (sum), experiri, periculum; *flexio mutata esse videtur ad exemplum verbi* reperire *q. v. Th.*]. AVG. trin. 9, 9, 14 eleganter in latina lingua 'parta' dicuntur et 'reperta' atque '-rta', quae verba quasi a partu ducta resonant. PRISC. gramm. II 401, 1 'reperio', '-o', 'cooperio' sicut 'aperio' activa sunt ... et possunt magis a 'pario' esse videri composita, quod apud vetustissimos quartae coniugationis declinationem habebat. 435, 7 'perio' ... composita ... 'aperio' 'reperio' '-o' 'cooperio'. *perf.* comperii: DIOM. gramm. I 372, 6 -o conperii, conpereo, conperii ... accentu discernitur sensus. acuto enim accentu profertur, quotiens pro eo accipitur, quod est rescii: -eram enim facit *eqs.* comperui: GLOSS. IV 320, 3. 322, 1. V 594, 54 (conferui *ter in codd.*; *adde* conferuit IV 323, 10). *supin.*: compertu: APVL. met. 1, 3. comperītum: GREG. TVR. Franc. 5, 43. *depon.*: DIOM. gramm. I 377, 18 (*ex Capro, fort. Plin.*) -or et -o differunt. nam -or ⟨est⟩ ex mea opinione colligo et -rtum habeo, pro explorato didici; quod verbum deficit in futuro et imperativo; -o est ab alio cognosco. PRISC. gramm. II 393, 14. PHOC. gramm. V 431, 8 sunt ... passivoneutra superioribus (*neutropassivis*) contraria, haec sola: -or mereor devertor; nam in praeterito comperi ... sicut activa vel neutra proferuntur (*at cf. l. 10*). *depon. formae stirpis praes. leguntur*: TER. Andr. 902 (-iam *gloss. Ter.*). SALL. Iug. 45, 1. 108, 3 TAC. ann. 4, 20 APVL. apol. 8. 37. flor. 9 p. 33 (copertoris *cod.*). 16 p. 72 met. 2, 21. 11, 27. compertus est: ITALA act. 4, 13 (cod. e) *v. p. 2054, 59.* TERT. adv. Hermog. 28 p. 156, 8. *de forma* con- *cf.* NOT. Tir. 29, 55 conperit. commperrit: LEX agr. (Corp. X 200) 39. *scribitur* conferui *in* GLOSS. *quater* (*p. 2051, 82*). GLOSS. εὑρίσκω. cognosco. invenio. γινώσκω. -it γινώσκει, καταλαμβάνει. -i ἔγνων. cognovi. -it ἔγνω. cognovi: -i, rescivi. *et activum et pass. legitur inde a* TER. *per totam latinitatem; frequentant* CIC. (*40ies*) CAES. (*12ies*) SALL. *et* VAL. MAX. (*17ies locis*) LIV. (*73ies*) CVRT. (*31ies*) COLVM. (*24ies*) PLIN. nat. (*50ies*) QVINT. (*22ies*) TAC. (*45ies*); *deest ex. gr.* VERG. VITR. SEN. rhet. VAL. FL. SIL. MART. [*dub. vel corr.*: CIC. Phil. 12, 15 compertos *Arus. Mess. gramm. VII 461, 26*, co(o)pertos *codd. Cic.*]

I *i. q.* **ab aliis** *(nuntio audiendo legendo sim.) de aliqua re* **certiorem fieri**; *cf.* CIC. epist. 5, 5, 2 "ex multis audivi"; nam -isse me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri. GLOSS. IV 426, 49 ut -it ut didicit. **A** *generatim*: **1** *absol. vel obi. supplendo (additur dativ.: infra l. 29. 38)*: TER. Eun. 825 atqui certe -i. CIC. Tull. 55 qui -isti? [CAES. Gall. 2, 32, 4 ut postea perspectum est (-rtum *B²β*).] PANEG. in Mess. 119 -rtum est veracibus ut mihi signis. LIV. 32, 30, 6 ut satis -it. ASCON. Mil. p. 37 Cl. quia ita -eram. PLIN. nat. 7, 128 quod equidem -erim. QVINT. decl. 323 p. 273, 6 ut nunc -imus. 330 p. 296, 28 -it pater. TAC. ann. 11, 30 an -isset interrogat. APVL. met. 4, 6 ut postea -i (AMM. 23, 3, 3 ut -rtum est postea). apol. 8 ut -or (flor. 16 p. 72). VOPISC. Aurelian. 5, 5 ubi -it (VVLG. II Macc. 8, 12 [Ἰούδᾳ προσέπεσε περὶ]). SVLP. SEV. chron. 1, 3, 5 ut ego -o. *add. praepos.*: de: TER. Andr. 211 iam de amore hōc -it (*cf. Don. ad l.*). SALL. Iug. 68, 1 Metellus postquam de rebus Vagae actis -it. NEP. Paus. 5, 3 *mater* de scelere filii. PS. SALL. in Tull. 3 de eo tibi -rtum erat. SVET. Dom. 6, 2 de qua victoria praesagiis prius quam nuntiis -it. ITIN. Alex. 8 satrapae ubi de adventu Alexandri -ere. TREB. Gall. 10, 5 de illius morte falso -erat. AVSON. 448, 3 proci ... de abitu Telemachi. SCHOL. Cic. Bob. p. 79, 21 Hild. de qua *hereditate* sibi relicta ... olim -isset. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 8 de sepulcri loco parum -rtum. ex: TER. Haut. 121 ubi -i ex eis. CAES. Gall. 1, 22, 1 ut postea ex captivis -it. [5, 8, 6 -it *β*.] PANEG. 5, 15 ut ex ipsorum relatione -imus. ab: VOPISC. quatt. tyr. 14, 1 ut ab aliis -i.

2 *aliquid (additur dativ.: l. 58. 68. 79. p. 2053, 14. 15. 24 bis)*: TER. Andr. 145 indignum facinus -isse, Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam (*cf.* GLOSS. V 531, 30 cognovisse). ANN. max. frg. Gell. 4, 5, 4 verae rationes post -rtae (VELL. 2, 59, 5). LEX agr. (Corp. I 200) 62 quod ita -etur. CIC. Catil. 1, 10 haec ego omnia (*cf.* Att. 1, 14, 5). CAES. Gall. 4, 19, 4 quod ubi Caesar -it (SALL. Iug. 22, 4. 39, 1 Catil. 36, 2 VAL. MAX. 6, 6, 5 *al.*). BELL. Alex. 10, 3 qua re -rta (VLP. dig. 14, 4, 7, 2 AMM. 16, 8, 5 *al.*). *cf.* LIV. 25, 13, 11 his satis (SPART. Sept. Sev. 5, 7). QVINT. decl. 296 p. 169, 9 quo -rto (AMM. 14, 7, 12 *al.* VVLG. II par. 16, 4 SVLP. SEV. chron. 1, 10, 2 *al.* TREB. Gall. 13, 6 quibus. *al.* AVSON. 421, 6). AMM. 16, 11, 10 hoc *al.* BELL. Alex. 74, 3 paucitate nostrorum. SALL. Iug. 75, 2 quae postquam Metello -rta sunt. OV. epist. 5, 130 unde hoc -erim tam bene, quaeris? LIV. 4, 13, 8 rem -rtam ad senatum defert: tela ... conferri. 9, 45, 3 -rta omnia senatui relaturum (43, 11, 2 INSCR. christ. Rossi II p. 62, 4. *cf.* LIV. 30, 5, 1 afferent). 22, 40, 9 quod -rtum postea est. PHAEDR. 5, 5, 31 nil. SEN. nat. 7, 3, 3 quid explorati. CVRT. 3, 12, 6 mulierum errore (PAPIN. dig. 26, 7, 39 *al.*). 5, 13, 19 hostium trepidatione. 7, 7, 31 adventu. *al.* PLIN. nat. 8, 80 quae fabulosa tot saeculis -imus. 21, 74 nos trademus, quae -imus. STAT. Theb. 4, 366 clade (TAC. hist. 3, 21). 10, 206 monstra ... somno. 11, 580 fine (TAC. ann. 2, 39). Ach. 1, 912 iniuria. QVINT. decl. 328 p. 287, 9. TAC. hist. 2, 23 itinere. 3, 15 ubi haec -rta Antonio (ann. 3, 21 Apronio. 14, 63 sibi). ann. 6, 21 genitalem horam. *al.* SVET. Iul. 3 Sullae morte. 74, 2 quicquam. Aug. 66, 3 coniuratione (Dom. 21). Aug. 94, 5 morae causa (TERT. nat. 1, 4 AMM. 31, 2, 1). GRAN. LIC. p. 49 calam⟨itate⟩. APVL. met. 2, 21 quid hoc ... -or? *al.* SVLP. APOLL. perioch. Ter. Andr. 5 amorem. MIN. FEL. 13, 2 omnia (*postea* scire. *cf. l. 60*). PAPIN. dig. 48, 5, 11, 1 *mulieres* pro -rto stupro aliquid acceperunt (TRYPH. dig. 4, 4, 37 VLP. dig. 48, 5, 30, 2 [*postea* ob conscientiam stupri] *al.*). PAVL. sent. 2, 21ª, 14 condicione. 5, 6, 4 violentiae opinione. dig. 10, 1, 4 pr. cuiusque dominium. AMM. 18, 2, 7 docuit ... -rta. 22, 11, 3 interitu. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 20, 6 quod ubi populo -rtum (1, 23, 1 regibus. 1, 29, 5 omnibus. 2, 4, 6 nobis. *al.*). *al.* *add. ablat.*: CIC. Cluent. 126 nihil se testibus ... tabulis ... gravi argumento -isse. Sull. 12 non modo animo nihil -i (*de coniuratione*), sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. Att. 14, 8, 1 se id certis auctoribus -isse (CAES. civ. 2, 18, 3). LIV. 3, 44, 10 indicio (10, 40, 1 AMM. 28, 6, 28. 30, 1, 4). APVL. apol. 57

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

avium plumis. MIN. FEL. 2,3 relatione alterna. AMM. 17,1,4 clara fide (26,5,10). 17,13,19 assiduitate. SIDON. epist. 1,5,1 lectione. *seq. praepos.*: ab: NEP. Dat. 3,4 a quo ... rem gestam. SPART. Hadr. 2,4 a mathematico quodam de futuro imperio ... id. Did. 8,2 certi nihil ... a senatu. VOPISC. Aurelian. 24,7 haec ... a gravibus viris. 44,3 ⟨a⟩ Diocletiano (Carac. 14,1). AVSON. 456,1 a Tiresia. ex: CIC. Verr. 1,22 hominibus certis, ex quibus omnia -i. Cluent. 192 ex multis audivi et -i. NEP. Paus. 4,5 ex litteris. LIV. 27,5,10 ex captivis quaestione habita (27,7,3). CVRT. 6,7,18 ex fratre (6,8,11). 7,7,22 ex vate. AVR. Fronto p. 106,11 N. ex me, quae mandavit. GELL. 13,21,1 ex familiari eius. SVLP. SEV. chron. 1,33,8 ex dei ira. 2,21,8 ex nuntiis. per: LIV. 9,45,17 per exploratores -rtis hostium consiliis (10,10,4. 25,15,11). 45,10,5 -rta per se, non vulgata fama. TAC. hist. 1,70 id Caecinae per ipsos. AMM. 21,12,16 per eum morte. AMBR. epist. 19,27 quo ... per Dalilam sibi -rto. SVLP. SEV. dial. 1,15,1 quae mihi per fideles viros -rta sunt (*opp.* incertis auctoribus vulgata). de: CIC. Cluent. 127 aliquid sese ... de ceteris -isse. Sull. 86 nihil de hoc consul -i, nihil suspicatus sum, nihil audivi. PLIN. nat. 6,91 haec -rta de Taprobane. 21,73. APVL. met. 5,27 de morte parentum aliquid. SPART. Hadr. 2,4 *l. 4*. VOPISC. Tac. 16,5 de vita Taciti (CAPITOL. Max. Balb. 7,7). TREB. trig. tyr. 18,13 de quo ... vera. CAPITOL. Gord. 21,3 GALLICAN. Avid. 13,8 SCHOL. Cic. Bob. p. 8,24 Hild. AVG. civ. 21,4 quod ... de isto lapide. SVLP. SEV. dial. 1,16,4 de omnibus ... -rta nobis vel audita. 1,19,6 quae mihi de sanctorum virtutibus sunt -rta. super: FRONTO p. 238,4 N. numquidnam super Arione Lesbio -issent *nautae*. AMM. 15,10,2 super quibus -rta paulo postea referemus. *nota*: VAL. MAX. 3,2 ext. 5 quae postquam ex animi sententia -it (*i. ut cupiebat*).

A *strictiore sensu i. q. potens, possidens, pollens, imperio fruens, aliquid sibi subiectum, insitum, innatum dominans. usurpatur plerumque in bonam partem, cf.* NON. p. 456 -em in bonam partem solum accipi putatur, cum et in malam positum sit (p. 521). *at v. p. 2137, 14 sqq.:* **1** *corporis et animi sui:* **a** *c. genet.: de animantibus:* APP. CLAVD. carm. frg. 1 animi (TER. Ad. 310, *cf.* DON. *ad l.* id est competentis animi, cui contrarium est 'impos animi' ... alii -em animi compositum animi intelligunt [GLOSS. Plac. V 13, 1 (56, 21)]. EVGRAPH. *ad l.* -s est manente mente. NON. p. 418). CIC. Pis. 48 tuae mentis (Phil. 2, 97 Att. 9, 6, 4. OV. met. 8, 35 sanae mentis. LIV. 9, 2, 11. 26, 15, 13. 27, 50, 2 *al.; praecipue apud* ICTOS; *cf.* GLOSS. II 440, 13 συγκείμενος τὴν διάνοιαν, ὁ μὴ μεμηνώς, mentis eum -em fuisse. 445, 39 -s mentis συνεστώς [IV 220, 40 *v. p. 2111, 1.* V 310, 52 mentis -s sanae mentis]). CIC. nat. deor. 2, 22 rationis (2, 36. 47. 78 Tim. 27 TERT. paenit. 2. *cf.* AVG. civ. 8, 2 p. 323 *aerem* -em divinae rationis. SIDON. epist. 7, 14, 8 *rationis* assequendae substantiam ... -em). LIV. 8, 18, 12 sui (25, 38, 3 mei. 42, 16, 6. 42, 28, 12 CELS. 5, 26, 13 SEN. dial. 9, 17, 10 CVRT. 4, 12, 17 BOETH. mus. 1, 1 *cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 94 sui -em similitudinem. 2, 8 p. 130 *animum* sui -em). COMM. instr. 1, 32, 15 ⟨vi⟩tae (?). SYMM. epist. 1, 85 bonae valetudinis (8, 3). ZACCH. 2 praef. ineffabilis laetitiae. MACR. sat. 7, 5, 24 sanitatis. 7, 12, 4 sanguis ... -s caloris. *de rebus* (*praeter l. 63 sq.*): APVL. Socr. 1 p. 117 *luna* luminis -s. **b** *c. abl.:* CIC. de orat. 1, 210 animo. CVLEX 191 mente. **c** *absolute:* LIV. 4, 40, 3 matres ac coniuges ... in suos quaeque ... corpore atque animo vix prae gaudio -e (*meliores codd.,* -es *S*) effusae. SIL. 4, 806 trepidare metu vix -s Imilce. TERT. anim. 45 in nullo *somnio* permoveremur ... si -es somniaremus. *ibid. animam* -em esse non licet. *nota epitheton deorum* (*fere i. q. potens*): CORP. VI 71 Bonae deae -i sacrum fecit. IX 5731 Herculi -i (*sed cf.* XI 3198 compotenti Dianae).

2 *rei cuiusdam quae animo possidetur:* **a** *c. genet.:* ENN. scaen. 143 consili (LIV. 9, 2, 11). CIC. fin. 5, 71 *virtutum* (5, 77 Tusc. 2, 43. 5, 39 MVTIAN. Chrysost. hom. 3 p. 257). ac. 2, 145 *scientiae.* Tim. 27 *animus* concentionis ... sempiternarum rerum et sub intelligentiam cadentium -s. VAL. MAX. 8, 7 ext. 6 vocem petitae sapientiae -em (AVG. civ. 9, 6 p. 376. 9, 14 p. 386). COLVM. 1, 1, 17 agricolationis. TERT. scorp. 8 veritatis. ieiun. 9 occultorum. anim. 2 naturae. 24 -em animam ... idearum. 34 propositi (LACT. inst. 6, 6, 14). adv. Marc. 1, 10 p. 303 nominis ... Moysei. 4, 36 p. 546 fidem hominis ... veri luminis -em. SYMM. epist. 1, 16, 1 sermonis. MACR. sat. 7, 13, 10 Aegypto

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divinarum disciplinarum -e. SIDON. epist. 4, 12, 3 recti -s animus. CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 117 *anima* -s est numeri. 2, 8 p. 129 veri -s humana substantia (ALC. AVIT. carm. 4, 8). **b** *c. abl.*: CIC. de orat. 1, 210 scientia. **c** *absolute*: TERT. pall. 2 qui ... divinas *historias* lectitamus, ab ipsius mundi natalibus -es (*sc. historiarum*) sumus. **d** *additur* de: TERT. adv. Hermog. 22 p. 151 nonne ... deus nos et de caelo et de terra -es reddidisset significando unde ea esset operatus ...? ALC. AVIT. epist. 47 miles, cuius proles ... gratiae vestrae porrigitur ... de illius subolis adeptione iam -s ... est.
3 *dei*: **a** *c. gen.*: TERT. pudic. 10 civitatem ... nondum dei -em. anim. 55 patriarchas et prophetas -es sui (*Christi*). *cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 18 p. 190 modo -s nostri deus et vita sit. **b** *c. abl.*: VVLG. III Esdr. 8, 54 -es facti sumus deo nostro.

adde in malam partem: i. q. potens: c. genet.: PLAVT. Truc. 835 culpae. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 furoris. SEN. epist. 95, 3 malorum (TERT. resurr. 63 p. 124). QVINT. inst. 12, 1, 7 sceleris. TAC. ann. 16, 28 ambitionis pravae. *similiter*: SIDON. epist. 9, 16, 2 -em officii (*de re premente*). *fort. c. abl.*: NAEV. trag. 5 eam ... esse inventam probris (propris iis *codd.*) -em.

B *latiore sensu i. q. particeps, qui rem adeptus est vel effecit*: **1** *c. genet.*: **a** *rei corporeae quae corpore, potestate possidetur*: LIV. 26, 48, 3 *dei* se ... urbis ... opulentissimae omnium ... uno die -em fecissent. SIL. 8, 72 Aeneas ... iam regni -s. SVET. Tit. 5 *Titus imperii* brevi -s. MACR. sat. 5, 11, 29 ut *hostis* -s castrorum fieret. COD. Theod. 3, 16, 2 (*a. 421*) dotis suae -s *femina*. *fort.* IVL. VAL. 2, 33 (*Darius ad Alexandrum*) nec si quid blandius fortuna promiserit, idcirco te caeli -em arbitrare. **b** *rei incorporeae*: PLAVT. Amph. 642 laudis (LIV. 29, 1, 6). Capt. 41 libertatis (COD. Theod. 4, 8, 5, 1). Epid. 559 miseriarum. HOR. ars 76 voti sententia -s (TIB. 1, 10, 23 aliquis voti -s. OV. ars 1, 486 LIV. 7, 40, 6. 29, 36, 9. 32, 30, 10. *sic passim* -em esse, facere, fieri, *appositive; nota* CVRT. 9, 9, 27 voti sui -s [EPIST. imp. inc. de Tymand. (Corp. III 6866) 17 CORP. XI 3247. III 1024. V 19]. SIL. 17, 540 alti ... voti. SVET. Aug. 58 votorum meorum. FRONTO p. 85, 11 N. omnium votorum. *cf.* SERV. Aen. 10, 409 voti -s, ἐπιτυχών. GLOSS. voti -s: consentaneus votis vel compositus voti. victor. voto ornatus. memor explendi voti. victi (*pro* voti) -s: victoriam voti⟨s⟩ adeptus. voti -s christiana (?). *notis scriptum*: CORP. X 7844 v(oti) c(ompos) l. m. III 7676 vot(i) com(pos)). LIV. 9, 43, 14 victoriae (29, 10, 8 VELL. 1, 10, 3. 2, 96, 3 VAL. MAX. 1, 1, 1 ARNOB. nat. 3, 23). LIV. 29, 11, 6 eius ... quod peterent. 29, 22, 5 spei conceptae. frg. 61 quod eiusdem fortunae -s victo (*Mommsen*, composito *codd.*) fecisset *Cicero*. VAL. MAX. 1, 8, 2 exoptatae rei. 2, 8, 4 petitae rei. SIL. 8, 229 pugnae. 11, 364 ausi. 14, 178 Sicula primum certaminis ora coepti. 17, 625 decoris. PLIN. epist. 10, 4, 6 gratulationis. AVR. Fronto p. 91, 4 N. intelliges ... me vota facere pro salute tua: cuius ... cito -es erimus. TERT. anim. 50 resurrectionis. resurr. 7 p. 36 *animam* dominationis -em. adv. Val. 21 p. 199 rerum. PANEG. 10, 36 bonorum (MACR. sat. 1, 10, 14). ARNOB. nat. 5, 28 *Liber* -s ... expeditionis. SYMM. epist. 1, 19, 1 *Ausonium* -em praesentiae *Potiti*. 4, 65 (66) desiderati muneris. **c** *rei localis*: PLAVT. Capt. 622 patriae (CIC. Att. 3, 15, 4 LIV. 1, 32, 7). CIC. Sest. 146 urbis. TERT. scorp. 12 paradisi. **2** *c. abl.*: ACC. trag. 36 magnis ... et multis malis. LIV. 3, 70, 13 praeda. TERT. adv. Val. 14 p. 193 *odore incorruptibilitatis*. CORP. II 5965 voto (V 489. VI 195. XI 1331. XIV 2871 CARM. epigr. 388, 1). V 2321 precibus. **3** *absolute vel casu supplendo*: LIV. 1, 10, 7 nec multitudine -um eius doni (*sc. spoliorum opimorum*) vulgari laudem. OPT. PORF. carm. 7, 34 iam -s gaudet tua Romula pubes. CYPR. GALL. num. 96 postquam sua praemia -s certa tenet. CORP. V 3321 quod somnio mon⟨itus⟩ vov(erat), -s factus p⟨os⟩uit. XIV 2862 Fortunae ... d. d. ex sorte -s factus Nothus. *fort.* PLAVT. Capt. 218 quom quae volumus nos copia est, ea (*abl. sing. an acc. neutr. plur.? versus corr. aut lacunosus*) facitis nos -es.

II ***passive***: *i. qui possidetur, evenit, interdum i. q. competens*: SEN. Ag. 378 tibi ... senes -e voto reddunt grates (*cf.* PAVL. NOL. carm. 18, 246 spem voti -is haurit). TERT. pudic. 9 ubi nec illi (*filio*) -s esset vitalis esca. adv. Marc. 4, 16 p. 469 legis voluntatem de intellectu laborantem ... Christus et revelavit et -em fecit. CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 45 auditus illi elemento -s, quod Graeci vocant aethera. 2, 1 p. 100 oportuit hasce distantias pro suis qualitatibus tibi -es sortiri patronos. 3, 14 p. 181 ut auctori probo causae probitas -s sit. EVG. TOLET. carm. app. 49, 17 census honor libertas gloria -s ... perient (*sic fortasse potius sumendum quam pro graeco κόμπος, cf. Vollmer ad l.*).

notabilia: creberrimae sunt locutiones -em esse, fieri, facere *aliquem: adduntur adverbia et adverbialia: quantitatis: ad I A 1*: TER. Ad. 310 vix (CVLEX 191 OV. met. 8, 35 LIV. 4, 40, 3. 25, 38, 3. 27, 50, 2. 34, 38, 7 *al.*). LIV. 26, 15, 13 satis (CVRT. 3, 5, 4 SIL. 17, 225). *temporis: ad I*: LIV. 29, 22, 5 primo quoque tempore. LIV. 42, 16, 6 iam (SIL. 8, 72. 17, 540 OPT. PORF. carm. 7, 34 ALC. AVIT. epist. 47). CVRT. 4, 12, 17 tandem (CVRT. 9, 9, 27). COLVM. 1, 1, 17 statim (TERT. anim. 50). SVET. Tit. 5 brevi. TERT. pudic. 10 nondum.

deriv.: *cf.* compotire.

(**2. compŏs,** -ōtis *c.*) *collato* compotare, compotor *finxit grammaticus quidam. subesse videtur*: SCHOL. Ter. p. 82 compotrix -s vel socia importunitatis. GRAMM. suppl. 74, 30 a pono -s, id est compotator (*cf. ea quae huc pertinere quam ad* 1. compos *malim* PRISC. EVTYCH. GRAMM. suppl. *p. 2136, 20 sqq.*).

3. compos (*gr.* κόμπος) *cf. p. 2137, 71 sq.* *Bannier.*

composco, -poposcī, -ere *a* com *et* poscere. NOT. Tir. 35, 5 -it. 35, 6 -poposcit. [*corrupte*: MART. CAP. 5, 425 vers. 14 composcens.] *Mbr.*

compositē *v.* compono *p. 2134, 15.*

compositīcius, -a, -um *a* componere, compositus. *i. q. compositus*: VARRO ling. 6, 55 hinc etiam famigerabile et sic -a alia item ut declinata multa. 8, 61 est vocabulorum genus, quod appellant -um (*opp.* simplicibus). TERT. anim. 9 dissolubile *esse Plato affirmat* omne -um et structile (*antea* compositum). *ibid.* -am et structilem *esse animam*, si effigiatam. AVG. util. cred. 18, 36 nihil de substantia eius (*dei*) ... esse violabile aut commutabile aut -um aut fictum. CHIRON 6 ut possit per diastimam -o (compositio *cod. cf.* VEG. mulom. 1, 22, 3 composito) corpori esse, non turbulento per indigestionem.

×compositio, -ōnis *f. a* componere. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC. *in versu*: TER. MAVR. 443. GLOSS. σύνθεσις. κόσμος.

I ***proprie***: **A** *hominum*: **1** *diversorum, i. q. coniunctio*: COD. Theod. 5, 1, 7, 1 (*a. 426*) nulli unquam ... agnationis -isve nomine de successione filii iusta cum matre potuit esse contentio. *speciatim de gladiatorum paribus*: CIC. epist. 2, 8, 1 gladiatorum -es.

2 *de -e ex partibus*: **a** *generatim de corpore humano*: VITR. 1, 4, 6 si umor occupavit corporum venas, ... cetera principia ... diluuntur et dissolvuntur -is virtutes. TERT. adv. Val. 26 Soterem ... alia adhuc -e monstruosum. FILASTR. 155, 11 *Christi substantia* non in visione et mensura aut -e consistat. *add. gen. obi.*: CIC. nat. deor. 1, 47 quae -o membrorum, quae conformatio liniamentorum ... potest esse pulchrior? (off. 1, 98 apta. GAVDENT. serm. 19 p. 986[c]). VITR. 1, 4, 6 aëris etiamque terreni in corpore naturalis -o. HIER. epist. 55, 4, 2 ipsa organa membrorum genitalium et -o corporis femineos quaerit amplexus. CASSIAN. conl. 10, 2, 2 negans omnipotentem deum humanae figurae -e formatum. **b** *speciatim i. q. ornatus, cultus*: TERT. cult. fem. 2, 4 si temperaverit a -e sui. *adde*: CHIRON 69 omnem nitorem et -em a[d]mittens *pupilla* recomponere se non potest. RVFIN. Ios. antiq. 14, 18 caput ornatum habens -e (τῇ συνθέσει) crinium. *nota metonymice i. q. res ornans, cultus* (*cf. l. 67. p. 2139, 3. 82 sqq. 2140, 42 sqq. 2142, 32 sqq.*): TERT. cult. fem. 2, 9 vestitum ... et reliqua -is vestrae impedimenta (*syn.* cultus). IREN. 2, 24, 4 talaris et logium et reliqua sacerdotalis -o de v contexta sunt. VVLG. Iudith 10, 4 ista -o *Iudith* non ex libidine ... pendebat. I Macc. 2, 11 (*in imag.*, κόσμος).

B *rerum*: **1** *singularum*: **a** *i. q. conditio, repositio*: COLVM. 12, 46, 1 sequuntur vindemiam rerum autumnalium -es. PAVL. NOL. epist. 31, 2 ut imitemini -em istam, qua tubello aureo rem ... inclusimus. **b** *i. q. positio, linea, tractus*: ITALA lev. 8, 7 (Wirc.) cinxit eum secundum -em (ποίησιν, ITALA Lugd. *et* VVLG. *aliter*) umbonis. AVG. civ. 4, 29 p. 183, 9 non ... tanto detrimento, quantum concesserat Hadrianus, sed media tamen -e defixi *fines imperii Romani sub Iuliano*.

2 *de -e ex partibus*: **a** *generatim i. q. coagmentatio, iunctura*: VITR. 1, 1, 2 dispositio ... est ... elegans ... ⟨e⟩ -bus effectus operis. 1, 2, 3 eurhythmia est ... commodus ... in -bus membrorum aspectus. 7, 1, 4 coagmentorum -o planam habeat inter se directionem. HIER. in Agg. 2, 19/20 p. 771 quandam geometricam -em *malogranati*. CASSIOD. in psalm. 143, 16 maceries est paries ex sola -e saxorum. **b** *speciatim i. q. ordinatio, exornatio*: VITR. 7, 4, 4 tricliniis hibernis non est utilis -e nec megalographia ... subtilis ornatus. TERT. adv. Hermog. 37 nec quicquam -is suae applicuisset illi *materiae* deus (43 accommodasset. *ibid. bis*). *add. gen. subi.*: TERT. adv. Hermog. 37 non desideraret *materia* -em dei (43 *bis*). *gen. obi.*: ITALA gen. 2, 1 (Aug. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 9) consummata sunt caelum et terra et omnis -o eorum (κόσμος, VVLG. ornatus. *cf.* EVGIPP. exc. Aug. p. 227, 10 consummatio). AVG. in psalm. 33 serm. 2, 8 delectat te -o loci (*postea* munditia). *adde de oratione (aliter p. 2140, 32 sqq.) i. q. venustas, decor*: HIER. epist. 36, 14, 2 oratio necessaria est, quae rem explicet ... non quae verborum -e frondescat (85, 1. 98, 21 [*cf. syn. ibid.* lepore. 118, 1 lenocinio. in Ezech. 5 praef. p. 163/4 venustate. 8 praef. p. 283/4 plausu. in Ion. 3, 6 sq. p. 420 -e verborum et disertitudinis ... fulgore]). POMER. 3, 34, 2 me affectationem -is debuisse contemnere. *ibid. iterum.*

II ***translate***: **A** *hominum*: **1** *diversorum*: **a** *i. q. conciliatio, concordia* (*cf. p. 2139, 26*): CIC. S. Rosc. 33 quos *cives* quia servare per -em volebat *Scaevola*, ipse ab eis interemptus est. Phil. 2, 24 pacis, concordiae, -is auctor esse non destiti. Att. 9, 6, 7 spes -is (BALB. Cic. Att. 9, 7[b], 2). 9, 13[a], 1. CAES. civ. 1, 26, 5 sine illis (*consulibus*) non posse agi de -e (3, 15, 7. 3, 17, 4). 1, 32, 8 legatos ... de -e mitti. 3, 19, 7. *add. gen. obi.*: BALB. Cic. Att. 9, 13[a], 2 ne qua res eorum (*Caesaris et Pompei*) -em impediat. **b** *i. q. consensus*: ITALA II Cor. 6, 16 (Aug. bapt. 4, 4, 6) quae -o (συγκατάθεσις

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA codd. d g *et* VVLG. consensus) templo dei (*i. Christiano*) cum idolis? AVG. civ. 19, 17 p. 384, 22 ut sit eis de rebus . . . humanarum quaedam -o voluntatum (*ibid.* p. 386, 7). *nota meton. i. q. res ex confesso oblata*: ITALA deut. 12, 17 (Lugd.) omnes orationes vestras quas orabitis et -es vestras (ὁμολογίας, VVLG. quae ... sponte offerre volueris. *cf.* ITALA deut. 12, 6 [Lugd.] confessiones vestras, *ubi* VVLG. vota atque donaria).

2 *de animo singulorum hominum i. q.* quies (*cf.* GLOSS. IV 434, 48 placatio, mitigatio): SEN. epist. 115, 18 eant *verba* ut volent, dum animo -o sua constet. TERT. castit. 1 ad -em animi conversum.

B *rerum*: **1** *singularum*: **a** *i. q. ordo, ordinatio, institutio* (*cf.* CIC. off. 1, 142 ordinem *Stoici* ... definiunt -em rerum aptis et accommodatis locis. GLOSS. Verg. ed. Hagen A 13 p. 453 ab ordine: a -e): CIC. leg. 2, 29 quas *ferias* -o anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum (*cf.* HILARIAN. pasch. 9 p. 1111^{A} dies ... vacivi, quos nunc -o Romana super aliquos menses divisit). 3, 12 ex eorum *magistratuum* -e, quod cuiusque rei publicae genus sit, intellegi. fin. 3, 74 admirabilis -o disciplinae incredibilisque me rerum traxit ordo. PS. APVL. Ascl. 39 nihil est ... sine ordinis -e. ITIN. [Silv.] 39, 1 hic ... ornatus est et ipsa -o et per octo dies paschae. COD. Iust. de cod. comp. 2 ut ordo temporum ... non solum ex adiectis diebus et consulibus, sed etiam ex ipsa -e earum *constitutionum* clarescat. *nota i. q. mos, institutum, consuetudo*: ITALA iud. 18, 7 (Lugd.) viderunt populum habitantem ... cum -e (ὡς κρίσις *vel* κατὰ τὴν σύγκρισιν, VVLG. iuxta consuetudinem) Sidoniorum.

b *in iure i. q. finitio, transactio, decisio*: α *generatim* (*in iure imperatorio*): SIDON. epist. 5, 19, 2 haec sola seu -o seu satisfactio. 6, 4, 3 aliqua indemni -e. COD. Iust. 1, 2, 22, 1 (*a. 529*) iudiciali termino vel amicali -e (IVLIAN. epit. novell. 69, 2 amicali -e litigatores transigere faciant. 78, 1). *add. gen. obi.*: PAVL. dig. 48, 16, 6 pr. qui cum adversario suo de -e eius criminis quod intendebat fuerit locutus (*cf. l. 47*). COD. Iust. 2, 55, 4, 5 (*a. 529*) incerti certaminis -o, quae inter homines imperitos saepe accidit, non aliquid robur (rebus *codd. mel.*) iudicatis inferat. β *in legibus barbarorum Romanis i. q. solutio, satisfactio (plerumque meton. i. q. pecunia quae ad satisfaciendum solvitur); cf. etiam p. 2130, 31 sqq.*: *absol.*: GREG. TVR. Franc. 6, 23 -es ... fisco debitas (Mart. 4, 26). 7, 47 medietatem -is (*antea* pretii) Sicharius redderet (LEX Sal. 35, 5. 36 LEX Visig. 8, 4, 16). 9, 18 singula milia solidorum ... in -em daturus (LEX Visig. 6, 4, 3. *cf. ibid.* in -em accipiat. 7, 4, 1 *al.*). LEX Sal. 40, 9 *al.* LEX Burg. praef. 5. lib. const. 5, 5 -is et multae ... illatio. 48, 3 ea -is (*cf.* 50, 5 satisfactionis) forma servabitur. 52, 5 *al.* LEX Visig. Eur. 280 -e implere (LEX Visig. 5, 5, 3 *al. cf.* 3, 3, 9 -em dare. 5, 5, 10 restituat. 6, 1, 4 solvere. 6, 5, 5 *al.* 9, 2, 5 satisfacere. *al.*). LEX Visig. 5, 5, 10 duplam -em (8, 4, 20 *al. cf.* 7, 1, 1 novecuplam ... sexcuplam. 8, 1, 10 undecupli. 9, 2, 5). *al.* *add. gen. obi.*: *rei*: LEX Burg. 50, 2 C solidi in -e criminis numerentur. LEX Visig. Eur. 280 furti (LEX Visig. 8, 5, 3). 6, 4, 8 vulneris. 7, 3, 3 homicidii. *hominis*: LEX Visig. 8, 2, 1 post -em illius, in cuius domum ignem misit, impletam.

2 *de -e ex partibus i. q. effectio, formatio, procreatio* (*cum generali sensu tum technice*): **a** *i. q. aedificatio, constructio, erectio*: VITR. 3, 1, 1 aedium -o constat ex symmetria (3, 5, 4. 4, 9, 1. *cf.* OP. imperf. in Matth. 47 p. 899 templi). 3, 3, 4 diastyli. 5, 6, 3 scaenae. *ibid.* hospitaliorum. HYG. mun. castr. 45 quidquid circa -em castrorum aestivalium instituerunt *auctores. saepius.* EVSTATH. Bas. hex. 3, 10 p. 901^{B} ante singulorum -em noverat *creator* cuiusque operis bonum.

b *de rebus liquidis sim. i. q. mixtura, confectio*: α *generatim*: *absol.*: COLVM. 12, 48, 2 ius infundito, quod eam -em habeat, ut. 12, 49, 7. 12, 59, 5. PLIN. nat. 13, 4 mixtura et -e *unguentorum* (*cf.* FIRM. err. 23, 1 Christi unguentum immortali -e conficitur). 35, 32 sive sicca -e sive liquida facilis *Sinopis terra*. ITALA exod. 35, 19 (Wirc.) incensum -is (συνθέσεως, VVLG. thymiama ... componendum. *adde* ITALA exod. 39, 16 Wirc. Lugd. [*at* VVLG. (*39, 37*) thymiama ex aromatibus]. exod. 40, 25 Lugd. [VVLG. incensum aromatum]. lev. 16, 12 [Lugd. Rufin. Orig. in lev. 9, 8, *ubi* VVLG. compositum thymiama]. num. 4, 16 [Lugd. VVLG.]). *cf.* VVLG. exod. 30, 9 thymiama -is alterius. 30, 37 talem -em non facietis (ITALA Lugd.: secundum -em hanc, σύνθεσιν). Ezech. 24, 10 coquetur universa -o. *nota in imag.*: PROSP. c. coll. 7, 1 contrarias sibi definitiones nova arte confudit, utque hoc -is suae poculum securis auditoribus propinaret, exemplis voluit colorare, quod miscuit. *add. genet.*: CIC. nat. deor. 2, 146 perspicuum est ..., quo -es unguentorum processerint (PLIN. nat. 13, 6. 14, 107 HIL. in psalm. 132, 4). COLVM. 12, 53, 1 olei gleucini -o (RVFIN. hist. 1, 3, 12. Greg. Naz. orat. 1, 94, 1 p. 70, 23 Engelbr. *syn.* mixturam). 12, 59, 4 oxypori. ITALA exod. 35, 21 (Wirc. Lugd. Aug. loc. hept. 2, 153 p. 568, 25) oleum unctionis (lenitionis) et -em incensi (σύνθεσιν, VVLG. 35, 28 thymiama ... componendum. RVFIN. Orig. in exod. 13, 7. VVLG. exod. 30, 32 *thymiamatis*. *cf.* AVG. loc. hept. 2, 153 p. 569, 5 -es ... vocat, quia ex multis ista confecta sunt). VVLG. Sirach 49, 1 memoria Iosiae in -em odoris (σύνθεσιν θυμιάματος). VAL. CEM. hom. 5, 4 noxias poculorum -es. β *in medicina*: *absol.* (*plerumque meton. i. q. res ipsa, quae conficitur*): CELS. 5, 17, 1 iidem effectus intra paucas -es sunt (5, 19, 3). 5, 18, 24 haec -o nocte et die imposita tollit livorem (6, 19 PLIN. nat. 28, 97 illita). 5, 18, 31 potest ... ea -o etiam ad parotidas (6, 5 p. 225. *cf.* COLVM. 7, 5, 7 facit ... commode. SCRIB. LARG. 5 bene facit. 134. 253. 8 bene detrahit. 137 bene purgat. 105 prodest. 125 proficit mirifice. *al.*) CELS. 5, 19, 24 est ... percandida -o (*cf.* 6, 7, 2 p. 240 apta. 6, 9 p. 246 valentiores. 6, 11 quas Graeci ἀνθηράς nominant [6, 13 PLIN. nat. 24, 69]. SCRIB. LARG. praef. p. 4, 2 expertas. p. 5, 18 exquisitae. 38 notas. 97 mirifica. PLIN. nat. 20, 264 clarissimam. 24, 4 inexplicabiles. 29, 24 excogitata. PELAGON. 324 traumatica. PLAC. med. 27, 2 vera). CELS. 5, 21 pr. haec tria -um genera. 5, 22, 2 ea -o, quae habet chalcitidis ... singulorum p. *tot* (5, 26, 36 p. 200 *et saepe*). 5, 26, 36 -es eae, quae corpus exedunt (5, 28, 3 p. 208). *al.* COLVM. 6, 14, 5 *al.* SCRIB. LARG. [tit. (*ed. princ.*) de -bus (-e *coni. Helmreich*) medicamentorum (*cf. Galeni* περὶ συνθέσεως φαρμάκων)]. 97 res, quae in hac -e sunt. 122 -em accepimus ... pretio dato. 154 valentibus tota datur -o. 254 alia -o ad idem. 271 *al.* PLIN. nat. 22, 101. 24, 120 *al.* CHIRON 145 pastillum quod in -em habes. 283. *add. gen.*: *subi.*: CELS. 5, 18, 6 ad laterum ... dolores -o est Apollophanis. 5, 19, 7 Philotae. 5, 21, 4 Numenii. 5, 22, 3 Herae. 6, 6, 16 Andreae. 6, 7, 1 Themisonis. 6, 18, 2 p. 254 Erasistrati. p. 255 Andronis. PLIN. nat. 1, 22, 56 contra -es medicorum. 23, 139 antiquorum. *gen. obi.*: SEN. epist. 8, 2 medicamentorum (COLVM. 12, 42, 1 SCRIB. LARG. 94 PLIN. nat. 26, 19 PELAGON. 342). SEN. benef. 4, 28, 4 remediorum salutarium. COLVM. 12, 38, 7 alterius myrtitis. SCRIB. LARG. 163 theriacarum (PLIN. nat. 1, 20, 100). PELAGON. 333 liparae (*cf. l. 31*). PLIN. med. 3, 33 *antidoti* (*cf. l. 29*). CAEL. AVR. acut. 2, 29, 153. chron. 2, 13, 166 *bis*. *seq. praep.*: PLIN. nat. 20, 264 unam -em ... adversus venenata animalia incisam in lapide versibus Coi in aede Aesculapi. *ex*: PLIN. nat. 23, 149 Pompeius invenit in peculiari commentario ipsius *Mithridatis* manu -em antidoti e II nucibus siccis *eqs.* 24, 166 hermesias ... vocatur ... non herba, sed -o e nucleis ... cum melle, murra, croco. 34, 174 -o eius *liparae* e libris III et cerae libra.

c *de scriptis sim. i. q. conceptio, exaratio*: CIC. leg. 2, 55 tota ... huius iuris -o pontificalis magnam religionem ... declarat (COD. Iust. 6, 51, 1, 9^{e} [*a. 534*] in novi iuris -e. *cf.* 1, 17, 2, 5). VITR. 2 pr. 3 attendo egregiam formae -em. VARRO frg. Non. p. 67 tit. de -e saturarum. QVINT. inst. 1, 8, 13 in oratoria -e. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290 primum opusculum quasi properatum pleniore postea -e rescideram. AVSON. 350, 3 aptis ... versibus et -e festiva. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 6, 1 ⟨bucolicon⟩ quod ex facili -e ⟨paratur⟩. MAXIMIN. c. Ambr. 70. *nota lusum*: SIDON. epist. 9, 7, 2 nullus est *declamator*, cui ... par ... assistat dispositio per causas, positio per litteras, -o per syllabas. *meton. de scripto ipso*: QVINT. inst. 10, 2, 13 verba quaedam ex orationibus excerpserunt aut aliquos -is certos pedes. ENNOD. epist. 8, 1, 5 p. 200, 9 est apud me epistulae vestrae ... veneranda -o. *de parte scripti i. q. articulus, caput* (*cf. l. 49*): COD. Iust. 1, 17, 2, 5 (*a. 533*) memorati ... libri iuxta -em de rebus positi sunt. *i. q. excerptio*: COD. Iust. 1, 17, 1, 7 (*a. 530*) si aliter fuerant apud veteres conscripta, in contrarium autem in -e inveniantur. *de singulis partibus orationis, i. q. comprehensio, enuntiatum, elocutio*: QVINT. inst. 9, 2, 70 -bus ambiguis (*opp.* verbis dubiis). ARNOB. nat. 2, 11 verbis eos *philosophos* luculentissimis scimus loqui et -bus fluere levigatis. DIOM. gramm. I 439, 1 confundetur ratio -is. 450, 1 amphibolia est vitio -is in ambiguo posita sententia (450, 32. 451, 3). DON. Ter. Ad. 507 nimis dura -o. PRISC. gramm. II 555, 2 'legens doceo' pro 'lego et doceo', quae -o intransitiva est. CASSIOD. inst. div. 1 p. 1111^{A} -um novitate reperta. *nota i. q. expositio*: EVGRAPH. Ter. Andr. 764 cogit ad apertiorem -em. *add. gen.*: CHAR. gramm. I 270, 26 (*et* DIOM. gramm. I 450, 33) cacemphaton est -o verborum obscaenae significationis (*opp.* unius verbi. *adde*: I 271, 5 VVLG. Sirach pr. PAVL. MED. bened. 3, 6. COD. Iust. 6, 23, 28 pr. [*a. 530*] 'nullo actu interveniente' ... huiusmodi verborum -o). DIOM. gramm. I 467, 31 periodi -o. *in universum de stilo, genere dicendi* (*cf.* IVL. SEV. rhet. 2 p. 355, 22 -o dicendi. *v. etiam p. 2141, 74 sqq.*): SEN. epist. 100, 6 de -e non constat *eqs.* 114, 8 ambages -is *Maecenatis*. 115, 1 nimis anxium esse te circa verba et -em ... nolo. QVINT. inst. 10, 1, 52 (*de poeta*) levitas ... verborum et -is *Hesiodi* probabilis. 12, 10, 23 cunctos ... *Demosthenes* vi, sublimitate, impetu, cultu, -e superavit. SCHOL. Hor. Vind. ars 23. *add. gen. subi.*: SEN. contr. 7, 4, 8 -o ... eius *Calvi* in actionibus ad exemplum Demosthenis viget. SEN. epist. 100, 1 -em eius *Fabiani* accusas. QVINT. inst. 12, 1, 22 *Ciceronis*. *obi.*: SEN. contr. 7, 4, 10 multis -o belle sonantis sententiae imposuit. *ibid.* verborum belle cadentium. *adduntur adiect.*: SEN. contr. 2 praef. 1 -o verborum mollior (9, 2, 24. 7, 4, 8 emollitae). 7, 4, 6 mitiorem. 7, 4, 8 infractae (suas. 2, 23 fracta. QVINT. inst. 8, 3, 57). SEN. epist. 46, 2 virilis et sancta. QVINT. inst. 4, 2, 117 dissimulata *in narratione*. IVL. SEV. rhet. 7 p. 358, 7 simplex et sibi vicina.

d *de voce, sono*: CIC. Tusc. 1, 41 quorum *sonorum* varia -o etiam harmonias efficit plures. QVINT. inst. 1, 10, 23 -o et sonus in oratione quoque varie pro rerum modo adhibetur sicut in musice (*cf. antea* structura ... et ... copulatio vocum). PS. AVG. serm. 284, 2 suavitatem ... vocis et -em cuiusque soni.

e *i. q. inventio, fictio, figmentum*: IREN. 2, 12, 3 de passione ... velut tragoediae -em affinxerunt. RVFIN. Orig. in num. 13, 5 arte quadam et -e verborum. AVG. epist. 120, 7 istam cogitationis car-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nalis -em vanumque figmentum. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 125. 222. *i. q. machinatio*: EVGRAPH. Ter. Andr. 716 haec scaena -em doli habet. *adde*: HERM. Pal. vis. 2,2,2 superaddiderunt peccatis luxurias et -es (συμφυρμούς, vulg. vis. 2,2 commaculationes) iniquitatum.

f *in rhetorica de collocatione, rhythmo* (*cf. tit. libri Dion.* περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων): *α praecepta in universum spectantia: de apta iunctura verborum ad aurium voluptatem pertinente* (*cf.* TAC. dial. 22 primus *Cicero* et verbis dilectum adhibuit et -i artem. *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 1): RHET. Her. 4,12,17 *elocutio* debet habere elegantiam, -em, dignitatem. 4, 12, 18 -o est verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas (*post afferuntur vitiosa ut hiatus, repetitio tam eiusdem litterae quam syllabae vel verbi, verborum traiectio, longi circuitus*). CIC. orat. 201 *partes* collocationis *sunt*...-o (*postea* constructione), concinnitas (*sc.* Γοργίεια, *formae*), numerus (*cf.* 181 sit ... omnium fons -o ex eaque et numerus efficiatur et ... σχήματα). 182 -o ... tota servit gravitati vocum aut suavitati. opt. gen. 5 sententiae suam -em habent, ad probandam rem accommodatum ordinem. QVINT. inst. 8, 3, 59 de dispositione diximus, de figuris et -e dicemus. 9, 4 tit. de -e. 9, 4, 1 *syn.* collocandi genus. 9, 4, 3 quosdam esse, qui curam omnem -is excludant (*cf. postea* vinctum et bene collocatum). 9, 4, 16 paene ultimam oratoribus artem -is (*antea* collocationis) ... contigisse. 9, 4, 22 in omni ...-e tria sunt genera necessaria: ordo (*v.* 9, 4, 23 *sqq. cf.* 9, 4, 29 in re tristi ludit -o [*i. verborum traiectio*]. 9, 4, 28), iunctura (*v.* 9, 4, 32 *sqq. cf.* 9, 4, 42 monosyllaba ... male continuabuntur, quia necesse est -o multis clausulis concisa subsultet. 9, 4, 44 plurimum refert -is, quae quibus anteponas [*sc. ut sit climax, non anticlimax*]), numerus (*v.* 9, 4, 45 *sqq.*). 9, 4, 146 -o ... debet esse honesta, iucunda, varia. eius tres partes: ordo, coniunctio, numerus. DIOM. gramm. I 456, 8 ornatus species sunt duae, ex quibus prior debet esse -o, quam Graeci synthesin dicunt. 456, 20. 464, 25 tit. de -e. 464, 26. 465, 10. 34 SVLP. VICT. rhet. 15 p. 321, 6. DON. gramm. IV 392, 28 sunt ... malae -es id est cacosyntheta (*cf. exemplis allatis* 395, 18 SERV. gramm. IV 445, 34 Aen. 2, 27. 3, 183). MART. CAP. 5, 514 iam -is praecepta percurram *eqs.* *singularia quaedam*: RHET. Her. 4, 12, 18 his vitiis in -e vitatis. CIC. de orat. 2, 58 ipsa -e verborum non impolitus (orat. 229 DIOM. gramm. I 471, 7. *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 13 interest ... verba eadem qua -e vel in textu iungantur vel in fine claudantur). CIC. de orat. 3, 200 ad aptam -em et condecentiam. Brut. 303 erat ... -e aptus (QVINT. inst. 12, 10, 60. *cf.* 10, 1, 79 diligens). SEN. contr. 3 pr. 18 -o aspera et quae vitaret conclusionem (compositionem *codd.*; *cf.* QVINT. inst. 2, 5, 9 levis et quadrata. 2, 7, 4 non quaesitis. TAC. dial. 21 hians). QVINT. inst. 1, 12, 4. 4, 1, 55 prooemium decebit et sententiarum et -is ... modestia. 4, 2, 39. 8, 3, 12 quidquid erit ... translationibus magnificum, -e elaboratum. 8, 3, 52. 8, 6, 62 ratio -is (comparationis *codd.*) et decor (9, 4, 44 TAC. dial. 23 VEL. gramm. VII 81, 1). 9, 4, 9 mihi -e velut ... nervis ... concitari sententiae videntur. 9, 4, 17. 10, 2, 13 -o cum rebus accommodata sit. 10, 3, 9. 11, 1, 6 cotidianum sermonis genus et -e ipsa dissolutum epilogis dabimus. PORPH. Hor. ars 47 CHAR. gramm. I 275, 21 BOETH. herm. sec. 5, 10 p. 344, 14. 345, 1. *β speciatim de numero, rhythmo* (*cf.* FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127, 7 quid est -o? quam structuram vocamus. SACERD. gramm. VI 493, 2 [= PROB. cath. gramm. IV 40, 21] est ... structura verborum -o dicta a struendo id est componendo. *cf. p. 2142, 51*): *generalia ad doctrinam spectantia*: CIC. orat. 164 finientur *verba* aut -e aut quasi sua sponte. 181 quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur an etiam vel -e quadam vel genere verborum, an sit suum cuiusque ut numerus intervallis, -o vocibus. 219 non ⟨numero solum⟩ numerosa oratio, sed et -e fit *eqs.* 228 hanc ... sive -em sive perfectionem sive numerum. SEN. epist. 100, 6. 114, 15 *syn.* iuncturam. *ibid.* quorundam non est -o, modulatio est: adeo blanditur. QVINT. inst. 9, 4, 52 in -e orationis (9, 4, 60) certior et magis omnibus aperta servari debet dimensio. 9, 4, 56 ut magis non ἄρρυθμον, quod esset inscitum ..., quam ἔνρυθμον, quod poeticum est, esse -em velit *Cicero*. 9, 4, 59 ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet, utrum volet sumat -o, vitavisse vel vitasse. 9, 4, 79 omnem ⟨-em⟩ oratoriam constare ⟨pedibus⟩. 9, 4, 116 quem in poemate locum habet versificatio, eum in oratione -o. 9, 4, 121 scire, ubi quoque genere -is sit utendum *eqs.* 9, 4, 144 neque longioribus quam oportet hyperbatis -i serviamus. TAC. dial. 22 variet *orator* -em nec omnes clausulas uno et eodem modo determinet. POMP. gramm. V 281, 29 ista res (*periodi*) inventa est propter -em (*i. ornatum*). 282, 34 quae ... serventur -es vel quo modo, ab oratore potest disci. *singillatim*: SEN. epist. 100, 7 -o eius *Ciceronis* una est, pedem curvat lenta et sine infamia mollis *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 12, 10, 12 in -e fractum, exultantem). QVINT. inst. 9, 4, 6. 26 verbo sensum claudere multo, si -o patiatur, optimum est (9, 4, 119). 9, 4, 31 traicere in clausulas verba ... asperandae -is gratia. 9, 4, 63 Demosthenis severa videatur -o 'τοῖς θεοῖς εὔχομαι κτλ.' 9, 4, 77 Plato, diligentissimus -is. 9, 4, 114. 117. 126. 129. 132 prooemii. 9, 4, 137 super⟨b⟩iorem -em. 9, 4, 142 duram ... atque asperam. 9, 4, 145. 10, 1, 118 -e nonnunquam longior. 11, 1, 34 -o numerosa tali proposito (*philosopho dicenti*) diversa. 11, 1, 49. 11, 2, 36. TAC. dial. 26 licentia -is. FRONTO p. 22, 3 N. mollitia. GELL. 11, 13, 4 iam tunc C. Graccho ... eiusmodi -em fuisse cordi videbamus (*cf. antea* cursus ... et sonus rotundae volubilisque sententiae). SACERD. gramm. VI 493, 8 fortiter et gravi -e. ... dicere (PROB. cath. gramm. IV 40, 26). DIOM. gramm. I 466, 2. 469, 18. *γ speciatim de clausulis* (*cf. Bornecque, quid de structura rhetorica praeceperint grammatici atque rhetores latini, Par. 1898*): SACERD. gramm. VI 496, 10 de structurarum -bus exprimendis. PROB. cath. gramm. IV 41, 3 hae -es (*sc. clausulae Ciceronis*) demutatae facient nostri temporis structuras sic. 41, 23 multi non sapienter et in tali -e (*sc. quattuor syllabarum*) barbarismos esse dixerunt. 41, 31 in tota -e structurae 'capsas admisero'. 43, 11 -o prima a trochaeo et molosso ut 'vadit armatus' ... -o secunda ... octava. PS. BASS. gramm. VI 308, 30 tit. de -bus. 309, 15 secundum genus -is. FRG. Bob. gramm. VI 627, 3 quattuordecim tibi structurarum praecepta transmisi, ex quibus velut gubernaculum -um teneres. EVSTATH. Bas. hex. 6, 2 p. 922[B] -es ... clausularum. CASSIOD. inst. div. 15 p. 1128[B]

g *in grammatica i. q. copulatio, formatio, figuratio* (*plerumque de compositis sim., quae ex duabus partibus orationis coalescunt, sed cf. ex. gr. etiam l. 42*): PAVL. FEST. p. 33 dura -o fiat besis ex triente. p. 114 ingentem per -em dicimus. p. 286. PLIN. frg. Prisc. gramm. II 594, 23 noluimus 'cum me' et 'cum te' dicere, ne eidem -i (*sic R*[1], computationi *vel* eadem computatione *al. v. p. 2176, 76 sq.*) adiungendum esset 'cum nobis'. QVINT. inst. 1, 5, 69 praepositiones quoque -o (copulatio *pler. codd.*) ista corrumpit. VEL. gramm. VII 64, 20 plena (*sc.* '*de*') .. in -bus ponitur (SCAVR. gramm. VII 24, 5 SERV. Aen. 3, 416. 5, 522 PRISC. gramm. II 126, 19 *al.* EVTYCH. gramm. V 487, 10 *opp.* simplicitate. *al.*). SCAVR. gramm. VII 25, 18 quotiens *praepositiones* in -em venirent. IVL. VAL. 1, 24 quod *sepulcrum* a veteri -e corruptum Taposiridus dictus esset. CHAR. gramm. I 84, 26 quae ex -e veniunt. DIOM. gramm. I 301, 34. 378, 29 DON. Ter. Ad. 302 SERV. Aen. 1, 616. PRISC. gramm. II 24, 14 *opp.* appositione (III 37, 7). 181, 1 incipit labefactari compago -is (568, 24). *al.* *nota meton. i. q. compositum* (*cf. l. 43*): SERV. Aen. 3, 671 quod in simplici difficile invenis, per -em agnoscis. POMP. gramm. V 269, 5 'at' et -o quae inde fit ... 'atque'. PRISC. gramm. II 437, 10 aliqua pars -is. 439, 21 interponitur iuncturae -is 'd' (*syn.* figurationis). III 146, 13. EVTYCH. gramm. V 469, 19 tam in simplici quam in omnibus -bus. CASSIOD. gramm. VII 200, 2. *add. gen.*: VITR. 3, 1, 8 -o nominis ad hodiernum diem denarium retinet (TER. MAVR. 443 AVG. quaest. hept. 4, 1). SERV. gramm. IV 450, 2 figurae. PRISC. gramm. II 437, 25 huiuscemodi verborum (EVTYCH. gramm. V 462, 13 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 13 mea verbi -e [*i. creatione*]. CASSIOD. gramm. VII 159, 10 *i. compositum*). GRAMM. suppl. 197, 28 in cassorum -e (198, 12. *cf.* 196, 27 positione). *nota de syntaxi i. q. complexus verborum*: QVINT. inst. 1, 5, 35 neutrum *verbum* ... vitiosum est separatum, sed -e (*antea* complexu orationis) peccatur. 8, 6, 2 verti *in tropis* ... formas non verborum modo, sed et sensuum et -is.

h *in re metrica*: *definitiones*: DIOM. gramm. I 474, 3 metrum est -o pedum ordine statuto decurrens. EXPLAN. in Don. gramm. IV 522, 18 pes ... est -o syllabarum duarum vel trium in simplicibus pedibus. MART. CAP. 9, 967 rhythmus ... est -o quaedam ex sensibilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque conexa (AVDAX gramm. VII 331, 18 verborum modulata -o). 9, 975 alogos *pedes* ... quorum ... incondita quaedam -o profertur. 9, 979 periodos ... est pedum -o plurimorum. *i. q. species quaedam metrorum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 101, 9 qualitas *immutabit metrum* per translationem, permixtionem, transfigurationem, divisionem, unitatem, -em. 101, 30. DIOM. gramm. I 473, 7 -is ... metricae observationibus. 494, 4 PRISC. gramm. III 459, 4. *add. gen.*: DIOM. gramm. I 477, 23 metrorum (505, 5 SERV. gramm. IV 468, 13 *al.* SCHOL. Hor. carm. 1, 1, 1 BOETH. mus. 4, 3). 478, 19 pedis dactyli. 479, 4. 7. AVG. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 4 senarii numeri -o vel ordo vel partitio.

i *in logica, dialectica*: *i. q. probationum genus*: CHALC. comm. 304 illud aliud *genus* consideremus, quod -o cognominatur. sequitur quippe resolutionem -o et discretionem concretio. *ibid.* iuxta -is ... praecepta (*opp.* dissolutionis). *de fingendo cogitatione, imaginatione*: BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 164, 8 in his ... falsa ... intelligentia est, quae per -em fiunt. si enim quis componat atque coniungat intellectu id quod natura iungi non patitur (*velut Centaurum ex homine et equo*) *eqs.* p. 166, 1 qui hoc in -e facit (*opp.* in divisionibus et abstractionibus). *i. q. coniunctio notionum, affirmatio*: BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 41, 19 circa -em (σύνθεσιν) ... et divisionem est falsitas veritasque. p. 42, 14 ex hac substantiae ('*homo*') et accidentis ('*currit*') -e et coniunctione huiusmodi intellectus fit. p. 43, 12. 22 animi. *in geometria, arithmetica*: BOETH. arithm. 2, 4 p. 86, 16 inaequali laterum -e. 2, 23 tetragonorum. 2, 25. 40 *al.*

syn.: *ad I A 2 b*: cultus. *ad I B 2 b*: lenocinium, lepos, munditia, venustas. *ad II B 1 a*: ordo. *ad II B 1 b*: pretium, satisfactio. *ad II B 2 b*: confusio (HIL. in psalm. 132, 4), mixtura (*adde* PLIN. nat. 13, 6. 24, 4). *ad II B 2*: figmentum. *ad II B 2 f*: collocatio, constructio, iunctura, structura. *ad II B 2 g*: complexus, figuratio. *ad II B 2 i*: coniunctio, concretio.

opp.: *ad II B 2 f*: modulatio. *ad II B 2 g*: appositio, simplicitas. *ad II B 2 i*: discretio, dissolutio, divisio, resolutio.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

compositīvus, -a, -um *a* componere, compositus. *i. q. compositus*: MART. CAP. 9, 945 spissum ... dicitur trium sonorum -a quaedam qualitas. compositīvum *n. subst.*: SCHOL. Stat. Theb. 5, 149 'solare domos': -um 'desolare'.

compositō *v. p. 2133, 80.*

compositor, -ōris *m. a* componere. *inde a* CIC. *i. q. dispositor, ordinator*: CIC. orat. 61 non enim inventor aut -r aut actor haec complexus est omnia. *i. q. auctor, scriptor* (*cf.* SCHOL. Hor. Vind. ars 1 poesis ... latine dicitur figmentum, inde poetae id est -es dicuntur): OV. trist. 2, 356 plus sibi permisit *opus* -e suo. FEST. p. 266 historiae Cumanae -r (*antea* scriptor). COD. Iust. 6, 28, 4, 3 pr. Triboniano ... ceterisque ... -bus iuris enucleati. *adde de musica*: CASSIOD. hist. 1, 2 si quis melodiae -r propter utilitatem peregrini soni alias chordas plectro discurrat. *i. q. structor*: SACERD. gramm. VI 493, 3 (*et* PROB. cath. gramm. IV 40, 22) structores -es alicuius rei dicuntur. *cf.* SERV. Aen. 1, 704 struere, ordinare componere, unde et structores dicuntur ferculorum -es. *de figulo*: GREG. M. in euang. 23, 1 fingere ... componere dicimus, unde et -es luti figulos vocamus. GLOSS. V 380, 47 plastes -r. *i. q. inventor*: IREN. 1, 15, 4 quis ... non oderit eum, qui tantorum mendaciorum malus -r (κακοσύνθετον) est poëta? AVG. civ. 2, 14 poëtae talium fabularum -es (*postea* poeticorum figmentorum). *i. q. conciliator*: VEREC. in cant. 4, 11 iudicem ... -em pacis. *i. q. transactor*: LEX Burg. Rom. 9, 2 -es ipsius criminis. *i. q. moderator*: CORIPP. Iust. 1, 17 Anastasius ... -r morum, iuris legumque sacerdos. *de munere quodam*: GLOSS. II 593, 41 stipator -r. V 623, 48 stipatores sunt praebendarii vel -es dicti a stipe praebenda.

compositōrius, -a, -um *a* componere *vel* compositor. *i. q. ad compositionem, structuram pertinens*: EVSTATH. Bas. hex. 1, 9 p. 876^D -am profecto virtutem eius *terrae* ... intellege.

compositum, -ī *v. p. 2133, 46.*

compositūra, -ae *f. a* componere. *i. q. compositio*: CATO agr. 22, 3 composturae ~~HS~~ LX. LVCR. 4, 303 *simulacra solis* feriunt oculos turbantia -as. SINN. frg. Gell. 5, 20, 2 soloecismus est ... impar atque inconveniens -a partium orationis. *Hofmann.*

1. compositus, -a, -um *v. p. 2130, 45.*

2. compositus, *abl.* -ū *v. p. 2124, 7.*

compossessio (-ōnis *f.*) σύνκτησις GLOSS. II **111**, 36 (*cf.* 575, 20 conposs⟨ess⟩io *sine interpr.*). *a* com *et* possessio, *cf.* compossessor.

compossessor, -ōris *m. a* com *et* possessor, *cf.* compossessio. *scribitur* conp-: *l. 44. 45.* GLOSS. συγκτήτωρ. *cf.* compotem: -em. V 627, 35 compotem: similem, -em vel sospitem. *absolute*: EPIST. imp. Gord. (Corp. III 12339 *a. 238/40*) praefat.: dat(um) per Aur(elium) Purrum mil(item).... con⟨vi⟩canu⟨m⟩ et con⟨p⟩ossess⟨o⟩rem. *ibid.* subscr. ⟨vi⟩kanis ⟨p⟩er Pyrrum mil(item) con⟨pos⟩sessore⟨m⟩. AVG. epist. 185, 35 quis avarus quaerit -em? PS. AVG. serm. 270, 3 noli timere, ne angustet te -r. *c. genetivo rei* (*quae una possidetur*): TERT. idol. 14 p. 46, 18 -es mundi *sumus*, non erroris (*sc. cum ethnicis*). *c. pron. possessivo* (*eius qui una possidet*): AVG. serm. 357, 1 ut non invideas -i tuo. in psalm. 30, 2 serm. 1, 14 'inimici': non vicini tui, non -is tui, non eius cum quo militasti.

compostile, -is *n. a* compostus, componere. *i. q. depositorium, theca*: ENNOD. carm. 2, 22 tit. de -e habente septem gavatas. *Mbr.*

compostūra *v.* compositura. **compostus** *i. q.* compositus, *v. p. 2111, 65.*

compōtātio, -ōnis *f. a* compotare. *fere i. q. convivium*: CIC. Cato 45 bene ... maiores accubitionem epularem ... convivium nominaverunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum -em, tum concenationem vocant. epist. 9, 24, 3 *sermo familiaris* est in conviviis dulcissimus, ut sapientius nostri quam Graeci: illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est -es aut concenationes; nos convivia. ISID. orig. 20, 1, 3 convivium apud Graecos a -e συμπόσιον ... vocatur.

compōtātor, -ōris *m. a* compotare, *cf.* compotor. *qui simul potat, bibit*: CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137 qui ... de rebus summis deliramenta quaedam cum -bus (*Barth*, computat- *vel* computor- *codd.*) mussitant. GRAMM. suppl. 74, 30 a pono compos, id est -r.

compōtātus, *abl.* -ū *m. a* compotare. GLOSS. V 184, 19 -u (*an scribas* -u⟨s⟩?) pariter bibere duorum est.

compotēns, -tis *a* com *et* potens. *fere i. q. potens*: CORP. XI 3198 -i Dianae Mummeius Atticus et Mumeia Felicia d. d. (*cf.* compos *p. 2136, 73*).

compotentiālis *a* com *et* potentialis. *i. q. eiusdem (cum altero) potentiae*: PS. RVFIN. in psalm. 44, 2 p. 820^D *filium* consubstantialem et -em patri.

compotio, -īvī, -īre (compotior, -ītus sum, -īrī) [*a* com *et* potire, -iri *vel a* compos. *Th.*]. **1** *activum transitive fere i. q. compotem, potentem facere*: *c. abl.*: PLAVT. Rud. 911 *horia* piscatu ... me uberi -vit. *c. genet.*: APVL. met. 11, 22 advenisse diem ... quo me maxumi voti -ret (competeret φ, *in mg. paene evan.* periret. -ret *Lipsius*, compertiret *dubitanter Helm*). Socr. 4 p. 111 *corvus* praedae, quam ore gestabat, inductricem vulpem -vit. **2** *passive i. q. compotem, potentem fieri*: *c. abl.*: PLAVT. Rud. 205 sola solis locis -ita sum. *c. genet.*: TERT. adv. Val. 11 p. 190 non visu ... non auditu -iri *dei patris* (*syn.* capere, comprehendere). *c. acc.*: PAVL. NOL. epist. 5, 2 divina remuneratio ... -ita desideratum sapientiae caelestis auditum. 17, 1 decocta praesumptae spei gratia, ... non tamen omnino nulla -imur sumentes litteras tuas.

1. compōto, (-ōtum), -āre *a* com *et* potare. *simul bibere*: GLOSS. Löwe prodr. p. 177 -ota pariter biba (*scribendum aut* bibita *aut* bibe). II 575, 23 compotor, conviva a -ando. SCHOL. Pers. 4, 27—29 'pertusa' compita dicta sunt ... proprie a -ando id est simul bibendo. *derivata*: compotatio, compotator, compotatus.

2. compoto *i. q.* computo, *q. v.*

compōtor, -ōris *m.* [*a* com *et* potor, *cf.* combibere, compotare. *Th.*]. copotor: CORP. XIII 645. *qui compotat, simul bibit, conviva, combibo*: NON. p. 38 combibones, -es, a bibendo dicti (GLOSS. V 281, 13. 14). GLOSS. συμπότης. conviva, a compotando. pariter bibens. -em combibitorem. CIC. Phil. 2, 42 adhibes ... magistrum suffragio tuo et -um tuorum rhetorem (*affert* SVET. gramm. 29, *ubi codd.* competitorum). 5, 22 *Antonius* bona ... suis comitibus -busque discripsit. APVL. met. 2, 31 -es vino madidi ... cachinnum integrant. SCHOL. Cic. Bob. p. 54, 12 Hild. -es suos ebrietate superare. CORP. XIII 645 omnibus -bus bene.

fem. **compōtrīx,** -īcis. *subst.*: GLOSS. συμπότρια. socia ad bibendum. consimilis, socia. combibula vel coebriosa. combibulus (?). TER. Andr. 232 importunitatem spectate aniculae: quia -x eius est (*cf.* SCHOL. Ter. p. 82 compos vel socia importunitatis. GLOSS. V 531, 40 una bibit). *adde p. 2135, 15 sqq.* *adiect.*: SIDON. epist. 2, 9, 8 assecularum meorum famulorumque turba -x. *Bannier.*

compotus *i. q.* computus, *q. v.*

compraecīdo, -ere *a* com *et* praecīdere. *t. t. geometriae, i. q. coincidere, secare*: HYG. grom. p. 191, 5 hae duae lineae altera alteram -ent signo *quodam.*

compraedēs (*nom. pl. m.*) eiusdem rei populo sponsores PAVL. FEST. p. 39. *a* com *et* praes.

comprachendo, compraendo *v.* comprehendo *p. 2145, 13.*

compraesēns, -ntis *adi. (part.) a* com *et* praesens, praeesse. IGNAT. ad Trall. 12, 1 saluto vos a Smyrna cum -bus mihi ecclesiis dei (ταῖς συμπαρούσαις μοι ἐκκλησίαις).

compraetendo, -ere *a* com *et* praetendere. *t. t. militaris, i. q. una praetendere* (*i. simul cum aliis excubare, in praetentura versari*): HYG. mun. castr. 1 fiunt pedes XXIV, hoc bis: XXXXVIII, quoniam -ent (-eret *cod.*, cum compare tendent *Mommsen*).

comprānsor, -ōris *m. a* com *et* pransor *vel* prandere. *i. q. socius prandii*: CIC. Phil. 2, 101 agrum Campanum ... tu -bus tuis et collusoribus dividebas. *Mbr.*

comprecātio, -ōnis *f. a* comprecari. *fere idem q. precatio*: LIV. 39, 15, 2 necessaria haec sollemnis deorum -o fuit (GELL. 13, 22, 1 -es deum immortalium, quae ritu Romano fiunt). PAVL. NOL. epist. 13, 14 conclamatio illa et -o pauperum. FERRAND. epist. 8 alia est ... publicae intercessionis devotio, ... alia est privatae commendationis arcana -o.

comprecor, -ātus sum, -ārī *a* com *et* precari. *legitur* conprecor: CARM. epigr. 1147. GLOSS. -antur: optant. NOT. Tir. 66, 87 -atur. *legitur apud poetas inde a* PLAVTO, *apud scriptores pedestres inde a* SEN. phil. [*loc. dub.*: PACVV. trag. 365^C SEN. Med. 680.]

fere idem q. precari: **1** *absolute*: PLAVT. Mil. 394 abi intro et -are. CARM. epigr. 1121, 2 matris et fratris -or ecce soror. **2** *indicatur res precibus erogata*: *accus.*: CATVLL. 64, 191 caelestum ... fidem postrema -er hora. SEN. epist. 99, 16 mortem -antur sibi. PLIN. epist. 4, 25, 2 ei ... iratum principem (*i. iram principis*). TERT. anim. 4 ossibus et cineribus eius refrigerium. SIDON. epist. 1, 5, 2 mihi ... itum reditumque felicem. CARM. inc. frg. Mar. Victorin. gramm. VI 126, 32 tibi -or errorem similem. *coniunctivo*: OV. met. 10, 640 Cytherea ... -or ausis assit. 12, 285. 14, 379 altera captum me ... teneat ... -or. EPICED. Drusi 412 tu ... -or illi ipsi conspiciare senex. PLIN. paneg. 2 alternis ... votis 'haec faciat, haec audiat' ... -amur. ut: OV. Pont. 2, 5, 75 ut maneat ... amicus -or. CARM. epigr. 1121, 5 ⟨co⟩mprecor ut vobis sit pia terra levis. 1147, 4 -or ut matris sit tibi gratus honos. 1155, 6 -or ut leni terra tegat tumulo. *v. etiam l. 72 sq.* **3** *indicatur ad quem preces fundantur*: *dativo*: PLAVT. Amph. 740 te prodigiali Iovi ... ture -atam oportuit. *accusativo*: TER. Ad. 699 abi domum ac deos -are, ut *eqs.* (OV. trist. 5, 11, 26. SYMM. epist. 8, 47 caelestem -or potestatem, ut *eqs.* PALLAD. hist. mon. I 3 -atusque [παρακαλέσας] est eum, ut *eqs.* *cf.* SYMM. epist. 8, 70 deos -or, ne ... paginas tuas mens tristis infuscet. *v. etiam supra l. 66 sq.*). TER. Ad. 704 tu potius deos -are (SEN. Med. 740 -or vulgus silentum vosque ferales deos. FRONTO p. 122, 8 N. deos ... patrios ita -atus sum. APVL. met. 4, 1 deos. PRVD. perist. 10, 670 mille formarum deos). EPIT. Alex. 29. 85. HYG. astr. 2, 5 p. 40, 16 *Minos* -atus patrem petiit aliquid signi. fab. 2 p. 38, 22 Iovem -ari vellet. *Wulff.*

comprehendibilis *v.* comprehensibilis.

***comprehendo (comprēndo),** -dī, -sum, -dere *a* com *et* pre(he)ndere. *formae in titulis*: comprehendo: LEX Tudert. (Corp. XI 4632) 1 LEX Malac. (Corp. II 1964) 1, 36 *et saepius.* CAVTIO

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

compūgnātio, -ōnis *f. a* compugnare. *i. q. dissensus, discordia, compugnantia* (GLOSS. compulsatio; *v. p. 2170, 32*): HIER. in Ezech. 38 p. 451 haeresis dimicabit adversus haeresim, quarum inter se -o nostra victoria est. [*leg. in var. lect. supra l. 46 et 55.*]

compūgnātor, -ōris *m. a* compugnare. GLOSS. II 569, 3 auxiliarius: -r, conmiles.

compūgno, -āre *a* com *et* pugnare. *legitur inde a* GELLIO APVL. ITALA. 1 *intransitive i. q. pugnare cum altero (sc. hoste), i. contra alterum*: **a** *de hominibus*: *absolute*: GELL. 12, 5, 3 (*in imag.*) congredientes -antesque philosophum et dolorem. 14, 5, 4 clamantes -antesque illos (*grammaticos duos*) reliqui. PS. CYPR. abus. 7 bellum animoso -antium conflictu cum odiosa res sit. PS. ATHAN. ad mon. 1 p. 71^C -antes Esau et Iacob unius uteri claustra ruperunt. AMBR. Cain et Ab. 1, 1, 4 duae . . . sectae sunt sub duorum fratrum nomine -antes invicem. HIER. adv. Rufin. 2, 27 totus orbis hac inter se trifaria varietate (*sc. textus bibliorum*) -at. **b** *de bestiis*: *absolute*: APVL. met. 4, 3 canes et modo magnos et numero multos et ursis ac leonibus ad -andum idoneos. NEPOTIAN. Val. Max. 1, 4, 2 tres corvi . . . -antes tegulam ante pedes eius (*Tib. Gracchi*) deiecerunt. **c** *de rebus*: *absolute*: HIL. in Matth. 21, 3 -antibus licet eorum . . . affectibus. ZENO 1, 8, 1 inter -antes fluctus ac flatus. 2, 17, 2 -antium ventorum flatu violento. PRISCILL. tract. 10, 133 p. 97, 28 -antes rerum mortalium in nobis opiniones (*syn.* colluctantia). VVLG. Is. 37, 26 factum est in eradicationem collium -antium (contrapugnantium *Amiat.*) et civitatum munitarum. cum *re*: HIL. trin. 10, 1 *sensus animorum* cum adversantium iudiciorum affectione -ans assertionibus his, quibus offenditur, contradicit (*syn.* dissentiens). *alicui rei*: HIL. in Matth. 5, 14 -are propositis subsequentia existimantur. ORIENT. comm. 1, 604 cum flammiferis frigentia, mollia duris, siccis -ent (cum pugnent *var. lect.*) umida, lenta citis. *sibi*: HIL. trin. 10, 49 haec impiae intellegentiae violenta praesumptio quam sibi in omni dictorum dominicarum genere -at! AMBR. hex. 3, 13, 57 plerumque in eadem specie arborum -are sibi fructus. *inter se*: AMBR. off. 3, 2, 9 ne haec inter se -antia inducere videamur. SVLP. SEV. Mart. 14, 2 ut -antium inter se elementorum quidam conflictus videretur. ZACCH. 1, 33 -antibus inter se luxu atque virtutibus.

2 *transitive*: ITALA deut. 20, 4 (Lugd.) *deus* praecedit ante vos vobiscum -are vobis inimicos vestros (συνεκπολεμῆσαι ὑμῖν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, VVLG. pro vobis contra adversarios dimicabit). CHALC. comm. 183 -ant quippe se . . . invicem cupiditas iracundiaque et item ratio. VEG. mulom. 1, 13, 6 ut amaritudinem morbi herbarum amaritudo -ans possit expellere.

part. praes. **compūgnāns,** -ntis *adi.* *i. q. diversus, dissonus, dissentiens, contrarius* (*add. dat. l. 17. 22*, invicem *l. 24*): AMBR. hex. 6, 9, 60 quae duo sibi -ia videbantur. off. 1, 33, 171 inter dispares mores et studia -ia. HIER. in Eph. 4, 15 p. 617 sapientium saeculi diversae -esque rationes. PHYSIOGN. 10 p. 16, 7 multa -ia signa. PROSP. carm. de ingr. 751 haec inter tam -ia. LEO M. serm. 30, 1 p. 230 pravas -esque sententias. 76, 7 p. 410 -ia mendaciorum monstra contexuit. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 18, 7 apostolorum testimonia -ia et contraria sibi. *neutr. plur. subst.*: CHALC. comm. 190 quamvis -ia invicem dicant.

adv. part. praes. **compūgnanter:** CHALC. comm. 92 *planetae* variis de causis et -r accidentibus casibus faciunt agitationes.

deriv.: compugnantia, compugnatio, compugnator. *Mbr.*

compulsāmentum, -ī *n. a* compulsare. *i. q. compulsio*: FVLG. myth. 3, 6 p. 69, 19 illarum *sororum* (*sc. carnis et libertatis*) -o *Psyche* perterrita lucernam . . . eicit.

compulsātio, -ōnis *f. a* compulsare. *i. q. concertatio, dissidium* (*cf.* GLOSS. IV 45, 42 -o compugnatio): TERT. apol. 21 p. 200 nec alia magis inter nos et illos (*Iudaeos*) -o est quam quod iam venisse *Christum* non credunt. 38 quae res . . . contiones, spectacula etiam aemulis studiorum -bus inquietaret. FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 16 fortuitis -bus moti nascuntur errores. *ibid.* p. 15, 17 -bus lubricis volvuntur incursus.

compulsio, -ōnis *f. a* compellere. *legitur inde ab* VLPIANO, *plur.*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 191. *formam* conp-: CORP. VI 1747 (*aet. Constantini*) conpulsionem. GLOSS. ἔπειξις. συνέλασις. συνώθησις.

1 *proprie i. q. actio compellendi, collisio*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 45 (*in imag.*) quomodo ergo -o (*sc. generationis et faciendi velut lapidis et ferri*; *antea* collisio, compulsus). CASSIOD. in psalm. 1, 6 *venti* corpora . . . in auras aethereas ludivaga -e transponunt. *seq. genet.* (*cf. l. 49. 53. 58*): PS. AVG. serm. 31, 6 virgae -e, id est severitate. CASSIOD. in psalm. 118, 122 peccatorum nostrorum -e percutimur. 2 *translate*: **a** *i. q. compulsatio, conflictatio*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 191 -um vim passi (προπηλακιζόμενοι) a Persicis regibus (*cf. antea* mala audientes). EVGIPP. Sev. 31, 5 ne tanti exercitus -e vastentur potius quam migrentur. **b** *i. q. coactio, impulsio, imperium sim.*: VLP. dig. 36, 1, 15, 6 si fideicommissarium pecuniarium alicui fuerit relictum, cessat -o *adeundi hereditatem.* ZACCH. 3, 8 si -o transgressionum . . . sit obscura notione. CASSIAN. conl. 5, 21, 3 nec . . . vim cotidianae -is *gastrimargiae* evado (*postea* conventibus). inst. 3, 2 gratius voluntarium munus quam functiones, quae canonica -e redduntur. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 62, 2 *opp.* consensio. CASSIOD. var. 5, 42, 11 violenta -o est . . . dona subtrahere. GREG. M. epist. 9, 40 districta -e perurgeat. *seq. genet. subi.*: CORP. X 5409, 6 per quorundam insecutione(m) sive -e(m). CASSIAN. conl. 21, 5, 4 legiferi (*i. Moysis*) violenta -o. CASSIOD. var. 9, 15, 4 iudicis competentis. **c** *i. q. exactio pecuniarum* (*cf.* GLOSS. -em εἴσπραξιν, ἀπαίτησιν): CORP. VI 1747 (*aet. Constantini*) post haec ab eodem ⟨missus ad exc⟩ussionem et -em canonic(a)e (*i. illationis*), ⟨qu⟩ae de Campania urbi Romae ministratur *eqs.* COD. Theod. 11, 1, 14 (*a. 366*, COD. Iust. 11, 48, 4 pr.) vel per se vel per actores proprios recepta -is sollicitudine. COD. Iust. 3, 12, 6, 6 (*a. 389*) in quindecim . . . paschalibus diebus -o . . . annonariae functionis . . . differatur (*syn.* exactio). CASSIOD. var. 11, 39, 5 pareant . . . non -e aliqua, sed amore. 12, 1, 5 iniuncta morali -e. 12, 2, 5 immaturae -is iniuria (12, 16, 3). 12, 7, 2 sollemni -e. 12, 10, 1. 12, 16, 2.

compulso, -āre [*cf. c.* compellere *et c.* pulsare. *Th.*]. *proprie*: APVL. met. 7, 21 -at ac morsicat *asinus feminas.* *transl.*: FVLG. myth. 1 praef. p. 5, 2 conventio -antium (*i. tributa exigentium*) pedibus limen . . . triverat. FVLG. aet. mund. p. 162, 11 deo -ante (*i. impellente*) succensa *Iudith* . . . processerat. *intrans. i. q. confligere*: TERT. apol. 20 regnis regna -ant (-antur *F*). CORIPP. Ioh. 8, 423 -at (compulsit *cod.*) post terga acies Nasamonis iniqui.

compulsor, -ōris *m. a* compellere. *legitur inde ab auctoribus saec. IV.* 1 *proprie i. q. actor*: PALLAD. 7, 2, 3 *bos* mansuetus . . ., qui non modum -is excedat. 2 *transl. i. q. monitor, impulsor, flagitator, instigator*: **a** *generatim*: AMM. 25, 9, 5 appositis -bus (*sc. migrationis*). 27, 12, 7 proditionis acerrimi -es. GAVDENT. serm. 10 p. 918^A *ut* haberet oblivio paedagogum, dissimulatio -em. RVFIN. hist. 6, 23, 2 cotidianum de illo (*Origine*) opus verbi dei (*sc. com-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mentarios in scripturas) violentus et religiosus -r *Ambrosius* exigebat (ἀσκήσει τε καὶ σπουδῇ προθυμίαν ἄφατον αὐτῷ συνεισέφερεν). ENNOD. epist. 7, 10, 1 p. 179, 7 -is functus officio. CASSIOD. var. 1, 2, 6 (*opp.* ultorem). **b** *nomen officiorum*: *α i. q. praepositus operis alicuius* (*cf.* GLOSS. III 190, 29 operis -r ἐργοδιώκτης): RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 est ingens multitudo huiuscemodi -um, qui omnes exigunt. *ibid.* (= PS. AVG. serm. 16, 3) superpositis magistris et -bus. PS. AMBR. act. Seb. 18, 65 circa insulas, circa vicos ... erant positi -es (*sc. sacrificandi idolis*). CASSIAN. inst. 3, 2 quae *officia* domino solvere per distinctiones horarum ... cum admonitione -is adigimur. REG. monach. Migne 66, 993^A si quis ad vocem -is sive instantis ad aliud quodcumque non statim surrexerit. LEX Visig. 9, 2, 2 tit. -es exercitus ..., dum exercitum ad hostem compellunt (*ibid.* servi dominici id est -es exercitus. 9, 2, 5 tit. si -es exercitus beneficio accepto aliquem ... domui stare permiserint. *cf. syn.* 9, 2, 3 *et* 9, 2, 4 tit. praepositi exercitus). *β i. q. canonicarius, exactor tributorum ab imperatoribus ad provinciales compellendos missus* (*cf.* GLOSS ἐπείκτης. *v. de re Seeck, PW. III 1488 sqq.*): AMM. 22, 6, 1 si -i quicquam dederit. AVG. in psalm. 45, 3 imminentes omni anno -es. COD. Theod. 8, 8, 7 (*a. 395*; COD. Iust. 12, 60, 2) quicumque e palatio nostro ... ad provinciam commearit -r, exactor, admonitor portitorve praecepti ..., hoc tantum potestatis arripiat *eqs.* COD. Theod. 10, 1, 16 (*a. 399*) exactores et -es. 11, 7, 15 (*a. 399*) ne a solitis -bus exigantur. COD. Iust. 12, 58, 2 (*fere a. 399?*) praefectus annonae canonem ... per -es suos exigat. COD. Theod. 8, 10, 3 (*a. 400*) -r ... in depraedatione convictus. 8, 10, 4 (*a. 412*) universa -um genera ex Africanis provinciis constituimus esse pellenda. 11, 1, 34 (*a. 429*) pro -e aut opinatore. 12, 1, 186 (*a. 429*) -um vel opinatorum. COD. Iust. 10, 22, 3 (*a. 456*) curialis ... vel quilibet publici debiti exactor sive -r. NOVELL. Maior. 2, 2 (*a. 458*) remota feralium -um acerbitate. 7, 16 (*a. 458*). CASSIOD. var. 2, 25, 2 cum alienis debitis sub truculentis -bus urgerentur *curiales*. 5, 39, 2. 7, 45, 1 (*bis*). 9, 4, 3. 11, 7, 2. 11, 8, 8. 12, 8, 3 *ter.* LEX Visig. suppl. p. 468, 37 -es vel executores decreto praestringimus.

compulsus, *abl.* -ū *m. a* compellere. PROB. app. gramm. IV 193, 19 -u repulsu *inter ablativos quartae.* AVIEN. Arat. 1427 -u aërio (*sc. molis pluviarum et caloris*) fragor intonat. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 45 *Arriani* dicentes neque generatione filium neque faciendo esse a deo, sed -u istorum duorum ... veluti lapidis et ferri. *ibid. bis.* *Hofmann.*

compūnctē *v. p. 2175, 39.*

compūnctio, -ōnis *f. a* compungere. *i. q. actus compungendi*: GLOSS. κατάνυξις. titulatio (titubatio? *cf. II A*; titillatio? *cf. I A*). IV 286, 75 stimulus: -o, instigatio. *vocabulum aetatis christianae, primum in* ITALA *et ap.* TERT.

I ***sensu profano*:** **A** *apud medicos i. q. dolor pungens*: VEG. mulom. 2, 79, 7 *spurcitiae* -es etiam et morsus urinali fistulae praestant. CAEL. AVR. salut. praec. 26 frequentia -is intestinorum. ORIBAS. syn. 9, 10 si ... *pleureticis* mediocris sit dolor et cumpunctionem (*sic*) non satis magnam (εἰ ... μέτριον εἴη τὸ ἄλγημα καὶ μὴ νυγματῶδες). **B** *i. q. ictus*: AMBR. in psalm 118 serm. 3, 8 -e ligni balsamum per cavernam punctionis erumpit. OROS. hist. 7, 8, 8 minutissimorum ictuum crebris -bus excarnificatus. **C** *calamitas?*: FVLG. myth. 1, 1 p. 17, 5 (= SCHOL. Stat. Theb. 3, 661; *verba Mintanoris musici*) deum doloris quem prima -o humani finxit generis.

II ***sensu ecclesiastico*:** **A** *in sacris scripturis i. q. sopor, ebrietas*: ITALA Is. 29, 10 (Wirc., Ps. Aug. spec. 133 p. 681, 5) quoniam potionavit vos dominus spiritum -is (πεπότικεν ὑμᾶς ... πνεύματι κατανύξεως, VVLG. miscuit vobis ... spiritum soporis. *cf.* HIER. *ad l.; adde* ITALA [codd. dg, Aug. c. Faust. 13, 11 p. 390, 21 c. Iul. op. imperf. 6, 10] *et* VVLG. [*Fuld. Amiat.*] Rom. 11, 8 dedit illis deus spiritum -is [πνεῦμα κατανύξεως]. AMBROSIAST. in Rom. 11, 26 spiritum -is prohibens a cordibus eorum. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 2 *Mariam* ad lacrimas urgebat per -is spiritum). PRISCILL. tract 10, 137 p. 100, 2 (*ex Itala psalm. 59, 5*) vino -is accepto (VVLG. *l. l.* potasti nos vino -is; ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως). **B** *dolor animi ex peccato ortus, paenitentia, deinde humilitas, devotio: definitio*: ISID. sent. 2, 12 tit. *agit* de -e cordis. *nota* 2, 12, 1 -o cordis est humilitas mentis cum lacrimis, exoriens de recordatione peccati et timore iudicii. 2, 12, 2 *sqq. de compunctionum gradibus et generibus.* GREG. M. dial. 3, 34 p. 300^A in multas species -o dividitur, quando singulae quaeque a paenitentibus culpae planguntur. *ibid.* -is genera duo sunt, quia deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore (epist. 7, 23 p. 466, 29. 467, 15). AMBR. epist. 33, 2 *anima* -em declinat, iudicium dei neglegit. Abr. 2, 4, 13 stimulus ... mentis caro nostra est et passiones eius -es sunt nostrae. HIER. epist. 18^a, 11, 2 utinam ... et ego compungar et post -em praedicatione dei dignus efficiar. RVFIN. in Os. 4, 8 in quibus (*animis*) nihil sinebant de -e residere. in psalm. 49, 23 per psalmodiam -o effunditur. AVG. serm. 266, 2 audiendo compuncti sunt, -e mutati sunt. Ps. Aug. serm. 76, 6. 117, 1. 10. CASSIAN. conl. 9, 27 -es de intimis animae conclavibus proferantur. EVCHER. instr. 1 p. 87, 17 cor ... quod insinuatam possit recipere -em. LEO M. serm. 68, 3 impietatem ... Iudaicam ... nulla proditur mitigasse -o. epist. 95, 4. PROSP. in psalm. 108, 17 paenitentiam agentibus et ... cum -e redeuntibus. ADDIT. Prosp. chron. I p. 494. PETR. CHRYS. serm. 124 p. 541^C ut dives sumeret ... de gemitu -em. SALV. gub. 6, 95. eccl. 1, 52 offerat cum -e cum lacrimis, offerat cum dolore cum luctu *moriens animam.* 4, 41. ALC. AVIT. epist. 18 p. 50, 1 correctionem viri ... -i ipsius ... servare. ENNOD. epist. 4, 24, 2 p. 115, 27 ex -e defluens imber oculorum. VEREC. in cant. 6, 13 fluentis *sacrorum voluminum* christiana plebs scinditur velut terra -bus saturanda. 6, 15 -e repleri. CASSIOD. in psalm. 106, 7. 118, 120 inst. div. 23 MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 3 p. 364 VEN. FORT. vita Germ. 73, 197 GREG. M. in Ezech. 1, 8, 13. 2, 6, 24. 2, 9, 20 epist. 1, 6 p. 8, 16 ISID. orig. 7, 12, 24. VITA Caes. Arel. 2, 1 (*opp.* gaudium).

pendet e substantivis: RVFIN. Orig in lev. 9, 8 quae ... -is spes? quae conversionis suspicio, quae emendationis expectatio? hist. mon. 1 p. 403^B sibi ... stimulos -is incendit (PS. RVFIN. in Ioel 1, 5 -is stimulum ... criminum conscientia suscitavit. AVG. serm. ed. Mai 139, 2). PS. AVG. serm. 19, 2 scintillam -is accensam bonis operibus. CASSIAN. conl. 9, 26, 1 causas ... atque origines -um ... exponere. EVCHER. form. 1 p. 9, 3 initia -is. instr. 1 p. 126, 16 ignem -is (GREG. M. moral. 1, 48). PETR. CHRYS. serm. 167 p. 638^A paenitentiae medicina succurrat, ferrum -is accedat. MAX. TAVR. serm. 88 -is incensum. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 32 professam -is. hom. 6 p. 110, 19 -is medicamine. p. 111, 11 -is officio. 7 p. 116, 37 paenitentiae luctu et -is affectu. VEREC. in cant. 3, 17 dolorem -is. FVLG. RVSP. epist. 4, 1 fervorem sanctae -is. GREG. M. moral. 1, 34, 47 mens per quandam -is machinam ad alta sustollitur. 1, 48 -is luce perfusi. 2, 73 -is studio. 3, 59 flamma -is. 3, 69 vitia ... subtiliter manus -is examinat. 9, 88 -is suae poenam. dial. 4, 47 p. 408^A fletum -is. 4, 59 lucrum -is (*supra*: in cordis contritione). in Ezech. 1, 3, 16 per quendam -is vomerem ... terram sui cordis aperire. 1, 8, 13 intentionem -is. 2, 2, 1 animus ... doloris se iaculo percutit et -is gladio transfigit. epist. 5, 53a p. 354, 29 aspiratio -is. 6, 60 p. 436, 9 lacrimarum imber ... -is nube fructificet. 7, 27 p. 473, 19 per -is gratiam (p. 473, 22. 33. 9, 15 p. 51, 14). PASS. Petr. Andr. 1 sacrificium ... -is. *additur genetivus*: RVFIN. Basil. reg. 123 dolor cordis et -o timoris dei (GENNAD. vir. ill. 20, *syn.* humilitas). AVG. in psalm. 57, 20 spinae illius rhamni, id est dolores omnes et -es tormentorum producentur. 74, 9 quot habes ibi punctiones facinorum, tot habe illic -es confessionum. ZACCH. 2, 17 p. 1141^B post -em praeteritorum. CASSIAN. conl. 9, 28, 2 ad ... lacrimarum -em ... excitare (CASSIOD. in psalm. 100, 11 BENED. reg. 20). inst. 12, 15, 1 in eis delictorum -o ... augebatur. EPIST. pontif. 609 Thiel (Felix 13) 4 tam iustitiae moderatione quam -e pietatis ad aulam ... regressus. MAX. TAVR. serm. 110 suspirantis pectoris -e depulsa. VEREC. in cant. 2, 39 -o sumitur conscientiae peccatricis. 4, 22 *hominibus* peccatorum -em inferre (NICET. psalm. 13 p. 80, 4. PALLAD. hist. mon. I 56 p. 339^A peccati). CASSIOD. in psalm. 136 praef. dolorum -e. GREG. M. moral. 9, 58 ex -e contemplationis. 9, 87 cum mentem nostram elatio erigit, summi a nobis ... -o amoris recedit. dial. 3, 34 p. 300^B perfecta -o formidinis (epist. 7, 23 p. 467, 2) trahat animum -i dilectionis. *ibid.* p. 300^D -o amoris (epist. 7, 23 p. 467, 19). ISID. diff. 2, 45 paenitentiae -o. PS. AMBR. laps. virg. 10, 44 hanc lamentationem non sine -e cordis ... funde (RVFIN. Orig. in lev. 3, 6 si ... -em cordis acceperit. CASSIAN. inst. 4, 43. 5, 14, 1 LEO M. epist. 159, 5. PROSP. in psalm. 108, 17 cordis -o, quae proprie ad conversos a peccatis pertinet. POMER. 1, 23. 2, 7, 2 APRING. in apoc. 3, 18 [*ibid.* revertentum sanabilis dolor]. 22, 14 FVLG. RVSP. epist. 2, 25. 4, 2 *bis.* 4, 9 ISID. sent. 2, 12, 1. 8 diff. 2, 169 BENED. reg. 49, 8). SVLP. SEV. epist. app. 2, 19 in -e ... animi (GENNAD. vir. ill. 30 tit. libr.: de -e animae. SALV. gub. 6, 29 MAX. TAVR. serm. 88). *c. genet. subi. personae*: ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 18 errantium -e perspecta. hom. 6 p. 111, 19 plebis adunatae -o. 9, 2 p. 120, 20 paenitentium ... -em. *adduntur adiectiva*: AVG. in psalm. 57, 20 nolunt modo habere -em medicinalem, habebunt postea poenalem. serm. ed. Mai 96, 1 cum perfecta -e ad paenitentiae medicamenta confugientes (*cf. etiam supra l. 48*). CASSIAN. inst. 5, 14, 2 iugi -e detenti (FVLG. RVSP. epist. 4, 2 cordis). AVELL. p. 332, 1 quod piissima -e (*i. humilitate?*) requisistis. p. 358, 24 ut deus ... mentem potenti -e transfigat. p. 484, 20 divina -e. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 39 itur *in processione* ... maxima -e (CAES. AREL. suggest. p. 299). FVLG. RVSP. epist. 3, 37 humili ... -e. 4, 1 *v. supra l. 23.* CASSIOD. in psalm. 118, 136 felicissimae -is. 139, 11 luctuosa -o. CONC. Vas. a. 529 p. 57, 1 ut Cyrieleison ... cum grandi affectu et -e dicatur. GREG. M. moral. 9, 56 caelestis -o. 9, 57 lamentis supernae -is. dial. 3, 33 p. 296^B vir ... tantae simplicitatis erat et -is (*ibid.* p. 300^A VITA Nicet. 6).

compūnctōrius, -a, -um *a* compungere. *qui compungit*: SIDON. epist. 6, 6, 2 -i salubritate sermonis (*an i. q. compunctionem i. humilitatem, devotionem christianam facientis?*).

compungo, -pūnxī (-pugī), -pūnctum, -ere *a* com *et* pungere. *formae perf.*: compugerunt: ITALA Zach. 12, 10 *et* Ioh. 19, 37 *p. 2173, 14.* compugit: SVLP. SEV. dial. 1, 2, 5 (*V*[1], compungit *rell.*). compunxit: SEN. epist. 88, 39 PETR. CHRYS. serm. 66 p. 387^A MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 1 p. 365. -xerunt: HIER. epist. 57, 7, 4 ITALA Zach. 12, 10 *et* Ioh. 19, 37 (*v. p. 2173, 18*) VVLG. Iudith 16, 14. *ante* TERT. *his tantum locis legitur*: PLAVT. Cas. 926 CIC. de orat. 2, 158 off. 2, 25 LVCR. 2, 420. 432 VAL. MAX. 9, 13 ext. 3 CELS. 6, 18, 9 PHAEDR. 3, 6, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. epist. 88, 39 COLVM. 6, 17, 4. 8, 14, 8 PLIN. nat. 30, 28 AGENN. grom. p. 61, 2 GELL. 17, 9, 22. *inde a* TERT. *et* ITALA *usitatum, translaticio maxime sensu de aculeis paenitentiae vel de humiliatione orta ex culpae conscientia.* GLOSS. κατανύσσω.

I *proprie: laedere corpus:* A *instrumento acuto vel aliqua re urente sim.:* PLAVT. Cas. 929 quasi saetis labra[m] mihi -it barba. CIC. off. 2, 25 barbarum et eum quidem ...-ctum notis Thraeciis (VAL. MAX. 9, 13 ext. 3). CELS. 6, 18, 9 p. 259 acu -endum *capitulum.* PHAEDR. 3, 6, 3 *musca ad mulam:* vide, ne dolone collum -am tibi. SEN. epist. 88, 39 Aristarchi notas, quibus aliena carmina -xit, recognoscam. COLVM. 6, 17, 4 fibula aenea si locum laesum -as. 8, 14, 8 *anser* ne ... aculeis urticae -atur. PLIN. nat. 30, 28 *vitiligines* acu -ctas. GELL. 17, 9, 22 caput ... eius leve in litterarum formas -it. ITALA Zach. 12, 10 *et* Ioh. 19, 37 (Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 387 Hier. epist. 57, 7, 4 in Matth. 24, 30 Mar. Merc. Nest. serm. 2 p. 766^{C} Op. imperf. in Matth. 49 p. 919 Apring. in apoc. 1, 7 p. 5) cognoscent (videbunt *Hier. Mar. Merc. Apring.*, cum viderint *Op. imperf.*) eum qui -gerunt (in quem -xerunt *Hier. epist. Mar. Merc. Op. imperf. Apring.*; *cf.* HIER. in Zach. p. 903 si ... legatur 'dacaru', ἐξεκέντησαν id est '-xerunt' sive 'confixerunt' accipitur: sin autem ... litteris commutatis 'racadu', ὠρχήσαντο id est 'saltaverunt' intellegitur. epist. 57, 7, 4 iuxta Hebraicam veritatem '...-xerunt', pro quo in LXX legimus '... ἐνωρχήσαντο', quod interpretati sunt Latini ... 'illuserunt' sive 'insultaverunt'. MAR. MERC. Nest. serm. 2 p. 766^{C} *ad h. l.*: quid ...'-ctum' est? latus. LXX Zach. κατωρχήσαντο, *gr.* Ioh. ἐξεκέντησαν, VVLG. Zach. quem confixerunt, Ioh. in quem transfixerunt). ITALA Is. 58, 4 (Cypr. testim. 3, 1) subiectos vobis -itis (τύπτετε πυγμαῖς, VVLG. percutitis pugno). act. 12, 7 (Lucif. Athan. 2, 14) *angelus* -ens ... latus Petri suscitavit eum (πατάξας, ITALA codd. dg: pungens, cod. e: percussit, VVLG. percusso ... latere ... excitavit). TERT. adv. Marc. 3, 7 p. 388 *hircus* (*lev. 16, 5 sqq.*) maledictus et consputatus et convulsus et -ctus ... extra civitatem abiciebatur in perditionem. PASS. Perp. 21 inter ossa -cta (*sc. gladio*) exululavit (περὶ τὰ ὀστέα νυγεῖσα). HIL. in psalm. 2, 6 ut corona spinea dominum -xerint (in Matth. 33, 3 spinis ... id est: -entium ... peccatis gentium coronatur). trin. 3, 16 in qua (*carne*) eum (*filium dei*) iudicii die -ctum et de cruce recognitum universi videbunt (*cf.* 3, 20). 10, 14 natura corporum ... attacta sentiat et -cta doleat et algens rigeat. 10, 23 telum ... aut aquam perforans aut ignem -ens aut aera vulnerans (*cf. infra*: in natura non est ... pungi ignem). OPTAT. 3, 9 p. 94, 6 *sartor* dum vult vestem in antiquam faciem revocare, vicina fila -it (*ibid.* scissuram dum sanat, vulnerat). CHIRON 584 manu suspensa armum -ito. VVLG. Iudith 16, 14 filii puellarum -xerunt eos et sicut pueros fugientes occiderunt eos (κατεκέντησαν ... ἐτίτρωσκον). RVFIN. apol. Orig. 5 p. 587 latere ... hasta -cto. PAVL. NOL. carm. 6, 231 vestis ... saetis conserta ... ut ... arceret ... graves -cto corpore somnos. 15, 207 prostratus humo -itur artus sentibus et mentem curis (*cf.* 15, 209 *sq. sim.* epist. 29, 1). BARNAB. 7, 9 quem nos crucifiximus ... -entes (κατακεντήσαντες). OROS. hist. 7, 28, 3 hinc sani insaniunt, hinc non vulnerati -untur, hinc ridentes gemunt. LEO M. serm. 65, 4 p. 363^{C}. *in culina*: APIC. 7, 301 *musteos* melle perfundis, -is ut bibant (*sc. mel*). 7, 320 tubera -e[n]s ut combibant illud (*sc. amolum*). *ex coni.*: 7, 299 pulmones -is (confringis *codd.*). *in imaginibus*: CIC. de orat. 2, 158 ipsi se -unt suis acuminibus. TERT. scorp. 4 p. 152, 23 nunc ... de dei voluntate -imur (*sc. a detrectantibus martyrium tamquam scorpiis?*) et ingeminat scorpius plagam. HIL. in Matth. 19, 11 *acu* (*i. verbi novi praedicatione*) mors ipsa -itur. HIER. in Matth. 23, 6 p. 186 *mulier* non est -cta superstitiosis sentibus Pharisaeorum. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 8 iusti ... sermo cum arguit ... peccatorem, velut sagitta -it et transforat cor eius. PAVL. NOL. epist. 23, 38 anima ... confixa ... caritatis sagittis ... dicat in corde -cto. 38, 4 *dei verbum et fides verbi* diabolo ... quasi furibus spinae resistunt et viscera inimicorum ... contemplatione -unt. *cf.* IREN. 2, 21, 2 ex qua (*Pandora*) et isti (*Gnostici*) -cti eadem ... dicentes (*versum esse ex gr.* κεκαυτηριασμένοι *putat editor*).

B *rebus sensus afficientibus*: LVCR. 2, 420 oculos qui pascere possunt et qui -unt aciem lacrimareque cogunt (*de coloribus*). 2, 432 calidos ignes gelidamque pruinam dissimili dentata modo -ere sensus corporis. *fort. similis significatio verbo subest loco obscuriore*: APRING. in apoc. 1, 12 super hanc virgam (*Iesse*) lucerna componetur, id est catholicae lumen ecclesiae praeparatur, ut lucis illius veritate percepta lucem producat ipsam perpetuam et unius fidei manifestatione -cta (compacta *Beatus*) sit lumine divinae maiestatis accensa.

II ***translate:*** *laedere non corpus*: A *hominem (rebus animum stimulantibus)*: *subi. persona*: TERT. ieiun. 15 p. 293, 21 ad Romanos scribens vos ... -it detractatores huius officii. SYMM. epist. 1, 45, 2 vellem plura, sed tuo modo -endus es (*i. stimulandus*). FVLG. aet. mund. p. 171, 17 ut ineffabilis sapientia scribas Fariseosque -ret. AMBROSIAST. in Rom. 9, 15 vocare est ... -ere ad recipiendam fidem. 9, 18 ut ... unum -at *deus*, ut credat; alterum induret, ne credat. PELAG. in II Tim. 4 p. 894^{D} qui delectare desiderant, non -ere. AVELL. p. 728, 21 quae per eos sancto spiritu -ente (πνεύματος κατανύσσοντος) definita sunt. p. 737, 4 quod a deo -ctus elegisti. SALON. in eccles. p. 999^{b} deus ... eos ... per occultam inspirationem -it et ad paenitentiam provocat. GREG. M. in Ezech. 1, 8, 1 cum de culpa -ret *mulierem.* *subi. res*: *active*: PS. AMBR. serm. Sess. 114^{a} nulla ... sollicitudo -at *nos.* AVG. epist. 93, 49 vos euangelii locus ...-it. PS. AVG serm. 117, 3 -at paenitentia criminum, quem huc usque transpunxit delectatio voluptatum. SVLP. SEV. dial. 1, 2, 5 me ... dolor. 1, 12, 4 commemoratio ... nos. EPIST. pontif. 369 Migne 50, 430^{A} maeroris aculeis nos ... male facta -unt. ORIENT. comm. 2, 413 sic te nulla dies curis -at amaris. ENNOD. epist. 9, 32, 2 p. 256, 11 illi blanditur de coniunctione vicinitas, me de sequestratione -it. GREG. M. moral. 9, 81 nos superna visitatio vel ad amorem -endo vivificet (*ibid.* -ere amore). *passive*: ITALA gen. 34, 7 (Aug. loc. hept. 1, 125) -cti sunt viri et triste erat illis (κατενύγησαν ... καὶ λυπηρὸν ἦν αὐτοῖς. *brevius* VVLG.). lev. 10, 3 (Hesych. p. 896^{A}) -ctus est Aaron (κατενύχθη, ITALA Lugd. punctus est, VVLG. tacuit). ITALA (Filastr. 131, 5 Hier. epist. 28, 3 Faust. Rei. serm. 12 p. 270, 5 *cf.* AMBR. Isaac 5, 39) *et* VVLG. psalm. 4, 5 quae dicitis in cordibus vestris et (et *om.* VVLG.) in cubilibus vestris ... -imini (κατανύγητε). ITALA (Aug. in psalm. 29, 2, 19 c. Faust. 12, 36 p. 364, 4) *et* VVLG. psalm. 29, 13 non -ar (οὐ μὴ κατανυγῶ). ITALA (Lact. inst. 4, 18, 14) *et* VVLG. psalm. 34, 16 dissoluti (dissipati VVLG.) sunt nec -cti sunt (κατενύγησαν). Dan. 10, 9 (Weing. Wirc.) cum audirem eum, eram -ctus (-ctus eram Weing.; ἤμην κατανενυγμένος, VVLG. iacebam consternatus). Is. 6, 5 (Ambr. off. 1, 3, 10 Hier. hom. Orig. in Is. 4, 3 p. 1117 epist. 18 A pr. 5 *al.*) o miser ego quoniam -ctus sum (κατανένυγμαι, VVLG. vae mihi quia tacui. *cf.* HIER. *l. l.* si quis sine sensu est iuxta interiorem hominem, cum peccator sit, non -itur: sed quasi in exteriora membra licet adhibeas stimulum, non sentit mortuum corpus. *v. etiam* in Is. 6, 5 p. 93). Iob 36, 25 (Hier. interpr. Iob, Aug. in Iob p. 591, 20) quicumque -untur homines (ὅσοι τιτρωσκόμενοί εἰσι βροτοί, VVLG. *aliter.* AVG. *l. l. addit*: poenitentia peccatorum). IREN. 4, 27, 1 -ctus est ... David ad haec. PS. CYPR. singul. cler. 29 hac castigatione non -cti divina interdicta ... contemnunt. AMBR. Iob 1, 6, 20 lapsibus suis sapiens -itur, insipiens delectatur. off. 3, 19, 115 -cti quod ... tulissent. PS. AMBR. laps. virg. 5, 20 vincor lacrimis ... -or stimulis cum. AMBROSIAST. in Rom. 2, 16 cogitationibus suis accusabuntur gentiles, si -cti creatoris fidem et virtutem noluerint credere. HEGES. 4, 30 l. 3 -cti sunt plerique ... Vitelli paenitentia. HIER. epist. 18 A 11, 2 (*ex Itala Is. 6, 5 cf. supra l. 23*) non -eris, non moveris. *ibid.* utinam ... et ego -ar. 18 A 12, 4. in Mal. 3, 13 p. 890 -ctus conscientia delictorum ... tristis incedo. RVFIN. hist. mon. 1 p. 400^{A} *vir* dei miseratione -ctus. 29 p. 455^{C} -ctus super hunc sermonem. Orig. in num. 17, 6 si ... agnoscens peccata sua configatur ex eis (*verbis*) et -atur atque ad paenitentiam convertatur. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 6 audito sermone ... contristatum et -ctum. Basil. reg. 70 -ctus est recordatione mandati. PAVL. NOL. carm. 15, 207 *et* epist. 29, 1 *v. p. 2173, 46 sq.* epist. 45, 2 matrem lugentem pro naturali affectione permotam, deinde causa potiore -ctam. 50, 5 praedicatione. AVG. epist. 153, 15 sententia. corrept. 6, 9 correptione. bapt. 3, 19, 27 p. 220, 3 timoribus. serm. ed. Mai 97, 2 -bantur meretrices coniugia casta cernentes. PS. AVG. serm. 117, 1 veniam sperat -ctus. SVLP. SEV. dial. 3, 13, 4. HESYCH. in lev. 27, 22 sqq. p. 1172^{A} qui fratrem culpantem -i fecit (*supra*: movit peccatorem ad paenitentiam). BACHIAR. repar. laps. 16 p. 1053^{B} asperitate. CASSIAN. conl. 9, 11 pro ... admissis ... -ctus veniam deprecatur. SALV. gub. 2, 19 agnoscit ... reus culpam, humiliatur, -itur. SIDON. epist. 6, 9, 1 -ctus ingemuit. VICT. VIT. 1, 32 -ctus atque mutatus Martinianus. ALC. AVIT. carm. 2, 217 ori admotum *pomum* -cta *Eva* retraxit. epist. 17 p. 49, 19 veraciter -untur. 18 p. 50, 4 ad haec ... non -ctus, sed confusus ingemuit. hom. 6 p. 119, 12 *syn.* tribulari. ENNOD. opusc. 5, 23 p. 399, 20. VITAE patr. 5, 15, 9 p. 954^{C} -ctus ... in hoc verbo. CASSIOD. in psalm. 125, 3. MVTIAN. Chrysost. hom. 27, 5 p. 407 non est irritatus, sed magis -ctus est. IORD. Rom. 301 verecundia -ctus. GREG. M. moral. 9, 56 -untur in precibus. 12, 36. in Ezech. 1, 1, 18 terrore. EVGIPP. Sev. 46, 4. ORIG. in Matth. 17, 11 per signa et prodigia -cti (πληττόμενοι). 17, 4 -ctus (μεταμεληθείς) abiit. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277^{C} -ctus (κατανυγείς). 24 p. 305^{C} animo stimulante -ctus est (κατενύγη). II 16 p. 372^{D} amore divino -ctus (πληγείς). 20, 3 aedificatus ... est frater ille atque -ctus. VITA Caes. Arel. 2, 2 motus et -ctus lacrimis senis. GREG. TVR. dorm. 1 -cti divino nutu. *nota iuncturam* -ctus *corde*: ITALA (codd. eg) *et* VVLG. (*Amiat. Fuld.*) act. 2, 37 his ... auditis (VVLG.; codd. e *et* g *sim.*) -cti sunt corde (κατενύγησαν τὴν καρδίαν, ITALA cod. d: stimulati sunt corde. *cf.* AVG. quaest. hept. 154 p. 192, 21 serm. 266, 2 CASSIOD. compl. in act. 2, 29). VVLG. psalm. 108, 17 hominem inopem et mendicum et -ctum corde (κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ). RVFIN. hist. mon. 8 p. 421^{B} *latrones* corde -cti. 9 p. 183. 19 p. 441^{B} AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 495, 8 in psalm. 73, 22 PROSP. in psalm. 118, 17 VITAE patr. 3, 13 CASSIOD. in psalm. praef. p. 11^{B} PALLAD. hist. mon. II 14 p. 368^{C} PASS. Thom. p. 101, 15. 113, 18 GREG. TVR. Franc. 2, 30 Mart. 3, 24 *al.* ACT. Firm. et Rust. 9. *hinc* **compūnctus**, -a, -um *adi. et subst. de hominibus (de rebus v. p. 2175, 29)*: *paenitens, humilis, demissus*: AVG. epist. 208, 1 ipse -us et ... sollicitus. SIDON. epist. 8, 14, 5 in quocumque -o ... culpas suas anima poenaliter recordata suspirat. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 32 inspirante ... -orum cordibus deo. MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 5 p. 257 eos -os reddit ac attentos.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

OP. imperf. in Matth. 2 p. 643 -us redit ad deum. FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 3 ad paenitentiam -us et humiliatus accurrat. CAES. AREL. reg. mon. 19 *monachus* sit tacitus, mitis, blandus, -us. VITA Desider. 2 capacitate strenuus…, loquacitate clarissimus et, quod his omnibus maius est, in omni sua actione -us. 3 edocuit in elemosinis esse largiores…, in oratione -os, in amicitia fixos.

B *rem*: TERT. resurr. 10 p. 39, 1 quo (*stilo*) carnem . . . -it *apostolus*. TERT. adv. Marc. 3, 14 p. 400 praecepta et minae et traductiones cordis -entes et transfigentes conscientiam (RVFIN. apol. Orig. 8 p. 602 ipsa conscientia propriis stimulis agitatur atque -itur. EVCHER. instr. 1 p. 127, 27). AMBR. Abr. 2, 4, 13 in Aegyptum impellitur *mens*, ubi -i (*i. affligi*) possit (*cf. p. 2171, 75. adde*: PAVL. NOL. epist. 29, 3 *verbo crucis tamquam acu* mens…-itur. ALC. AVIT. carm. 5, 676 -ctas . . . mentes. CASSIOD. in psalm. 105, 6 CORIPP. Ioh. 3, 379. 4, 266. PALLAD. hist. mon. I 10 p. 285^{B} [κατενύγη]). AMBR. Ioseph 10, 57 grandis amoris aculei . . . corda -unt (Iob 3, 6, 16 *bis*. MAXIMIN. c. Ambr. 118 nec lingua tua inhaesit . . . nec -ctum est cor. PS. AVG. serm. 261, 3 -cto et contrito corde. ALC. AVIT. carm. 4, 319 DRAC. Romul. 7, 132 APRING. in apoc. 2, 5 CASSIOD. in psalm. 127 praef. INSCR. christ. Rossi II p. 214, 77, 3. 217, 85, 11. *cf. etiam p. 2173, 60. 61*). AVG. civ. 3, 25 aedes . . . poenae testis contionantium oculos feriret memoriamque -ret. PETR. CHRYS. serm. 66 p. 387^{A} pungit poena, quae non paenitudo -xit. MVTIAN. Chrysost. hom. 21, 1 p. 365 concussit animas eorum et -xit mentione gehennae (GREG. M. moral. 9, 29 *anima* desiderio -cta. 11, 59 dial. 3, 34 p. 300^{A} *v. p. 2171, 73*). *aliter, ut videtur*, AGENN. grom. p. 61, 2 honestarum amore artium -ere animum et bonae mentis instrumentis fundare (*i. quasi notis ornare? an compingere?*).

part. pro adi. **compūnctus**, -a, -um. *de rebus* (*de personis v. p. 2174, 80*). compunctissimus *v. l. 32*. *paenitens, humilis, demissus, devotus*: ENNOD. carm. 2, 13, 5 crimina corripuit vultu, -a refovit *iudex*. CASSIOD. in psalm. 136 praef. pietatis huius -issimus liber (*de threnis Ieremiae*). 142, 7 se -is supplicationibus inclinabat. VEN. FORT. carm. 5, 6 praef. 2 fluebant . . . lumina suggestionem suam blandito ploratu -am. FAVST. REI. epist. 7 p. 201, 6 in hac . . . scripturula…non aedificatio aliqua ordinati aut -i sermonis apparet. VITA Caes. Arel. 1, 19 praedicationes . . . -issimas, tempore vel festivitatibus congruentes, instituit.

adv. **compūnctē**. PS. AVG. serm. 261, 3 non satis -e paenitentiam accipit.

deriv.: compunctio, compunctorius. *Hey.*

compūrgo, -āre *a* com *et* purgare. *idem fere q. purgare*: PLIN. nat. 20, 127 *nasturtium* capitis vitia purgat, visum -at (vis. -at *seclusit Mayhoff*).

computābilis, -e *a* computare. *i. q. computandus, aestimandus*: PLIN. nat. 19, 139 tritanum hoc genus vocatur, bis -i impendio taedioque.

computāris, (-e) *a* computare, *cf.* computarius. *i. qui computatur, aestimatur, valet*: VIRG. gramm. epit. 3 p. 12, 14 omnis syllaba compotaris duarum vel trium litterarum *est*.

computārius, -iī *m. a* computare, *cf.* computaris. *i. qui computat, computator*: COLVMB. epist. (script. Merov. III) p. 157, 32 nostris magistris…et sapientissimis componendi calculi -iis Victorium (*sc. qui computum paschalem fecit*) non fuisse receptum.

computātio, -ōnis *f. a* computare. *cf.* VARRO ling. 6, 63 disputatio et -o e[t] (*corr. Spengel*) propositione putandi, quod valet purum facere. *scribitur* compot- *interdum in codd., velut p. 2176, 22 sq., cf. etiam p. 2177, 26.* GLOSS. συλλογισμός (συνλ-). ψῆφος. -e ψήφῳ. *legitur apud* VARRONEM (*l. 55*), *dein saep. inde a* SEN. phil., *frequentant* ICTI.

I *sensu strictiore de actione computandi quae de numeris, quantitate sim. fit, i. q.* ***calculatio, numeratio, computus***:
A *proprie*: **1** *absolute*: SEN. benef. 7, 10, 4 quid sunt istae tabellae, quid -es et venale tempus et sanguinulentae centesimae? dial. 10, 3, 2 agedum, ad -em aetatem tuam revoca (*infra*: videbis te pauciores annos habere, quam numeras. *adde*: PLIN. paneg. 38 vocet. VLP. dig. 19, 2. 15, 4). SEN. epist. 88, 10 numerare docet me *arithmetica* . . . potius quam doceat, nihil ad rem pertinere istas -es. COLVM. 3, 3, 9. PLIN. nat. 2, 88 quae -o plurimum habet pudoris. 2, 247 quae mensurā Romanā -e efficit *milia tot*. 2, 248. 6, 206 quae -o efficit *tot* (EDICT. imp. inc. Vlp. dig. 34, 1, 3 tantum . . . quantum efficiet pro portione -o. *cf. p. 2176, 43*). 6, 209 mensura quae veniet in -em (FRONTIN. aq. 78. *adde p. 2176, 33. 37. 54 et cf.* GAIVS dig. 11, 7, 9 in . . . -em cadit *pretium merces. al.*). PLIN. nat. 9, 119 -em . . . expostulanti. 12, 84 minima . . . -e. QVINT. inst. 1, 10, 35. FRONTIN. aq. 30 secundum eam -em, quae in antecedentibus modulis servanda est. PLIN. epist. 3, 19, 3. IAVOL. dig. 38, 2, 36 -e, non iudicio ipsius patroni aestimari *ius* (*ibid.* animo potius quam aliorum -e). AFRIC. dig. 35, 1, 32 *ut* circa -em erraret. 35, 2, 88, 3 -em ita iniri oportet, ut (VLP. dig. 40, 5, 37. *adde p. 2176, 28. 35*). 42, 2, 7 cum controversia et -o difficilior esset (*cf.* VLP. dig. 35, 3, 1, 4 facilis est -o). *ibid.* si in -e nihil inveniatur. IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 2 *pecunia* ex -e colligitur. CLEM. dig. 35, 1, 62, 1 -e facta (*adde p. 2176, 26. 35. 41. 45. 47. 51. 55*). APVL. apol. 89 -is gestu. Plat. 1, 10 observationem -is (FIRM. math. 1, 4, 12 cursus hos siderum assidua observatione -is invenimus). VLP. dig. 11, 6, 7, 4 qui in -e fefellit (PAVL. dig. 48, 10, 23 qui . . . in -e vel in ratione mentitur). 35, 3, 1, 6 quae -o praeiudicare non debet. 35, 3, 3, 2 non stipulationi, sed -i locum esse. 50, 8, 2, 5 immodicae et illicitae -is modus. MACER dig. 49, 8, 1, 1 (*bis*) error -is. ARNOB. nat. 3, 5 definita et certa sit eorum (*deorum*) numeri multitudo, an sine ulla populositatis summa sit nec -is alicuius rationibus terminata. 5, 8 curiosis -bus edocet. SOL. 52, 5 numerantur *anni tot* . . . habita per reges -e (DIG. de conc. dig. 2, 1. *adde l. 39*). FIRM. math. 1, 4, 11 mathematicorum . . . ingenium . . . -e sollerti divinae dispositionis secreta perdidicit (4, 15, 8 qui -e sollerti [commutationes sollertiae *codd., corr. Dressel*] caelestium sciant siderum cursus aut fenoris et negotiationis officia tractantes). 1, 4, 12 assidua observatione -is. 3, 7, 9 prudentiā -is. 4, 9, 8 peritis -bus. AMM. 26, 1, 10. HIER. monogr. p. 195, 2 iuxta Graecorum -em. p. 197, 13. AVG. quaest. hept. 2, 47 p. 120, 3 -o quam secutus est Eusebius. civ. 21, 8 p. 505 D. *canones* velut inerrabili -e de praeteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos habent *astrologi*. serm. 201, 1 vanas -es astrologorum. serm. ed. Mai 126, 4. 158, 4 in digitis . . . est -o et distributio. SCHOL. Hor. ars 325 calculum discunt *pueri*, hoc est -bus operam dant (SCHOL. Hor. Vindob. *ad l.* diducere assem longis rationibus, id est -bus). THEOPHIL. ALEX. praef. 6 calculum…compotacionis (MART. BRAC. pasch. 3). FVLG. aet. mund. p. 173, 8 certissima -o trahitur. MARCELL. chron. II praef. p. 60, 8 simplici . . . -e. COD. Iust. 6, 37, 23 pr. *bis*. 7, 47, 1, 1. **2** *c. genetivo obiect.*: *rei*: ASCON. Pis. p. 6 Cl. hic non subtilis -o annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est (MACER dig. 35, 2, 68 *ter*). *adde*: MACER dig. 35, 2, 68 tot annorum -em inire. *bis*. AVG. quaest. hept. 1, 2 in psalm. 6, 1. *cf.* PAVL. dig 48, 5, 32 quinquennii. PLIN. nat. 3, 16 -e mensurae. 17, 192 operarum ista -o est in latifundis. QVINT. decl. 263 p. 76, 6 temporis -e (AVG. c. Faust. 12, 44 sine -e temporum. epist. 199, 33 NOVELL. Iust. 36, 5). IAVOL. dig. 35, 2, 60 pr. *legatum* in -em legis Falcidiae non venit (MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 9 GAIVS dig. 35, 2, 81 pr. 36, 1, 65, 11 [*opp.* extrinsecus numeratur]. *adde*: VLP. dig. 35, 3, 3, 3 -o *legis Falcidiae* . . . fit. 36, 1, 3 pr. iniri [PAVL. dig. 35, 2, 22 pr.]. PAVL. dig. 35, 2, 1, 14 MARCIAN. dig. 35, 2, 30, 8. 35, 2, 91). POMPON. dig. 39, 5, 9, 1 fructus percepti venient in -em donationis. IVLIAN. dig. 35, 2, 85 in -e hereditatis. 40, 7, 13, 2 -e rationum habita. AFRIC. dig. 38, 2, 26 propter -em legati (MARCIAN. dig. 35, 2, 91). GAIVS inst. 2, 265 pretii -o nulla intervenit (VLP. dig. 5, 3, 20, 12 *l. 46*. reg. 2, 11 fieri potest). SCAEV. dig. 26, 7, 58 pr. ad -em usurarum (MARCIAN. dig. 20, 1, 16, 6 pluris . . . quam -o sortis et usurarum faciebat. *adde l. 46*). PAPIN. dig. 48, 12 (11), 5 extra -em utilium dierum (SERV. auct. Aen. 3, 326). VLP. dig. 5, 3, 20, 12 ut sit in arbitrio petitoris *hereditatis*, qualem -em faciat, . . . utrum ipsius rei et fructuum an pretii et usurarum (MACER dig. 35, 2, 68 pr. circa -em usus fructus faciendam). PAVL. dig. 50, 16, 5 extra -em patrimonii nostri (COD. Iust. 6, 30, 22, 9). FILASTR. 42, 1 numerum et mensuram et calculum, rationem etiam -is faciens litterarum. AVG. epist. 55, 12 cur . . . ad solis et lunae -em pascha celebratis? COD. Iust. 5, 17, 11, 1^{a} -e facta purae substantiae. GROM. p. 330, 31 limitis (?). *c. gen. personae (fere i. q. numeratio)*: HYG. mun. castr. 26 ad -em cohortis equitatae miliariae. **3** *cum praepos.*: VLP. dig. 24, 3, 7, 3 pecunia messium in -em cum spe futurae vindemiae veniet. MACER dig. 35, 2, 68 pr. -i in alimentis faciendae. **4** *res adiectivo significatur*: SOL. 1, 37 *ante Numam* lunari -e annum peraequarunt. **5** *seq. enuntiatum*: TRYPH. dig. 24, 3, 53 in -e, quantum facere possit filius.

B *metonymice*: **1** *de eo, quod -e efficitur, colligitur, i. q. summa*: SEN. epist. 84, 7 sicut unus numerus fit ex singulis, cum minores summas et dissidentes -o una comprendit. PLIN. nat. 6, 208 ut media ex omni varietate prudentium sumatur -o. QVINT. decl. 264 p. 81, 3 sive ad totam nos vocas -em (*antea*: plus quam dimidiam partem patrimonii). ITALA exod. 30, 12 (Aug. loc. hept. 2, 127 p. 563, 18 quaest. hept. 2, 134) si acceperis -em filiorum Israhel in visitatione eorum (λάβῃς τὸν συλλογισμόν, ITALA Lugd.: sumens collectionem, VVLG. quando tuleris summam). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 (*post enumerationem personarum complurium*) -o eadem (*antea*: numerus idem). PRISC. metrol. II p. 85, 2 supra dictorum -o manifestet . . . *tot libras* habere talentum. **2** *i. q. aestimatio, pretium*: MAECIAN. distrib. 75 sestertiaria *ratio* mansit sub iisdem notis, aucta tamen -e. **3** *i. q. ars computandi, arithmetica*: IREN. 2, 32, 2 ut puta omnem speciem musicae et -is et geometriae et astronomiae.

II *i. q.* ***ratiocinatio quaevis, deliberatio,*** *consideratio*: PLIN. dub. serm. frg. Prisc. gramm. II 594, 25 noluimus 'cum me' et 'cum te' dicere, ne eadem -e (*GLK*, eidem -i *DHR*^{2}) adiungendum esset 'cum nobis' (*fere i. eadem causa, ratione. sed v. etiam p. 2142, 22*). ARNOB. nat. 2, 12 enumerari enim possunt atque in usum -is venire ea, quae in India gesta sunt *eqs.* AVG. serm. 84, 2 ipsa est falsa -o. *inde fere i. q. expectatio, spes (lucri sim.)*: *in bonam partem*: SEN. nat. 4, 2, 9 nec -o fallit agricolam. *cum nota vituperationis*: SEN. benef. 4, 11, 2 si utilitas me et sordida -o liberalem facit, si nulli prosum, nisi ut invicem ille mihi prosit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *translate (pressa vi praepositionis) fere i. q.* **coniunctio, copula:** TERT. uxor. 1, 3 duo corpora ex eiusdem materiae consortio sumpta rursus in se matrimonii -e compegit.

computātor, -ōris *m. a* computare. GLOSS. συμψηφιστής. σύμψηφος. ψηφιστὴς ὁ τοῦ ἀριθμοῦ. calculator. *cf.* II p. XII calculator -r numeri. [*corrupte legitur* CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 12 *v. p. 2143, 66.*] *proprie i. q. calculator, numerator*: SEN. epist. 87, 5 cum ad patrimonium ventum est, diligentissimi -es sic rationem ponitis singulorum *eqs.* AVG. lib. arb. 2, 8, 20 -r sua quisque ratione et intelligentia conetur apprehendere. civ. 12, 13 p. 530 D. epist. 199, 20. *c. genet. rei*: AVG. epist. 199, 34 defectūs solis et lunae ... consueverunt -es siderum adnotare atque praedicere. *sensu latiore i. q. vir sagax, prudens*: EXC. barb. chron. min. p. 238, 11 Fr. dum -em (λογιστήν) illum (*Faunum*) cernerent et valde loquacem sapientes Aegyptiorum. *i. q. iudex*: PS. AVG. de Rustic. 2 misericordem dominum habeo, sed rigidum -em.

computātus, (-ūs) *m. a* computare. *i. q. computatio*: POMP. gramm. V 187, 19 haec autem *nomina* innumerabilia sunt ... tu scire debes, quia sine aestimatione sunt nec est -us (compotus *C*).

computeo (computēsco) *v.* computresco *p. 2184, 24 sq.*

×computo, -āvī, -ātum, -āre *a* com *et* putare. *scribitur* conputat: NOT. Tir. 24, 29; *codd. saep, at* comp-: TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 103 (*a. 108*) EPIST. Secundi (Corp. XII 4393, *a. 149*) 9 INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 432 (*a. 323*) CORP. IX 2689, 3. *nota* CORP. XI 6133 comptandis (*cf. formam francog. it. hisp. l. 32*). *scribitur* compotare *hic illic in codd., velut* CONC. Clippiac. a. 626/27 p. 200, 9. 13. *cf. p. 2175, 50. 57. 2185, 2.* *legitur singulis locis ap.* PLAVT. *et* CIC., *dein saepius inde a* MANIL. SEN. contr. LABEONE; *frequentant*: SEN. phil. *25^{ies}*, COLVM. TAC. IVV. *quinis locis*, PLIN. nat. *11^{ies}*, STAT. *6^{ies}*, QVINT. *8^{ies}*, PLIN. epist. paneg. *et* APVL. *septenis locis*, VVLG. *20^{ies}*, *praeterea* ICTI *posterioresque* (*velut* AVG.). [*val.* cupetare, *it.* contare, *francog.* conter, compter, *hisp* contar. *M.-L.*]

I *de actione putandi i. q.* **ratiocinandi, opinandi.** *cf.* GLOSS. ψηφίζω (-as ψηφίζεις, *sim. saep.*). συμψηφίζω. -at συλλογίζεται, ψηφίζει. συνψηφίζεται, ψηφίζει. A *sensu strictiore i. q.* **calculare, numerare,** *colligere, aestimare, rationes facere* (*spectat ad putanda quantitatem numerum mensuram rei*).

